

Handwritten label with fields:
Name: H
No: 14
Table: 67


Handwritten label with fields:
1
15-67

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

15-67
14
67

1
15-67

R. P. D.
ANTONINI
DIANA
RESOLUTIONVM
MORALIVM
PARS DVODECIMA.



R.P.D. ANTONINI
D I A N A
PANORMITANI
CLERICI REGVLARIS, *Compto d. P. Ledu
de Montenegro.*

Coram Sanctiss. D.N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinatoris,
& Sancti Officij Regni Siciliae Consultoris;

RESOLUTIONVM MORALIVM
PARS DVODECIMA.

CONTINENS TRACTATVS DVOS,

DE CONSECRATIONE EPISCOPORVM,

Del Col. de la Conf. de S. Jey & Granada B.D.

De Collocationibus, & Scriptionibus prohibitis tempore Conclauis.

CVM QVIBVSDAM QVÆSITIS MISCELLANEIS.

EDITIO SECVNDA LVGDVNENSIS,

*Iuxta germanum Authoris Exemplar Romæ impressum, fideliter excusa; & ab innumeris
prope mendis, quibus scatent Typi Romani, emendata.*


Cum INDEX Rerum & Verborum locupletissimo.



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVR. ARNAVD & CLAVDII REGAVD.

M. DC. LIX.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.





ALEXANDRO VII.

O. P. M.

*ANTONINVS DIANA Clericus Regularis
Fælicitatem perpetuam.*



VM Te, BEATISSIME
PATER, non tam Au-
gustorum Patrum vota,
quàm vniuersi Christiani
Orbis consensus, ac plau-
sus Maximū Pontificem
renunciarunt, in commu-
ni ea gratulatione, ita me simul inuoluit, affe-
cítque lætitia; vt non modò vigorem quen-
dam animo; sed nescio quid etiam Virium, at-
que alacritatis senectò iam corpori afflatum
fenserim. Quo quidem pressum æuo, eiúsque
incommodis ingenium, ardore quodam ani-
matum, erectumque, mouere lacertos, ac mo-
liri nouissimum hoc Opus potuit. Planè,
nunquam mihi persuaseram, id ætatis, pul-
sata videlicet duodecima morientis diei hora,
duodecimam hanc meorum studiorum par-
tem potuisse ad extremam manum perducí.

Ea propter quando ipse opes, ac vires corpori, vigorem menti, vim calamo subdidisti, vt scriberem, debetur profectò illa Tibi, qualiscumque ea sit: gaudetque tam splendidè dedicari: nempe quæ vltima, ac suprema Operum est, Supremo mortalium. Mihi verò, quem, & valetudo, & senium conclamare iam vasa iubent, quid accidere vnquam iucundius, atque ad decus, famamque Nominis perennius potuit, quàm tantùm adhuc æui superuisse, vt stipendiarias hæc vigilas meas ad beatissimos pedes Tuos consecrarem, appellaremque extrema hæc Operis dedicatione, ac fato propior Maximum ALEXANDRUM? Videore quidem mihi Cycno non absimilis, cui vox defecto in gutture, atque in ipso vitæ confinio ab hac tanti Pontificis appellatione facundior. Porro, ne quid infra Pontificiæ Maiestatis Cellitudinem dedicari contingat. Opus tibi sistitur Infularum. De Episcopis namque, eorumque consecratione agit: atque adeò, vt Summo Ecclesiæ Hierarchæ, atque Episcoporum Principi quicquid scriptonis de Episcoporum inauguratione ceditur, iure omni debetur: ita ab argumenti amplitudine, ac Infularum splendore cum satis habeat dignitatis, ac lucis; videtur sanè munus Maximo Sacrorum Regi non incongruum. Quanquàm vt Te digna isthæc sint mo-

numenta

numenta litterarum, non aliunde, quàm à tuarum commemoratione virtutum, ac luce magni Nominis quærendus nitor, & cultus fuit. Vides, Pontificum Optime, quæ Laudum seges sese offerat calamo. At qui facis laudanda, facis deinde animi magnitudine, ne laudentur: dicendique facultatem simul pro-uocas meritorum præstantia, simul cohibes insigni modestia. Cum interim & excelsissimæ ipsi virtuti Tuæ consulas, quæ commendari pro dignitate cum nequeat, minui profectò oporteret, si quis susciperet dilaudandam. Enimverò cui tantùm facundiæ, ac styli suppetat, vt auream istam indolem Tuam, atque exempla Virtutum pulcherrimarum, quibus Orbem complex, ac beas, exæquet? Ingeniū tibi ita factum ad seria, ac grandia, vt amœnitatibus etiam floreat ad miraculum; grauioribus perinde studiis, ac Musarum mundiciis par. Mores deinde, & grauitas oris, animique intendit, & remittit tempestiuè beata quædam facilitas: quos etiam diuinorum sensus, ac vsus religio, fides, pietas informant, & consecrant. Prudentiam verò, atque in rebus agendis supra hominem vim mentis non hæc modò magistra Orbis Romæ Aula deprædicat, sed quicquid etiam Italiæ, Germaniæ, Vestphaliæ Legationibus, ac magnarum tractatione rerum obiisti, vnanimi quodam

gentium

gentium studio, ingeniorum certamine, concentu famæ concelebrat. Hæc Tu, Maxime Pontifex, pro Tua siue animi magnitudine, siue contemptu gloriæ dici vetas. Quibus ego nutibus ita pareo, vt videar nihilominus, illa abunde quidem amplificasse, affixo huiusce Operis fronti inclyto Tuo Nomine; quod & prolixum elogium est, & multum inde lucis emicat, gloriæque, vt labor hic meus magnificè niteat, perennè que. Id modò reliquum, vt qua me B. P. humanitate, comitatè que Augustioris honestare aliquanvisus es, eadem ipsa & hanc Lucubrationem complectare, ac foueas. Mediocre illa quidem auctoris continet eruditionem, sed ingens eiusdem in Te obsequium, ac Sanctam istam Sedem obseruantiam, ac studium præsentat. Vale diù, & quæ semel Orbi affulsi à Tuo principatu faustitas, extendat diurnitas vitæ: vt præclaris Consiliis Tuis rem Christianam, Quiritum vota, Orbis commoda diutiùs fortunes.



ANTONINO DIANA CLERICO REGVLARI.

IOANNES CARAMVEL Abbas, etc.



BEASTIME, SAPIENTISSIMÈ VIR, cum duodecimam Resolutionum tuarum Partem, quæ De Consecratione Episcoporum est, non quidem, vt scripsisti, corrigendam, sed admiratione potiùs celebrandam & dilaudandam transmisisti. Accipi, legi, obstupui: quis enim in non magno Volumine tot Quæstiones, tam arduas, tam raras, tam clarè, & breuiter exponi posse, auderet credere, vel suspicari? Tuum ingenitum suspicio; & dum illud veneror, videor audire Cassiodorum (lib. 3. Epist. 6.) dicentem: *Nescite inde aliquid nasci mediocre: tot (libri) probati quot geniti*, video Hieronymum tuam sinceritatem celebrantem; dum enim Illustrium Hominum testimonia componis, Nepotianum fuisse primum Dianam, & Te secundum esse Nepotianum ostendis. De illo Illyricus Doctor: *Quid cuius esset simpliciter confitebatur: atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando eruditissimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, istud Hilarij est.* De Te ego: *Quæ & qualis cuiuscumque Theologi sententia sit. Diana meus sincerè & prudenter pronunciat: atque in hunc ille modum, quo magis Doctorum gloria & Lectorum utilitati inuigilat, velut illustris, obscuri & procellosi Maris Pharos suspicitur ab vniuersis. Licet ille & illuminat illud ingenio, illud stylo. Hoc, ait, iubent Pontifices; hoc docent Canones; affirmant Leges: istud docuere Patres; illud diuisi & subdivisi in classes edisseruerunt Recentiores. Ad cælum illinc stur seuerius, hinc benignius, & utrumque securius. Sic Nepotianus noster Dianæ antiqui doctrinæ & vestigijs insistens. Patere igitur, SAPIENTISSIMÈ VIR, vt mea diffundam vota; & quia laudes Tua modestia non tolerat, Virtutes Tuas nobiliori calamo celebrandas relinquens, ab affectu & amore, meam regi linguam & stylum permittam. Oro ergo Deum, vt meis precibus adnuat; & spei plenus, iubebo te saluere & valere, dicamque, *Viue, VIR SAPIENTISSIMÈ; sed cui, non Tibi: hucusque enim non tibi, sed Orbi Litterario vixisti, & omnibus prodesse pergis. Viue igitur Romana Ecclesia, cuius authoritatem & unitatem contra suborientes hæreses magna eruditione propugnas: Viue Orbi Litterario, quem doctissimis libris illustras: Viue Magistris, quorum mentes dilucidas: Viue Discipulis, quorum ingenia doctrinam generosam elimas: Viue Mihi, qui Tua amicitia honoror, & scriptis institutor: & tandem, quia communi bono natus, communi utilitati studes**

Omnibus ANTONINE Viris, qui vera labore

Affiduo quærent Dogmata, viue. Vale.

Scripti Romæ S. Callisti loco & die (Anno, qVo EVropaM AntoninVs Diana, Iteratis Ingeni fecit VS, IVVat, eXornat, & iLLVstrat.



Auctor Lectori.

SUPERIORIBVS amplissimorum Patrum Comitjs, interrogatus identidem, ac consultus cum essem explicanda mihi pleraque fuere dubia. In causa id fuit, ut hunc adornarem, quem hic vides, AMICE LECTOR, de Conclavi Commentarium. Quem quidem petente Eminentissimo Domino meo Cardinali N. ut exscribi permetterem, cum eius Auditori tradidissem, amanuensis, erectus spe lucri, ita exemplum inde Cardinali desumpsit, ut alterum clam sibi seposuerit: quod sepius postea transcriptum cum plerisque ex Eminentissimis Patribus, tum alijs etiam huiusce Aula Praesulibus diuendit: corruptissimum illud quidem, mutilumque, ac maculis sanè palmaribus fœdum: cumque insuper acceperim, id etiam virum egregium moliri, ut aliquis ex Germania, aut Gallia Typographis eundem ipsum Tractatum à se coëmeret, ac typis daret: decreui tandem mecum ipse, illum in duodecima hac Parte, qua tum Romæ cudebatur, in lucem edere: monitòsque Lectores peruelim, hoc esse legitimum, ac germanum Auctoris Opus, quod est Romæ excusum, aut alibi ab hoc duntaxat exemplari; emendatum videlicet, ac quæstionibus auctum non sanè paucis. In quo quidem conficiendo quantum ipse laboris impenderim, aestimare ex te facile poteris. Nam qui ante me, materiam pertractauit vnus aut alter, ieiunè aut vix libauit; ut dicere Horatianum illud possim, lib. 1. Epist. 19. Non aliena, meo pressi pede. Vale, & me ama.

Tracta

TRactatum, De Consecratione Episcoporum, à R. P. D. Antonino Diana compositum: nos infra scripti, Adm. R. P. Nostri Generalis D. Bonifacij Alliardi iussu, studiosè perlegimus. Tumque reperimus ab omni errorum labe purum; imò multiplici, singularique doctrina ita exornatum, ut in eo facile ipsum recognoscas Auctorem. Certè, cum noctu lux vna luceat suis alijs Operibus Diana, expellat scilicet à toto Orbo incitiæ tenebras, atque ut luminare minus præsit nocti: hoc quidem Tractatu adest veluti Lucina fauens Episcopis, ut namque ritè ipsi Consecrati, prosperè Deo gignant per Euangelium plurimos. Congruum ergo iudicamus, & iustum, ut totius Christianæ Reipublicæ bono elaboratum Opus, publici iuris fiat.

D. ANDREAS SOTTANI Cler. Reg. Sacr. Theol. Profess.

D. PAVLVS MARIA QVARTI Cler. Reg. Sacr. Theol. Profess.

D. VRBANVS PVLVERINVS Cler. Reg. Sacr. Theol. Profess.

D. BONIFACIUS ALLIARDVS Episc. Adrien. & Præpos. Generalis Clericorum Regularium.

HOC Opus, cuius inscriptio, De Consecratione Episcoporum, &c. à R. P. D. Antonino Diana celebri nostra Congregationis Auctore compositum, & à nostris Theologis, quibus id commissimus iuxta præfixam assertionem, recognitum, & approbatum, ut typis mandetur, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentis litteras manu propria subscriptas, & solito nostro sigillo munitas damus. Romæ in Aedibus nostris S. Syluestri Montis Quirinalis, die 10. Septembr. 1655.

D. IO. BAPTISTA ARATA Secret. Cler. Reg.

Loco † sigilli.

Imprimatur, si videbitur Reuerend. P. Sacr. Pal. Apost. Magistro.

M. A. ODDVS Episc. Hierap. Vicesg.

IVSSU R. P. Fr. Raimundi Capifucchi S. Pal. Apost. Magistri vidi, & attentè consideravi Duodecimam Partem Resolutionum Moralium R. P. D. Antonini Diana continentem Tractatum De Consecratione Episcoporum, & censeo esse Opus Auctore suo dignum propter multiplicem eruditionem, qua vbi que est refertum: propter conspicuam claritatem doctrinæ, qua difficilia quæque, ad publicam omnium vtilitatem ad vsum expeditum, redduntur facilia; ac demum propter salutarem documentorum pietatem maturitate iudicij, & tutissimo opinionum, ac fundamentorum delectu solidatam. Datum in Collegio Romano Societatis I E S V, die 10. Octobr. 1655.

MARTINVS ESPARZA Soc. IESV.

Imprimatur.

FR. RAIMVNDVS CAPIVCCHVS Ord. Præd. Sacr. Apost. Pal. Magister.

IVssu adm. R. P. D. Francisci Carafæ nostræ Congregationis Præpositi Generalis percurramus R. P. D. Antonini Diana Tractatum *De Colloquutionibus & Scriptionibus prohibitis tempore Conclavis*. In eo, ut omnia religioni, ac moribus apprimè consona; ita fertilissima quædam eminet ingenij eruditio, quæ doctus Auctor libatam vix aliis materiam, quæstionum varietate, numero, nouitate penitus exhaurit. Planè intra Conclavis, de quo differit, septa contineri non debuit eximius labor: par est, euagari latius per litteratorum manus, ac plausus: eoque dignissimum ducimus, qui typos impleat, ac luci detur, ad publicæ eruditionis incrementum, lucemque ingeniorum. Datum Romæ in nostra Quirinali Domo die 29. mensis Nouembris 1655.

D. FRANCISCVS MARIA CARAFA Cler. Reg. Sacr. Theol. Profess.
D. IOSEPH SILOS Cler. Reg.

D. FRANCISCVS CARAFA Congr. Cler. Reg. Præpos. Generalis.

Opus inscriptum, *De Colloquutionibus, & Scriptionibus prohibitis tempore Conclavis, à P. D. Antonino Diana compositum, & iuxta præfixam assertionem PP. Theologorum, quibus id commissum approbatum, ut typis mandetur, quod nos spectat, facultatem concedimus. Datum Romæ in nostra Quirinali Domo die 8. Februarij 1656.*

D. IACOBVS SOTTANI Secretarius. *Loco † Sigilli.*

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Sacr. Apost. Pal. Magistro.

M. A. ODDVS Episc. Hierarp. Vicefg.

IVssu Reuerendiss. P. Fr. Raymundi Capisucchi vidi Tractatum R. P. D. Antonini Diana *De Colloquutionibus, &c.* Et cenfeo Auctoris doctrinam multiplicem eruditionem, & maturitatem iudicij esse pares grauitati materiæ, & in publicam vtilitatem plurimum collaturum esse hoc Opus, si typis mandetur. Datum Romæ in Collegio Romano Soc. Iesu die 22. Decembr. 1655.

MARTINVS DE ESPARZA Soc. IESV.

Imprimatur.

FR. RAIMVNDVS CAPISVCCHVS Ord. Præd. Sacr. Apost. Palat. Magister.

INDEX



INDEX

Authorum LXXVIII. qui encomiasticè in Operibus suis de P. DIANA loquuti sunt, hac Duodecima Parte nouissimè, quàm in aliis auctior:

AACIVS de Ripol tract. de Regul. cap. 11. num. 11. Noni debebat venerabilis, & doctissimus Diana tantopere mirari de me distis.

Albertus de Albertis Societatis Iesu in Paradoxa moralia disp. 1. cap. 12. Huic veritati oblectatur aperte Diana sanè doctissimus, iuxtaque humanissimus.

Idem ibid. c. 5. §. 8. n. 118. Quamobrem benignè inspectandum iudico, quod eruditissimus Diana asseruit.

Alphonius de Leone tract. de Cappellanij, q. 6. sect. 20. n. 200. Vnde doctissimus Diana necesse est, ut intelligat, id esse prohibitum in decreto.

Idem de censib. recollect. 5. num. 126. Turrianus vocat hanc sententiam probabilem, & non Diana, prout Manriquez Ferro solita sua animositate contra hunc famiger rarissimum Antorem falsò illi attribuit: addens, Dianam frequentius approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil efficere illum posset: quia illum nõ solum non negat ipse Diana, sed glorianter profertur in frõte suorum voluminum, se ut plurimum benignè resolvere casus conscientia, quod in singulis suis resolutionibus, non ex sua, sed aliorum selectorum Autorum opinione cum communi plausu exequitur.

Andreas Capanus de iure Adhoæ q. 62. n. 11. Fateor tamen, quod Pater Diana omnia ferè optimè resoluit, maximè cum ingenij perspicuitate, & acumine, prout in præsentis casu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter euitanda peccata.

Andreas Lanfrancus in Opusculis tom. 2. Opusc. 1. c. 4. n. 13. Quam plures refert accuratissimus in recensendis auctoritatibus P. Diana.

Anton. Diana Pars XII.

Angelus Maria Verrifelli in *Questionibus moralibus. tr. 2. quæst. 28. n. 15.* Ita doctissimus Diana.

Idem ibidem; tract. 4. quæst. 27. sect. n. 69. In re autem morali plurimum debemus nostro P. Antonio Diana, nam eius industria multæ opiniones eualerunt probabiles, quæ antea non erant.

Item de *Apostolicis missionibus, post tract. 18. in appendice. 311. n. 4.* Primò moueor autoritate doctissimi Patris Diana, qui *part. 11. tract. 1. resolut. 23.* improbabile censet, posse Sinese ob Regiã aulam castrare suos infantes, postquã enim in typis impressa erat ea quæstio 197. de Eunuchis optatissima pars vndecima P. Diana ad manus deuenit; optatissima in quã, nam tanti Doctoris scripta aureis litteris exaranda, sæpissimè cum euoluo, affectuosè deosculor, etenim in densissimis difficultatum tenebris, cæterorum Authorum cum opere despondi, Diana clarissimam lucem irradiat, abditarum auctoritatum, ac rationum thesauros indicat, & semper Dianam se, Lunam, & noctilucam præstet, quare omni æuo, toto Orbe, eius doctrina moralium difficultatum *Nox sicut dies illuminabitur.* Itaque tanti viri auctoritatis ab ea opinione asserenda probabili me absterruit.

Antonius Escobar, & Mendoza Societatis IESV in *Theol. moral. lib. 5. c. 6. sect. 2. probabilem 35. n. 133.* Miror quidem Antoninum Diana virum eruditissimum primam sententiam Doctorum communem esse affirmare.

Idem in *Theol. mor. parua editione vlt. tract. 1. exam. 1. c. 12. n. 93.* Scio communem esse sententiam non peccare subditos, qui legem sine causa non recipiunt, eruditissimus Diana *part. 5.*

Idem in *Theol. mor. tom. 2. lib. 16. sect. 2.*

Index Authorum.

cap. 19. *problem.* 105. *numero.* 616. Doctus admodum Amicus meus Antoninus Diana.

Idem *ibidem.* *lib.* 15. *sect.* 2. c. 17. *probl.* 121. *num.* 462. Doctissimus amicus meus Antoninus Diana.

Anton. de Leon in *quæst. del Chocolate* p. 1. §. 1. *Aun oy se puede seguir esta opinion, consta de en lo moral, y con la pronocacion, y estimacion, y que se sabe, la pone por probable.*

Augustinus Barbofa Episcopus Vgentinus de *potest. Episc. Edit. Lugdun.* anno. 1541. p. 2. *alleg.* 6. n. 4. Ita tenet Laiman. & nouissimè amicus meus Doctus Diana.

Barnabas Gallego de vera Ordinis Prædicatorum in Bulla Cruciatæ cap 9. dub. 115. *No por que he aduertendo contra Antonino Diana dexo de venerat los muan lucidos trabajos deste Author, que sin duda tiene grandes motiuis de la Theol. moral.*

Bartholomæus à Sancto Faustio Ordinis Fulienfis de *Sacram. panit. lib. 4. quæst.* 173. Pœnitens quando bona fide maiorem numerum peccatorum expressit, non tenetur repetere confessionem, & ita tenet sapientissimus Diana.

Cæsar Carena in *tract. de offic. Sanctiss. Inquisitionis* 1. §. 1. n. 68. videtur de tota hac materia P. Diana de hoc nostro Tribun. S. Officij optimè meritis.

Cælestinus Suesionensis Tertij Ordinis S. Francisci, in *compend. Theolog. moral. tract.* 3. c. 10. De hac materia multa scitu digna refert Diana vir doctissimus, ex cuius doctrina, quæ hîc trademus desumpturi sumus.

Carol. Baucius in 2. *edit. sua præx. confessorior* fol. 123. Respondetur ex Gaetano, & aliis citatis à sapientissimo Diana.

Carolus Antonin. Bottiglierus in *tract. de successione ab intestato Theorem.* 66. n. 1. Ad quod videndus est laboriosus, & doctus P. Diana

Carolus Malletus Cisterciensis in *Theol. moral. tom. 1. Epist. ad Lectorem.* Nuper hac eadem super materia luculenter scripserunt Eminentiss. Card. de Lugo, & doctissimus Antoninus Diana.

Carolus Thomafius in suis *Quodlibetis Theologicis quod 4. schol.* 10. n. 2. Ex qua doctrina, ex quibus principiis, noster Pater, meusque Magister Pater Diana cuius in omnem terram exiuit sonus laudis, & in fines Orbis Terræ Codices eius in part. 11. *tract.* 4. multos varios, & veriores casus mirabiliter deducit.

Constantinus de Castro Mortariensis Canonicus Reg. Lateranensis, in *Collect.*

Theolog. moral. tract. 4. *sect.* 1. cap. 100. art. 2. §. Ita Doctores quos citat, & sequitur doctissimus Diana.

Castellus Sotomaior de tertiis debitis Hispaniarum Regibus, *cap.* 41. *num.* 181. Antonini Diana scripta, & Resolutiones morales vtilis, & necessarias esse à singulari eruditione, Authorumque lectura edita fatemur libenter.

Daniel de Nobilibus in *select. controuersis, disput.* 62. n. 31. Contra communem sententiam videtur mihi sentire eruditissimus Diana; dum dixit sibi non videri has leges ex æquo respicere Clericos, ac Laicos.

Didacus Antonius Frances in Pastoralis interno ad finem operis in Appendice, §. 1. Nonus tomus eruditissimi, & laboriosissimi Reuerendi Patris Antonini Diana, serò, sed bona sorte ad me delatus est, illum prælegi, & spicilegium istud, quod sparta nostra potuit locupletari hic apponere, & in appendiculum referre iudicavi, quam margines infere, & Lectores meos hac noua lucubratione, & grauissimi viri auctoritate, iudicioque priuari.

Idem in *pastorali Regul. part.* 3. *voto.* 8. Romæ Orbis caput tenet Religiosissimum, mihi què ante alios, Carissimum Patrem Antoninum Diana diuiniore sapientiæ antesignanum, & in primis eius Theologiæ, quoad mores spectat, ac iura componit, ætate facile principem.

Didacus de Marbona in *Annaliibus iuris* n. 10. *cum dim. quæst.* 8. *num.* 6. Idem docet Riccius Ochagaia, Marcerus, & Castrus Palaus, quem refert, & sequitur eximie litteraturæ vir Antoninus Diana.

Idem in *tract. de at. ad Omnes hum. act. req. an.* 11. *q. vnic.* *num.* 3. Quamplurimos Authores enumerat solertissimus vir Antoninus Diana.

Didacus Treasmiera quæstor fidei in Regno Siciliae de Polugamia *lib.* 3. *q.* 2. *num.* 49. quam rationem attingit doctissimus Diana.

Franciscus Bardi studiorum Præfectus in Collegio Panormitano Societatis Iesv in *Bullam Cruciatæ* p. 2. *tract.* 2. *cap.* 4. *sect.* 2. *num.* 12. Patrem affirmatiuam complexi sunt quamplures, vt Suarez, Coninch, Fagundez, Layman, & peritissimus Diana.

Idem *ibidem, tract.* 3. *cap.* 4. *sect.* 4. n. 34. P. Diana diligens, casuum Moralium, & practicabilium scrutator.

Idem in *selectis. lib.* 7. *quæst.* 13. *num.* 14. quæ sententiâ doctissimus, & amicissimus Diana, vt probabilem, & tutam sustinet.

Franciscus Bordonus S. Officij Parmensis

Index Authorum.

mensis Consultor Tertij Ordinis S. Francisci in *consil. Regul. tom. 2. resol.* 80. n. 30. Id optimè probat in moralibus veratissimus Diana.

Idem in *controuers. moral. controu.* 7. n. 5. De materia Immunitatis Ecclesiasticæ, vide Dianam in suis operibus, qui abundè, clarè, & optimè in fauorem Ecclesiasticorum dixit; quidquid ferè dici potest, ita quod in hac materia nihil amplius desiderari possit.

Francius Maria Maggus in *Disquisit. Asceticis cap.* 22. §. 7. n. 26. Antoninus Diana inter morales Theologos huius æui suo iam nomine præstantissimum lumen.

Franciscus Maria Pratus *practic. obseru.* tom. 1. *obseru.* 41. n. 7. Hanc esse communem opinionem, refert post plures admodum Reuerendus & doctiss. vir P. Antoninus Diana huius ætatis ornamētum.

Idem in *respons. de ludo scæchorum, §. n. c. pamen,* &c. Quam sententiam apertè sustinet mihi semper honorandus P. Diana summum Europæ decus.

Idem in *annot. ad Paschalem de viribus Patriæ potest.* p. 1. c. 9. n. 3. §. *at non. fol.* 391. Cuius rei accepta occasione insignis noster P. Antoninus Diana maximè in toto Orbe auctoritatis ob eius doctrinam, prudentiam vitæ integritati adiunctam, quam egregia literarum monumenta posteritati tradita, ita clarè testantur, vt cum supra omnem ingenij aleam positum esse nulli addubitauerint tradit, &c.

Idem *ibid.* p. 3. c. 2. n. 50. fol. 461. Quam decisionem imprimi curauit P. Antoninus Diana literariæ Vniuersitatis ornamētum.

Idem *ibid.* p. 2. *cap.* 3. n. 63. fol. 260. Superuenit postea Decimus Tomus nunquam satis laudati P. Antonini Diana.

Idem *ibid.* p. 4. *cap.* 6. *num.* 1. *§. est etiam,* fol. 49. In iniuriis minoribus per occasionem resistere, non licet effluenter eruditissimus P. Diana.

Idem in *lib. Respons. crimin. ad Reorum defensionem, respons.* 13.

Nec parui ponderis apud me est apud omnia Europæ tribunalium subsellia magnam vim facere auctoritatem Reuerendissimi P. Antonini Diana Clericorum Regularium Religionis ornamenti communis præceptoris, ac me præcipui, cui plurimum me debere, ac posteritatem debituram, nemo est qui inficiat eas. Etenim præter incôparabile vitæ mores literarum studiis, ingenique sui monumentum ad praxim, cum ad Theoricam accommodatis orbem edocuit, &c.

Idem *ibid. respons.* 15. Præceptor noster,

tum doctrina, tum vitæ integritate conspicuus P. Diana.

Idem *ibid. resp.* 40. Ita tenet Hurtado, quem doctè & eruditè de more adducit P. Diana, nostri æui decus.

Franciscus Felizzarius Societatis Iesu tom. 2. *Man. Regul. in Epist. ad Lectorem, sub nomine Typographi.* R. P. Antoninus Diana vir ob plures, & eruditos Codices editos, non solum Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi celeberrimus.

Franciscus Salernus Panormi Vicarius Generalis *lib.* 1. *conf.* 12. §. 3. n. 26. Quam sanè rem tetigit doctissimus Diana, cuius Codex postquam hæc scripseram, ad manus meas peruenit.

Franciscus Sraybanus in *Theolog. moral. princ.* 18. Quod sit contractus docet Diana, (illi inquam) P. Diana, qui morali disciplinæ talem addidit splendorem, vt quæ prius aliorum doctrina latebât ingenii eorum diuersitate opinionum patefacta ita clarescit, vt humanus intellectus natiua gaudens ingenuitate, ad determinatam sententiam ipsi fortasse improbabilem non ardeat amplectendam. Imò hac sua industria ita animarum, consulit iuuamini, vt si, quod illis prius lethali ascribebatur facinori, eo quod solum damnantium ad culpam opinionem gnaris peccati se putabant reas aliorum, deinde qui talem non agnoscebant labem reuelata per ipsam opinione, qui prius lethali peccaturus ruebat, existimati insistent delicto, in tale immunis labe, nostri Diana auxilio, fortunatus euadit. Huius igitur doctissimi, eruditissimi, ac meritissimi viri laudes rudi calamo enunciare minimè valens, silentio potius, me de eodem dicere non posse, quod vellem significante potius quam loquela ad dicendum inepta, eiusdem encomia demonstrabo.

Idem *ibid. princ.* 148. Ita tenet Diana, & dat rationem hic doctiss. Author, & suprema ab omnibus laude extollendus. Etenim adeo Arcanam prouult in morali disciplina doctrinam, vt aliis retroactis temporibus, non ita peruiam, imò penè omnibus ignotam, nostro æuo (aliorum purgata inscitia) reseruauerit. O victimam diu viuat: vt continuo lucem doctrinæ promanans moralis, cæteros in motibus componat.

Franciscus Torreblanca in *pract. Iuris spiritualibus lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 54. Communis Authorum sententia terruit; ne in meam veniret opinionem eruditissimum Antoninum Diana, S. Inquisitionis

Index Authorum.

Regni Siciliae Consultorem.

Gabriel de Henao Societatis IESV de *sacram. Euchar. disp. 14. sect. 4. n. 35.* Antoninus Diana insignis Amplificator Theologiae moralis.

Gregorius Gobat Societatis IESV *The-saurio Indulg. p. 2. cap. 7. q. 16. n. 324.* Ita post Siluium Diana, cuius apud me magna in eiusmodi dubij auctoritas.

Idem *ibid. cap. 26. q. 71. n. 533.* Accedit recentissima declaratio SS. D. N. Cuius omni exceptione maior testis exitit celeberrimus Doctor Antoninus Diana.

Idem *ibid. cap. 38. q. 105. n. 681.* Sicuti nixus auctoritati tam praeclarae de re morali meriti Dianae respondi per literas interrogatus.

Idem in *Vindiciis Theolog. contra Manriquez Ferro sect. 13. n. 829.* de Diana quem arguit Manriquez, fateretur puto si ipse decem Dianae partes euoluisset, esse ab hoc placidissimi ingenij viro, plurimas iuridicas quaestiones, tam perite & ex propriis iuris principijs resolutas, vt si iis in vnum volumen redactis inscriptum esset Manriqueanum nomen, omnes qui eum legerent pronunciatum essent, Authorem Manrique in eo volumine tueri egregie Iurisconsulti nomen.

Gio Pietro Crescentio nell' *Arsenale de Religiosi p. 3. del presidio Romano lib. 2. fol. 54. col. 1. Da per tutto si sono ristampati gli otto volumi delle resolutioni morali d'Antonino Diana da Palermo, vine in Roma esaminatore de Vesicou, e tutta via va scriuendo con molta fama.*

Idem *ibidem fol. 66. col. 2. Il P. Antonio Cortome segue in tutto, e per tutto la dottrina del P. Diana splendore del nostro secolo.*

Hyacinthus Donatus Dominicanus in *Praxi Regular. tom. 1. tract. 1. q. 20. n. 6.* Si Episcopus prohiberet, ne fiat accessus ad locum exemptum, tunc incurreretur in censuram, ita Couarruias, & doctissimus P. Diana.

Idem *tom. 1. tract. 6. q. 6. num. 1.* Quidam probabiliter dicunt posse, & debere puniri a Praelatis Religionis, ita cum aliis citatis doctissimus P. Diana.

Hieronymus Ferrantinus Societatis IESV de *scandalo, & correctione Fraternali, disp. 1. q. 27. num. 14.* Ita Diana, cuius tanti Authoris opinio quauis pro viri Religiosi affectu dicta sit, habet nihilominus difficultates.

Idem *ibid. q. 77. n. 3.* Praeter alios quos citat eruditissimus P. Diana.

Hieronymus Garzia in *Summ. moral. n. 3. diff. 1. dub. 4. punct. 4. n. 20.* & saepius

alibi. *Esto ultimo parece sentir Guanto, y le sigue el gran Casuista de nuestros tiempos Diana.*

Idem *ibidem tr. 1. diff. 1. dub. 2. n. 3. A los quales añado Cornejo, y el gran Casuista de estos tiempos Diana.*

Idem *ibidem tract. 2. diff. 4. dub. vlt. punct. 1. n. 4. Esto supuesto, entra la question en la qual el gran Casuista de nuestro tiempo Diana dixo, &c.*

Idem *ibid. tract. 1. diff. 5. n. 3. De lo dicho se collige, quan iniustamente se quejan los que sienten, que en materias morales ay diversidad de opiniones; porque con la variedad de opiniones se haze mas suave el yugo de Christo, porque quiza si en las materias morales no huiera sino un camino quedaran mucho mas peligroso a las conciencias, que favorable: pues apretarias demasadamente, es affligr, y a tormentar a las almas temerosas, y llenarias de escrúpulos; y no se puede negar sino que en esto ha andado muy bien Diana aunque algunos poco doctos han venido a dezir que ha ensanchado las conciencias y dado licentia para peccar. Pues es cierto, que no enseña opinion, que no sea probable per principia intrinseca, aut extrinseca, y assi sin razón le calumnian.*

Ioannes Baptista Cafalius de *Vrbis, & Imperij Romani splendore, cap. 21.* Cui opinioni R. P. D. Antoninus Diana Clericus Regularis eruditissimè, & doctissimè ipse primum respondit, eamque, vt errorem impugnavit in lib. cui titulus, *De primatu solius D. Petri*, cuius Authoris doctrina ex tot voluminibus moralis Theologiae per ipsum impressis, ego semper sum admiratus, & veneratus, vt etiam responsa, quae ab ipso velut oracula continuo proueniunt super vrguentissimas Christiani orbis difficultates.

Ioannes Baptista Ciarlus *Contron. Forens. indic. tom. 2. c. 198. n. 3. & 30.* Verum contra me insurgit doctissimus Diana adducens multa argumenta, quibus consideratis admiratus sum viri ingenium, & eruditionem, & non potui non laudare eius subtiles, & doctas considerationes: non adhuc multa argumenta ad meam tuendam sententiam, quam existimo veram, non vt impugnem opinionem P. Dianae, cuius auctoritatem, & scientiam scio esse magnam, & tanquam virum insignem in morali Theolog. colo, & admiror, & credo eius sententiam esse probabilem, & ideo omnis disputationis causa esse volo.

Ioannes Baptista Larica in *alleg. Fiscalis c. 2. alleg. 1. q. n. 16. & 21.* Princeps aliquos ciues tradere potest, & periculo vitae exponere

ponere pro tutamine aliorum. Tradit D. Thomas. Quod comprobat doctissimus P. Diana.

Idem in *alleg. Fisc. tom. 2. alleg. 115. n. 30.* Addenda sunt plura, quae ex Reuerendo, & docto P. Diana norauimus.

Idem *ibidem n. 33.* Potest consuetudo istam reddere vltimae voluntatis derogationem, Glossae, Sanchez, Farinacius, Guttierrez, & doctissimus P. Diana.

Ioan. Baptista Lezana in *Sum. qq. Regul. tom. 4. verb. libri. n. 30.* Quid verò sentiendum de elect. aliorum lib. de quibus non fit fermo in Bulla Coenae, consulendus est insignis Author Antoninus Diana.

Idem *ibidem, verb. Litania, n. 7.* Nota quod celebris Author P. Diana oppositum probabile putat esse.

Idem in *Consultis variis, conf. 35. n. 16.* Ea quae dixi etiam approbat sapientissimus P. Diana aliis relatis.

Idem *ibidem, conf. 26. num. 29.* Adhaesit autem huic sententiae sapientissimus Pater Diana.

Ioannes Baptista Ventriglio in *Praxi Fori Ecclesiastici. Annot. 88. S. unico, n. 37.* Hoc tenet Diana in 3. part. Sed pace tanti viri contrarium videtur verius, & in sexta parte nostrae opinioni adhaeret.

Ioannes Caramuel in *Theol. Reg. edita Francofurti 1546. disput. 6. num. 53. B. C. D.* Sunt Authores aliqui, quorum vnus multis aliis praeualeret, vt sunt Lorca, Vasquez, Suarez, Pontius, & Angelus Manriquez. Hos litterarum Principes, nullius iniuria nominauerim, Lessium, Thom. & Ioannem Sanchezios, & praecipue Dianam, & si quos alios aequales ipsis videris illis adnumera, & sine aliquo scrupulo sequitur contra quoslibet alios Doctores.

Idem *ibidem, disp. 69. n. 1053.* Ingenium Dianae viri Doctissimi venero, eius industria multas opiniones euasisse probabiles, quae antea non erant, assero, & voco quae inuidum, qui non confirmet.

Idem *ibidem, disp. 66. concl. 14. n. 1017. fol. 196.* Ita docuerunt Vasq. Pontius, & Diana: vbi nota: illos duos fuisse ex maximis, ita vt securissimè sequi possis; Dianam diligentia, & studium etiam magnis adscripsit, & forte illi plus debet Ecclesia, plus ethica Christiana, quam aliis plura alia scripsit Caramuel de supra dicto Diana, vt videre est in Epistola impressa in principio suae Theologiae Regularis, & in alia Epist. impressa in principio suae Theologiae fundamentalis.

Ioannes de Dicastillo Societatis IESV in *Delingana vniuersitate Cancellarij de Sa-*

eram. 1. tr. 4. disp. 10. dub. 5. num. 1110. Ecce Diana sibi contrarius est, id tamen, quod illi non semel contigit non reprehensione, sed gratiarum actione dignum est, nempe vir pro communi bono laborans, & communi utilitati seruans, prima lectione diues, & copiosus pro occurrenti consultantium, & quaerentium necessitate, aut etiam desiderio, iam huic, iam illi parti adhaeret, quando pars vtraque probabili ratione, & doctorum virorum auctoritate nititur, & in praxi vtrius operari tutum est, voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna, quid in alia occasione responderit quaerentibus. Quid quae, vtilius pro praxi? Haec obiter dixerim, vt facillere iubeam nescio, quos inuidos, qui haec, etiam quae sunt similia, erudito viro non verentur obicere.

Idem *ibidem disp. 11. dub. 6. num. 1111.* Alij paulo strictius, alij paulo latius videtur locuti, maximè ij, qui pro reipublicae litterariae bono in congregandis auctoribus pro quavis sententia defudant non sine magno fructu, & dignissimi sunt quibus gratias agamus, iis si non primum, certe nemini secundum locum tenet Diana.

Idem *ibidem, tom. 2. tr. 8. disput. 9. dub. 2. num. 88.* Eodem modo possent impugnari Diana, &c. Sed in hoc erudito, & multae lectionis viro, non vitio vertendum; sed laudi potius tribuendum est, quod resolutiones illius variae sunt, & quandoque oppositae. Nempe scopus illius est, tam confessarios, quam poenitentes instruere; vt secundum probabiles Doctorum sententias (etiam fortè contrarias) possint se tanta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione, in quo abundè pergit quotidie benè mereri de Rep. litteraria.

Idem *ibidem, dub. 3. num. 180. fol. 441.* Et multi alij apud Dianam *part. 1. tract. 7. re. fol. 1.* in quo tractat copiosè pariter, & eruditè de his circumstantiis, multa quasi in synopsi exponit pro communi practicae Theol. locupletando thesauro.

Idem *ibidem, dub. 7. n. 295. fol. 463.* Haec & alia cum retulisset Diana; noluit pro sua pietate, doctrina, & prudentia sequi virum alioquin amicissimum, cum videret aliis multa talia displicere.

Idem *ibidem, dub. 8. n. 351. fol. 477.* Nec sine admiratione legi in Diana, in quo eruditio cum benignitate de primatu, certant. Dum casus resoluat eruditè, & iustè, & benignè, & plures, ac varias imò etiam oppositas sententias, vt probabiles frequenter admittit.

Idem

Index Authorum.

Idem *ibid. dub. 9. dub. 756.* id multi obseruant quos Diana refert, & sequitur in egregio tractatu de absolutione moribundi, & solita eruditione in *tract. 1. p. 8. resol. 49.*

Idem *ibid. disp. 10. dub. 8. n. 233. fol. 675.* Legatur Diana ibidem, ubi id latè, & eruditè de more probat.

Idem *ibid. dub. 9. n. 257. fol. 680.* post Bullam Urbani VIII. Sua omnia opera, & resolutiones toto mundo celebres edidit Antonius Diana, in quibus variis in locis hanc sententiam, vt probabilem imò, vt veram tradidit homo in cæteris quidem, sed in Bullarum maximè Decretorum Pontificiorum mandatis, & perquirendis, & propugnandis diligentissimus, & versatissimus.

Idem *ibid. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 1. n. 16. & 16.* Contra quam doctrinam doctè & copiosè agit Diana locis citatis contra Rabardeum, ubi solitam lectionem, & eruditionem ostendit.

Idem *ibid. tract. 10. disp. 2. dub. 15. n. 148.* In qua re duas inuenio sententias oppositas quas refert Diana, retulisse contentus (quod sæpe facit) nihil decidit, non defectu, vel doctrinæ, vel prudentiæ, & iudicij, quibus maximè valet, & pollet, sed ex abundantia modestiæ liberam aliis relinquens censendi potestatem.

Ioannes Dominicus Ottonelli Societatis Iesv in tr. de pictura, & sculptura, c. 3. q. 7. *Propone il quesito il Reuerendo Padre D. Antonino Diana huomo celebrato da tanti valenti huomini, e con tante lodi, che si è potuto tessere un Catalogo di lodatori.*

Ioannes de Lugo S.R.E. Cardinalis Societatis Iesv, de iustit. & iure, tom. 2. disp. 37. sect. 13. n. 161. De torturæ materia, videre poteris Dianam tractatu de tortura, ubi omnia ferè, quæ ad torturam spectant copiosè, & doctè collegit ex Authoribus antiquioribus, & recentioribus, qui tractatus vtilissimus omnibus est.

Idem *de sacr. Pen. disp. 25. sect. 5. n. 148.* Quando est mera confessionis reuelatio Inquisitores non se in genere testatur Diana in eo Tribunali permultos annos versatus.

Ioannes Petrus Fontanella in *decisionibus Catalonia; tom. 2. dec. 302. n. 1.* Recensere hæc volui clariùs, quam fecerit Diana, cui non nego multū debere studiosos.

Idem *ibid. dec. 307. n. 13.* Aduerto Patrem Dianam, vt numeri, quod susceperat vberimè satisfaceret, nullum non mouisse lapidem, nullis pepercisse laboribus, quibus Sacram Ecclesiasticam im-

munitatem adiuuaret.

Ioannes Franciscus Sanna in *Patrocini. immu. Eccl. pro Episc. Algaren. art. 3. n. 36. art. 5. n. 51.* Quod esse valdè norandum, à Iudicibus Laicis, quando excommunicantur ab Episcopis, licet pro se habeant opinionem probabilem, aduertit doctus, & pius P. Diana. Et infra. Quinimo si credimus Azorio, Filliucio, & aliis variis longè doctissimis, quos refert Diana, vir æquè non mediocriter doctus.

Ioannes Escobar à Corro Inquisitor Murciæ, tr. de *Confess. sollicit. p. 2. q. 2. §. 3. n. 23.* An quis releuare teneatur Monitorio furtum factum à filiofamilias eius, qui monitorium impetrauit Naldus affirmat, Raynaudus negat; Diana tamen licet doctissimus iudicandum relinquit.

Ioannes Henriquez Augustinianus in qq. practicis, sect. 37. quæst. 21. n. 55. *Esto no obstante Diana Autor tan graue affirmado contrarío.*

Ioannes Maria de Castilento ex Ordine Minor. in *Polyanthea Theologia moralis ante principium, in Elenco nominum Autorum, cæterorum Authorū nomina, in hoc opere citata, habes etiam apud alios, & præcipuè apud Doctissimum Dianam, cuius intellectū sicut puto omnium casuum Conscientiæ decisionum promptissimum τὰ μὲν, ita etiam eius opera omnium doctorum veterum, sed perquam maximè recentiorum vniuersalem dixerim Bibliothecam.*

Idem *ibid. littera A, diffc. 3.* Ita etiam nouissimè docet sapientissimus Diana.

Ioannes Morandus in *Cursu Theol. tom. 2. tr. 3. de Euchar. q. ult. n. 59.* Pater noster Diana ferè in omni materia morali congescit quicquid curiosi, & singularis recentiorum gustus nouerit appetere.

Ioannes Demetrius in *Praxi casuum Archiepiscopo Neapolitano reseruatorum, q. 8. n. 26.* Et hanc opinionem tenet. Antonin. Diana, cuius virtus tam præclara est, vt vniuersum ferè orbem in sui traxerit admirationem.

Idem *ibid. Disquis. 3. q. 2. n. 43.* Duæ sunt opiniones, prima affirmat, quam sequitur Diana qui in morali Theologia lux lucis, lumenque luminum dici potest.

Idem *ibid. n. 77.* Hæc est cõmunis opinio, vt contra Graffium tenet sapientissimus Diana, vir nunquam satis laudatus.

Ioannes de Ianuario in *resol. Theol. mor. tom. 1. resol. 14. n. 8.* Hanc consuetudinem à Merolla cognitam non cognouit accuratissimus Diana.

Idem *de casibus reseruat. tom. 1. resol. 16. num. 1.*

Index Authorum.

n. 1. Idem sentit Quintanadueñas citatus ab eruditissimo P. Diana, qui in moralibus omnes plenè materias illustrauit.

Idem *ibidem, resol. 64. n. 13.* Sic Pater Diana, qui in materia morali nihil intantum reliquit. Idem *tom. 2. resol. 69. n. 4.* Probat igitur Marchant. relatus ab eruditissimo Diana.

Idem *ibidem, Resolut. 73. n. 143.* Contra Pellizarum meritò insurgit doctissimus, & amicissimus Diana.

Iulius Cæsar Borea Episcopus Comalensis in responso pro immun. Eccl. contra Lagunam, c. 3. n. 117. Clericis suffragatur authoritas, non solum P. Dianæ sed etiam aliorum, quam plurimorum Authorum. Et in omnem euentum plus soli Diana deferrem, quàm Lagunæ, & cæteris eius sequacibus: tū propter egregiā viri, quam noui, litterarum: tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.

Iulius Clemens Scotus *Opusc. de iure tuend. fam. n. 18.* Quod Episcopus non possit absoluere ab Hæresi occulta, legendus est Diana, vir quidem suscipiendus, maximè propter Disceptationes Apologeticas de Primatu solius D. Petri, ac differentia inter ipsum & D. Paulū hoc anno impressas, in quibus multiplicia cõtrarij dogmatis Capita, siue argumenta igneis responsonibus adscidit.

Iuniparus à Drepano, de *Casibus reseruaris part. 3. disput. 12. quæst. 1. capit. 2. n. 2.* Hoc idem exillimo sentire P. Dianam, etenim si huius sensus non fuisset doctissimus Pater, istæ difficultates materiam exacte non examinaret, & eleganter resolveret, proxi resoluit.

Leander à Sanctissimo Sacramento in *qq. moratibus editionis Lugdunensis, tom. 1. de Sac. tract. 5. disp. 7. q. 6.* Approbat etiā nouissimè hanc meam sententiam D. Diana.

Leander de Murcia, in c. Sec. Regulæ D. Francisci, quæst. 9. n. 2. & sæpius alibi: *Esta sententia tiene Ricardo, Layman, Rebelo, a los quales cita, y sigue el muy docto P. Antonino Diana.*

Marcus Serius r. 1. de *Officio, & potestate Parochi, disp. 1. diffc. unica, q. 6. n. 1.* Licet nonnulli apud D. Dianam asserant moraliter peccare.

Idem *ibidem, q. 8. num. 20.* Villalobos apud Dianam virum eximie virtutis, inter alia notatu digna habet, &c.

Marcus Vidal in *Arca Vitali Theolog moralis in indice Authorum, littera A.* Antonini Diana Clerici Regularis Resolutiones morales, Author Pius, Celebris, & suo nomine conspicuus.

Martinus Bresserus Societatis Iesu, de *Conscientia, lib. 2. cap. 8. n. 98.* Antoninus Diana citat pro more suo diligenter Authores aliquos.

Nicolaus Fernandez de Castro, de *Religione milit. tract. 4. cap. 10. n. 57.* Summa hæc rationum momenta perpulerunt virum variæ & indefessæ lectionis longè eruditum Antoninum Dianam, vt nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Et rem doctissimo (vt solet) & pleno omnigenæ eruditionis scripto firmavit, nuper typis dato.

Idem in Portugal conuencida c. 2. *sect. fol. 50. littera B.* P. Diana vir planè indefessæ lectionis, Scriptionis, & Curæ, atque Religiosissimæ in Sanctam Sedem pietatis; cuius suauissimā amicitiam votis mihi enixè expetitam; multo animi candore, & quam par est eximio viro perhiberi obseruantiam gratis percolo.

Paulus Britius Episcopus Albensis, ne *progrèssi della Chiesa Occidentale, secolo 7. fol. 685. E chi curioso fosse di sapere, consideri seriamente le difficoltà, che moue il celebratissimo dottore Diana.*

Paulus Maria Quartus in *trattato del Giubileo dell' anno Santo al cap. 3. punto 1. si potrà vedere il Padre Diana, part. 9. tract. 2. de Altaribus, resol. 23. donec tratta egregiamente al solito, questo punto adducendo molti Dottori.*

Idem in *Rubricis Missalis in q. proæm. sect. 2. punct. 3.* Ita tenet Diana, quem doctorem frequenter, & libentissimè allego: tū quia, eo citato plures, & graues habeo patronos mearū assertionum; nunquam enim Diana solus loquitur, sed ei semper concinunt probatissimi Doctores, quos fidelissimè ipse affert meos addentes gratissimum armonice resolutionibus eiusdem Dianæ:

Idem *ibidem, part. 3. tit. 4. dub. 10.* Affirmatiuè tamen sententiæ adhæret sapientissimus Diana.

Idem *ibidem, part. 2. tit. 10. sect. 3. dub. 2. difficult. 3.* Ita tenet Syluester Paludanus, & plures alij, quos citat, & sequitur eruditissimus Diana.

Paulus Rubeus in *Annotationibus ad Decisiones Rota part. 3. decisione 2. n. 28.* Pater Antoninus Diana, vir admirabili doctrina conspicuus, cuius opera iam decimam quartam aspexerunt lucem, affirmat, hoc communiter tenerè Theologos.

Paulus Zachias in *qq. Medicolegal. lib. 8. in Epist. dedicatoria. Antonino Diana, &c.* Hæc tuæ censuræ subiicio, ac nomini suo inscribo, maxime enim consentaneum visum

Index Authorum.

visum est Canonicum argumentum, Summi Canonistæ, nomine decorare.
 Pax Iordanus Episcopus Taguriensis in *Var. Elucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 3. num. 216*.
 Eruditissimus Diana affert multos Doctores circa hanc difficultatem.
 Petrus ab Angelis Carmelita Discalceatus in *Addit. 7. ad sue Praxis iudicialis*.
 Quod non sint obligatorie tenent Suarez, Salas, Sanchez, & doctissimus Pater Diana.
 Petrus Franciscus Passerinus, *tract. de Pollutione Ecclesiarum, disp. 7. c. 20. n. 3*. Certo constat esse mortale, quod placuit magno illi moralium resolutionum magistro Dianæ.
 Petrus Patulus Guazzinus in *tract. moral. lib. 2. defens. 1. c. 7. §. 5. n. 156*. Sed quia de Inquiritoribus satis diffusè, & bene scripsit doctissimus Pater Diana, ideo me remitto ad illum.
 Idem *ibidem, cap. 12. n. 9*. ad Molinam pro parte contraria allegatus rectè respondet doctissimus Diana.
 Philipus Cammarata, in *iuridico discrim. Patroc. 1. n. 26*. Decisionem Seraphini, & declarationem sacræ Congregationis refert noster amicissimus, & eruditissimus R. P. Antoninus Diana.
 Raphael Rastellius Episcopus Caprensis, *le regimine Principis, lib. 3*. peruenit ad manus meas prima, & secunda pars Resolutionum moralium doctissimi viri Antonini Diana Panormitani Cleric. Regul.
 Remigius Scropha Dominicanus, in *Solutionibus questionum moral. q. 35. n. 16*. Hæc omnia docet doctissimus Diana.
 Sacra Rota Romana in Causa Burgen. nullitatis professionis die 16. Aprilis 1640. coram D. Arguelles. Annum probationis continuum esse debere, clarum est. Abbas, Ancharanus, Suarez, & manu plenissima pro more Reuerend. P. Diana.
 Sebastianus Saleles Societatis Iesu, *de materiis Tribunalis S. Inquisitionis lib. 1. c. 11. Regul. 94. n. 132*. Ex doctoribus magis recentioribus, perdoctè discuit, & resoluit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus, atque religiosissimus de Illustrissima

Familia Clericorum Regularium P. Antoninus Diana. Consulto Sancti Officij, & de hoc Sacro Tribunali valdè benemeritus.

Idem *ibidem, c. 14. Regul. 124. n. 241*. Inuocatio Dæmonis per modum imperij nulla ratione habet locum, vt egregiè ostendit doctissimus Antoninus Diana.

Stephanus Spinola Congregationis Somaschæ, *opusculo de libera electione in moralibus, disp. ult. sect. 4*. Diana pro opposita sententia nullos citat Doctores, quod equidem miror cur scilicet eruditissimus vir in libris doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consuevit pro vtraque parte doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.

Thomas Tanburinus tot Societatis Iesu, in *Decalog. part. 2. l. 7. c. 7. §. 1. n. 5. disp.* De hac materia Romam misi, vt amici eam P. Dianæ *de Theol. moral.* profecto benè meritisimo communicarent.

Idem *ibidem, §. 1. n. 10*. vt fusè probat me citato solertissimus Diana.

Idem *ibidem, lib. 8. tract. 2. cap. 5. §. 6. n. 3*. Lege Dianam solertissimum, & humanissimum virum.

Idem *ibidem, tract. 3. c. 3. §. 5. n. 8*. Sic Diana, cui diligentissimo Scriptori multarum opinionum notitiam acceptam merito referimus.

Vincentius Tancredi Societatis Iesu, *de Religione in Epistola ad Lectorem*. Circa Ecclesiarum lummunitatem multa exagitantur quæ nuper eruditissimus, & satis norus Diana, & quidam non obscuro nominis Recentiores scripsere.

Idem *ibidem, tract. 1. l. 4. disp. 5. q. 2. n. 19*. Sic docet Naldus, quamuis contrarium teneat mordicus doctissimus Diana.

Idem in *q. Moral. Epistola ad Lectorem*, plura ad rem multis adductis, congerit doctissimus, ac Religiosissimus Diana, & passim in multis locis eiusdem libri.

Zaccharias Pasqualigus in Indice Doctorum ante suas decisiones morales *littera A*. Antonini Diana Clerici Regularis, Resolutiones morales, Author suo nomine celebris.



INDEX RESOLUTIONVM HVIVS Duodecimæ Partis.

RESOLVTIO I.

AN Consecratio Episcoporum sit Ordo, & opinio negatiua affertur.

- pag. 1
 2 Opinio affirmatiua adducitur, & probatur Episcopatum esse verum ordinem. 2
 3 Dissoluntur argumenta adducta pro prima sententia. 3
 4 Quid dicendum de Patriarcha, Archiepiscopatu, item de Cardinalatu, & Papatu. 4
 5 An Consecratio Episcopalis sit verè Sacramentum, & opinio negatiua adducitur. 5
 6 Episcopatum esse Sacramentum demonstratur. ibid.
 7 An Episcopatus sit ita verus Ordo, & Sacramentum, vt distinguatur à Sacerdotio, & nouum Ordinem, ac Sacramentum constituat. 6
 8 Affertur opinio asserens Episcopatum absolutè distinguì ab Ordine Sacerdotali. 7
 9 Iudicium de supradictis opinionibus. 8
 10 An opinio asserentium Episcopatum non esse Sacramentum mereatur aliqua censura inuri, & Angelicus Doctor D. Thomas defenditur. 9
 11 Respondetur ad illud argumentum, si consecratio Episcopalis est verus Ordo, & verum Sacramentum: ergo non septem, sed octo sunt Ordines, & Sacramenta. 11
 12 De materia Consecrationis Episcopalis. Et prima Isamberti, & aliorum Anton. Diana Pars XII.

- opinio affertur. 12
 13 Adducitur secunda, tertia, & quarta sententia Fornarij, Syluij, & Merce-rij. 13
 14 Proponitur quinta sententia Doctoris Hallier. ibid.
 15 Affertur sexta sententia P. Dicastilli. 15
 16 Exhibetur septima, & ultima sententia Vasquez, Bellarmini, & aliorum. ibid.
 17 Iudicium de supradictis sententijs. 16
 18 Vltima sententia, que asserit, quod materia, & forma Consecrationis Episcopalis sit manus impositio, & verba, Accipe Spiritum sanctum, magis probatur, & firmatur. 17
 19 An in opinione asserentium porrectionem libri Euangeliorum, & Baculi Pastoralis esse materiam partialem consecrationis, si Episcopus dicta instrumenta non tangeret, eius consecratio esset inualida. ibid.
 20 An Consecratio Episcopalis imprimat characterem diuersum à Sacerdotali, & negatiua sententia affertur Diui Thomæ, Amici, & aliorum. 18
 21 Adducitur opinio affirmatiua. 19
 22 Quando in Consecratione Episcopali imprimatur character: & quid si Episcopus moriatur in medio, v. g. Consecrationis. 20
 23 An ratione characteris Episcopus consecratus moreretur, & postea resurgeret, posset iterum munia Episcopalia exercere. 22
 24 Quisnam sit Minister consecrationis Episcopalis. 22
 * * *

Index Resolutionum.

- Episcopalis.* 23
- 25 *An simplex Sacerdos ex commissione Papa possit esse Minister consecrationis Episcopalis.* 24
- 26 *An si Pontifex diceret alicui esto, v. g. Episcopus Ferrariensis, talis esset vere Episcopus.* 25
- 27 *An in consecratione Episcopi, de iure diuino requirantur tres Episcopi, & sententia negatiua affertur.* *ibid.*
- 28 *Alia sententia proponitur asserens ternarium numerum Episcoporum esse de iure diuino.* 26
- 29 *Indicium de supradictis opinionibus, & prima magis confirmatur.* 27
- 30 *An stando in opinione, quod requirantur tres Episcopi de iure diuino in consecratione Episcopi, possit in casu necessitatis, super hoc Papa dispensare.* 28
- 31 *Exemplis demonstratur Pontifices sapius super numero Episcoporum in consecratione Episcopi dispensasse.* 30
- 32 *An Pontifex si concedat absque iusta causa Episcopo, ut possit consecrari absque alijs Episcopis, commissio sit non solum illicita, sed inualida.* 31
- 33 *An Sede Apostolica vacante possit à Collegio Cardinalium: vel ab illo cui eorum nomine Ecclesia administratio commendata sit talis facultas ordinandi committi.* *ibid.*
- 34 *An consecratio Episcopalis possit fieri à pluribus Episcopis, quam tribus.* 32
- 35 *An sit de essentia Consecrationis, ut fiat iussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ.* 33
- 36 *Quomodo Episcopi in Consecratione debeant imponere manus super caput ordinandi, & proferre verba, Accipe Spiritum sanctum, &c.* 34
- 37 *Qua intentio sufficiat in Episcopo, ut consecratio sit valida.* 35
- 38 *Vnde procedat, ut Episcopi assistentes, aliquos ritus ad substantiam consecrationis pertinentes non simul pergant.* 37
- 39 *An Episcopi in Consecratione debeant esse ieiuni sub precepto.* 39
- 40 *An Episcopus consecrando aliquem in peccato mortali, peccet mortaliter.* 40
- 41 *An si Episcopus incipiat Consecrationem in peccato mortali, si in mea sententia paulò ante impositionem manuum & verborum prolationem, Accipe Spiritum sanctum, &c. eliciat actum contritionis, excusetur à peccato mortali.* 41
- 42 *An si Episcopus in peccato mortali consecraret, v. g. tres Episcopos, unum tantum peccatum committeret, vel tria* 42
- 43 *An irregularis, vel excommunicatus electus, & confirmatus Episcopus, non obienta absolutione, aut dispensatione, possit absque peccato mortali sumere consecrationem.* *ibid.*
- 44 *An Episcopus eadem die suæ consecrationis possit Ordines conferre.* 43
- 45 *An si aliquis ex tribus Episcopis non imponeret manus super caput consecrandi, vel non proferret formam, Accipe Spiritum sanctum, consecratio esset inualida.* *ibid.*
- 46 *An Episcopus consecrandus si non fuerit insignitus Sacramento Confirmationis peccet mortaliter, & Episcopi eum consecrando.* 45
- 47 *An Consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili sit reiteranda cum conditione.* 46
- 48 *An si infans consecraretur in Episcopum eius Consecratio esset valida.* 50
- 49 *An si ante legitimam aetatem quis consecraretur in Episcopum incurreret aliquam censuram.* 52
- 50 *Aliquid relictum in consecratione Episcopali, quomodo postea sit reiterandum.* 54
- 51 *An in consecratione Episcopali contrahatur ab Episcopo mairimonium spirituale cum Ecclesia.* 55

52. An

Index Resolutionum.

- 52 *An Episcopus existens in peccato mortali peccet mortaliter, non solum quatenus suscipit Sacramentum Ordinis, sed etiam quatenus contrahit mairimonium cum Ecclesia.* 57
- 53 *An si aliquis non Sacerdos consecraretur Episcopus, consecratio esset valida.* 58
- 54 *Qui sint incapaces consecrationis Episcopalis, & fabula de Ioanna Papissa refellitur.* 59
- 55 *Intra quod spatium temporis Episcopus electus, & conformatus consecrari debeat; & si non afficiat, in quibus pœnis incurrat.* 60
- 56 *An Episcopi negligentes Consecrationem suscipere, incurrant pœnas de quibus supra, ante iudicij sententiam.* 62
- 57 *An Episcopus ante consecrationem debeat prestare iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem.* 64
- 58 *An aliquando valida sit consecratio Episcopi ante quam recipiat Bullas Romæ, emanatas, ut possit consecrari etiam ab uno Episcopo, & opinio affirmatiua adducitur.* 65
- 59 *Opinio negatiua contra superius dicta, stabilitur.* 57
- 60 *An Episcopus adhibendo unctionem Chrismaticam non cum Pollice, sed cum indice peccet mortaliter.* 70
- 61 *An Episcopus aliqua censura innotatus, validè possit consecrare alium in Episcopum.* *ibid.*
- 62 *An Consecratio Episcopi possit fieri quocunque die festiuo.* 71
- 63 *Quare consecratio Episcopi non ministratur die Sabbathi, ut ministrantur ceteri Ordines.* 72
- 64 *Quo loco, & hora debet fieri Consecratio.* *ibid.*
- 65 *An si quis ex dispensatione ordinaretur in die Dominica, sacerdos possit in eadem die consecrari Episcopus.* 73
- 66 *An quando quis ordinatus Sacerdos in die Sabbathi possit consecrari in Episcopum immediatè in die Dominica ieiunio continuato.* 74
- 67 *An expediat Eminentissimos Cardinales in Episcopos consecrare.* *ibid.*
- 68 *An Archiepiscopus ante Pallium receptum possit delegare alijs Episcopis, ut consecrarent Episcopum sibi suffraganeum.* 75
- 69 *An si Episcopus consecrator prius adhiberet unctionem Chrismaticam, & postea traditionem libri, consecratio Episcopalis, esset valida, vel saltem illicita.* 77
- 70 *An relinquere aliquem ritum in consecratione Episcoporum sit tantum peccatum veniale ratione paruitatis materia.* *ibid.*
- 71 *Quam scientiam Episcopus ante consecrationem habere teneatur.* 78
- 72 *An possit unus Episcopus duabus Ecclesijs præfici?* 80
- 73 *An possint consecrari duo Episcopi pro una, eadem Ciuitate.* 82
- 74 *Quam potestatem accipiat Episcopus in consecratione.* 83
- 75 *Potestas quam Episcopus in sua Consecratione accipit, an possit à Summo Pontifice auferri.* 85
- 76 *An consecratio Episcopalis sit maior Ordinatione Sacerdotali.* 86
- 77 *An sit valida Consecratio Episcopalis Episcopi Titularis, cum non signatur ei aliqua Ciuitas.* 88
- 78 *An Consecratio Episcoporum Ecclesiæ Latine differat à Græca.* *ibid.*
- 79 *Afferuntur aliqua ex Consecratione Episcoporum Græcorum, quæ firmant plura ex superius dictis.* 89
- 80 *Observantur aliqua circa Consecrationem Apostolorum in Episcopos, & de tempore.* 90
- 81 *An si Episcopi consecrarent in aliquo Oratorio priuato Cardinalium Episcoporum, & Regularium peccarent mortaliter.* 91
- 82 *An stando in opinione; quod unctio Chrismatica sit de essentia confirmationis Episcopalis, quæritur an si illa efficiatur medio aliquo Instrumento sit valida.* 93

Anton. Diana Pars XII.

*** 2 83 An

Index Resolutionum.

- 83 *An sacrum Chrisma adhibendum in Consecratione Episcopi sit necessariò benedicendum ab Episcopo.* 94
- 84 *An in Chrismate adhibendo in Consecratione Episcopali sit necessaria mixtio Balsami cum Oleo.* 96
- 85 *An Episcopus peccet mortaliter si in Consecratione Episcopali adhibeat unctionem Chrismaticam confectam ex Balsamo adulterino.* 99
- 86 *An Episcopus peccaret mortaliter si ex necessitate in Consecratione Episcopali uteretur unctione Chrismatica cum solo Oleo absque Balsamo.* 101
- 87 *An Episcopus peccaret mortaliter si in Consecratione Episcopali uteretur unctione Chrismatica alterius anni.* 102
- 88 *An unctio consecrationis Episcopalis differat ab unctione Papali, & Regia.* *ibid.*
- 89 *Quo pacto se gerere debet Episcopus consecratus, qui in celebratione Missæ Hostiam simul consecrat cum celebrante.* 104
- 90 *Quomodo se gerere debeat Episcopus consecratus, qui simul consecrat Calicem cum Episcopo celebrante.* 107
- 91 *An sit laudabilis talis consuetudo, ut Episcopus consecratus consecret simul in Missa cum Episcopo illam celebrante.* 108
- 92 *Proponuntur duo casus circa Sacerdotes concelebantes cum Episcopo, qui possunt applicari Episcopis consecratis, qui postea simul consecrant, (pro ut supra explicatum est) cum Episcopo Missam celebrante.* 109
- 93 *De reuerentia quam debet Episcopus consecratus Episcopis, qui illum consecrarunt.* 110
- 94 *An Episcopus consecratus in die Natiuitatis Domini post sumptam Communionem, & facta Consecratione cum Episcopo celebrante possit postea dicere duas Missas.* 111
- 95 *An Episcopus per Consecrationem accipiat potestatem creandi Doctores.* 112
- 96 *An Episcopus ex vi consecrationis sit adstrictus voto obedientie ad firmitatem status emisse?* 113
- 97 *An in consecratione Episcopus obligetur voto vel iuramento ad Apostolorum limina visitanda.* 114
- 98 *An consecratio Episcopi inducat circumstantiam necessariò in confessione explicandam.* 115
- 99 *An Episcopus ab hæretico, seu excommunicato efficiatur irregularis; & priuetur usu Ordinum.* 116
- 100 *An liceat tempore interdicti consecrationem Episcoporum ministrare.* *ibid.*
- 101 *An saltem tempore interdicti liceat ministrare consecrationem Episcoporum in illis quatuor festiuitatibus, in quibus ex indulto cap. Alma permittitur delectatio solæmnis diuinorum officiorum.* 111
- 102 *An sola Consecratio Episcopi tribuat ei Priuilegium cap. fin. de Priuileg. in 6. Altaris portatilis.* *ibid.*
- 103 *An sola Consecratio Episcopi tribuat ei Priuilegium cap. cum ex eo de pœnit. & remiss. conferendi Indulgentias.* 118
- 104 *An sola Consecratio Episcopi tribuat ei Priuilegium Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6. de Reformat. circa absolutiones, dispensationes, &c.* 119
- 105 *An sola consecratio Episcopi tribuat ei Priuilegium cap. fin. de Pœnitentia, & Remiss. eligendi Confessarium.* 121
- 106 *An consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculi voti paupertatis.* 123
- 107 *An Consecratio Episcoporum efficiat, ut ipsos offendentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cienæ contra offendentes Cardinales.* 124
- 108 *An qui consecratur in Episcopum ante legitimam ætatem 30. annorum incurrat suspensionem, vel irregularitatem?* 125
- 109 *An consecratio Episcopalis suscepta per saltum inducat suspensionem?* 126

110 *An*

Index Resolutionum.

- 110 *An antequam Episcopus consecretur re-
tè præmittatur processus de vita, &
moribus.* *ibid.*
- 111 *An consecratio Episcopalis facta per An-
gelum sit valida,* 127
- 112 *Hermaphroditus consecratus Episcopus,
si postea in eo præualeret sexus femi-
neus, an si consecraret alios Episcopos
valida esset talis consecratio.* 129
- 113 *Quare Episcopus consecrandus ducitur
vestitus veste candida, & in habitu
Sacerdotali, ac de eius præsentatione,
postulatione, & interrogationibus.* 132
- 114 *Quare Episcopis consecrandis calcean-
tur pedes, & quibusdam Tunicis or-
nantur, & de alijs vestimentis.* 134
- 115 *Quare Episcopo consecrando imponitur
liber super caput, & humeros.* 135
- 116 *Quare Episcopo consecrando ungantur
manus, & caput.* 136
- 117 *Quare Episcopo consecrando tradatur
liber Euangeliorum.* 137
- 118 *Quare Episcopo consecrando imponun-
tur manus supra caput.* 139
- 119 *Quare Episcopo consecrando tradatur
Baculus, & Anulus.* 139
- 120 *Quare Episcopi consecrandi manus chi-
rothecis induantur.* 142
- 121 *Quare Episcopo consecrando tradatur
Mitra.* 143
- 122 *Quare Episcopus consecratus offerat
Episcopo consecranti Panem, & Vi-
num.* 144
- 123 *Quare Episcopo consecrato præbeat
osculum pacis.* *ibid.*
- 124 *Explicantiur cetera ministeria sacro-
rum Rituum, qui in consecratione
Episcopi adhibentur.* 146
- 125 *Quare in Consecratione Episcopali tres
Episcopi adhibentur, ut visum est
supra, & an sit de necessitate præce-
pti, vel ut alij volunt, de necessitate
Sacramenti.* 147



I N D E X

Resolutionum Tractatus de Scriptionibus & Collocationibus prohibitis tempore Conclavis.

RESOLVTIO I.

- A**N Cardinales loquentes cum alijs existentibus extra Conclauē de rebus ad electionem pertinentibus incidant in Censuram Papæ seruata, & negatiuè respondetur. pag. 149
- 2 Rationes pro affirmatiua sententia adducuntur, sed negatiua firmatur. 150
- 3 An Cardinales loquentes cum alijs extra Conclauē de rebus pertinentibus ad electionem, peccent saltem mortaliter. 152
- 4 An Collocationes, & Scriptiones, que ordinantur ad bonam electionem futuri Pontificis, prohibeantur in Bulla Pij IV. in eligendis, &c. & opinio negatiua affertur. 153
- 5 Opinio affirmatiua firmatur. 154
- 6 An in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. detur paruitas materiae excusans à peccato mortali, & ab incurfione Censurarum. 155
- 7 An peccet mortaliter Cardinalis si in Rota audiat aliquem cum ipso loquentem ipso tamen nihil respondentis, vel è contra. 156
- 8 An ad incurrendam censuram latam in cap. Cum periculum, requiratur, quod missio scripturæ; vel nunciij sit secreta, ut requiratur pro colloquutione. ibid.
- 9 An colloquutiones & scripturæ præter

- materiam electionis sint in dicta Bulla Pij IV. interdicta. 157
- 10 De deferentibus litteras, & loquentibus cum famulis Cardinalium, an incurrant censuram. 158
- 11 An quis incurrat in censuram, si litteræ ad Cardinalem scriptæ ad illum non perueniant, & casus nouus apponitur. ibid.
- 12 An Cardinalis, qui propter infirmitatem egressus est è Conclauē, scribat litteras ad alios Cardinales in Conclauē, incurrat excommunicationem. 159
- 13 An Cardinalis, qui propter infirmitatem exiit ex Conclauē, teneatur postea si conualuerit redire. 160
- 14 An Cardinalis, v. g. qui mandat Conclauista, ut scribat extra Conclauē circa materiam electionis in censuram Pij IV. incurrat. 161
- 15 Qua diligentia uti debent Prælati in perscrutandis epulis in Conclauē intrantibus. 162
- 16 An sit prohibitus ingressus per Rotam alicuius Infantis non attingentis usum rationis intra Conclauē, & exponitur cap. Vbi periculum. 163
- 17 Vtrum Cardinales peccent mortaliter cum pluribus ferculis in Conclauē vescuntur. 165
- 18 An Eminentissimi Cardinales in Feria 6. Parasceues, possint deuenire ad scrutinium non audito Officio fieri solito in illa die, non obstante, §. Similiter Bullæ Gregorij XV. 166

- 19 An Summus Pœnitentiarius possit absolueri ab excommunicatione lata à Pio IV. in §. Litteras, &c. 167
- 20 An excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregor. XV. si sit occulta, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Trident. Sess. 24. cap. 6. de Reform. 168
- 21 Proponitur sententia affirmatiua, nempe Episcopos à dicta censura posse absolueri, & noua opinio circa intelligentiam Tridentini affertur, sed non approbatur. 169
- 22 Stante supradicta opinione Castri Palai queritur quomodo possint Cardinales Episcopi, vel alijs Episcopi absolueri à dicta censura Piana, & Gregoriana. 170
- 23 Iudicium Auctoris de supradictis sententijs Bonacinae, & Castri Palai. 172
- 24 An in aliquo casu possit Episcopus absolueri à Censuris Bullarum Pij IV. & Gregorij XV. 173
- 25 Iudicium Authoris circa ea, que dicta sunt in superiori Resolutione. 175
- 26 An Censura ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. possit à Regularibus hodie absolui. 178

- 27 Infertur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Regulares. 179
- 28 Iudicium de supradictis opinionibus. ib.
- 29 An innodatus Censura Pij IV. & Gregorij XV. possit absolui virtute Bullæ Cruciate. 183
- 30 An si aliquis tempore Conclavis irretitus Censura Pij IV. & Gregorij XV. possit ante obtentam absolutionem ad vitandum scandalum celebrare, & Eucharistiam sumere. 184
- 31 Magis firmatur & declaratur doctrina superius adducta. 185
- 32 An in casu supradicto Cardinalis, vel Conclauista censuratus possit ad vitandum scandalum confiteri alia peccata, non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. 187
- 33 An excommunicatio lata à Pio IV. & Gregorio XV. possit absolui, non solum, ut ipsi asserunt, in articulo, sed etiam in periculo mortis. 188
- 34 An qui in periculo, vel articulo mortis fuit absolutus à censura incurfa propter violationem Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. teneatur postea si conualuerit se præsentare coram Pontifice, & noua opinio affertur, sed non approbatur. 189

INDEX MISCELLANEARVM
RESOLUTIONVM.

RESOLVTIO I.

IN quo sensu Episcopus quando consecratur vocet Pontificem Vicarium D. Petri, & an dicta verba sint in Pontificali corrigenda. 191

RESOLVTIO II.

De potestate Principum circa bona Hæreticorum confiscata, & iura Tribunalis S. Officij defenduntur. 194

RESOLVTIO III.

An Pontifex, si propter tremorem manus dextera non potest eleuare Calicem, nec frangere Hostiam, possit dispensare super hos ritus, & ceremonias, ut Missam celebret, & an habeat iustam causam dispensandi, & an teneatur dispensare. 198

RESOLVTIO IV.

De quadam curatione Hernistarum, an efficiat Spadones, vel Eunuchos, & impediat Matrimonium. 203

RESOLVTIO V.

An Iudex proferendi sententiam sanguinis, & omnes Ministri Iustitia in ea cooperantes, si mors ex aliquo casu postea sequuta non fuerit, incidant, hoc non obstante, in irregularitatem. 211

RESOLVTIO VI.

An dato, & non concesso, quod Iudex propter sententiam sanguinis morte etiam non sequuta incurrat irregularitatem, posset obtinere dispensationem ab Episcopo. 214

RESOLVTIO VII.

De dispensatione cuiusdam Irregularitatis homicidij voluntarij. 218

RESOLVTIO VIII.

Agitur etiam de dispensatione cuiusdam Irregularitatis in causa Toletana. pag. 223

TRACTA



TRACTATUS
DE
CONSECRATIONE
EPISCOPORVM.

An Consecratio Episcoporum Ordo, & opinio negatiua affertur.

RESOLVTIO I.



MATERIA huius Tractatus non solum Romæ, sed etiam vbique terrarum est satis practicabilis; ideo visum est ad communem vtilitatem, particularem de illa tractatum perficere, & varias difficultates circa illam hinc inde apud Auctores dispersas, simul magis late, & clare non sine magno labore, in vnum disponere, & ideo ad dubium propositum negatiue respondent aliqui, vt D. Thomas in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. quæstionc. 2. cui adde D. Antonin. 3. p. tit. 4. cap. 6. S. Bonauenturam in 4. dist. 2. 2. part. tit. 2. quæst. 3. Capreol. ibid. distinct. 2. §. 9. art. 1. ibid. De zam dist. 23. quæst. 2. & Riccardum ibid. art. 3. quæst. 3. ad prim. & art. 5. quæst. 2. Bartholomæum à Ledesma de Sacramento Ordinis, dub. 5. 8. 9. & 10. & in dub. 5. Sunt etiam eiusdem opinionis nonnulli Canonistæ, Panormitanus cap. ex litteris de excessibus Prælatorum, Turrecremata in cap. Cleros distinct. 21. num. 16. & 17. Couarruias lib. 1. variar. resolut. cap. 10. num. 15. & è Summistis Syluester in verbo Ordo 1. q. 1. dub. 3. apud Rosell. Ordo 1. num. 4. Tabiena verb. Episcopus quæst. 8. punct. n. 3. ad finem. Idem docet Sotus in 4. distinct. 24. quæst. 1. art. 3. Nugnus in 3. part. tom. 2. quæst. 80. art. 5. Candidus tom. 4. disputatione 4. artic. 1. dubio 2. & alij, afferentes Episcopatum, prout superadditum Sacerdotio, non esse Ordinem.

Anton. Diana Pars XII.

Probatur hæc opinio. Primò, quia Episcopatus, prout à simplici Sacerdotio distinctus, non est potestas ad consecrandum, neque administrandum Sacerdoti consecrati. Secundò, quia aliàs essent octo Ordines Ecclesiastici. Tertiò, quia aliàs Episcopatus, vt distinctus à Sacerdotio, imprimeret peculiarem characterem. Quartò, quia vnus Ordo non dependet ab alio, quantum ad necessitatem Sacramenti; ita quod non est necessarium simpliciter suscipere priorem ad susceptionem posterioris: etenim si quis suscipiat Presbyteratum absque Ordine Diaconatus, verè ordinatur ad Sacerdotium, licet peccet, vt patet extra de Clerico per saltum promot. At si quis ordinetur, seu consecratur in Episcopum sine Sacerdotio, nihil fit: ergo signum est quod Episcopatus non est Ordo per se distinctus à Sacerdotio, quia tunc sine alijs Ordinibus posset recipi, & tamen non recipitur. Quintò Sacramentum Ordinis confertur in Sabbathis quatuor temporum, Episcopatus verò non nisi diebus Dominicis: ergo apparet non esse Ordinem propriè dictum, sicut alios septem, quia eodem tempore conferretur. Sextò, in rota Episcopi Consecratione nulla apparet forma, nec materia Sacramenti, siue spectes vnctiones, siue traditionem baculi, & impositionem mitræ, & alias ceteras: ergo non est Sacramentum. Septimò, & hæc est efficacior ratio, quæ adduci possit. Communis, & antiqua traditio Ecclesiæ habet, quod sint tantum septem Ordines sacri Ecclesiastici, ergo Episcopatus non est Ordo sacer. Octauò, omnis Ordo sacer ordinatur ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: hic enim est actus excellentissimus super omnes: at Ordo

A Episco

Episcopatus non ordinatur ad actum Eucharistiæ: ergo.

Opinio affirmatiua adducitur, & probatur Episcopatum esse verum Ordinem.

RESOLVTIO II.

His tamen non obstantibus, licet ego Holim huic sententiæ adhæserim, tamèn modò affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuerentur communiter Neoterici, vt Iambertus in 3. partem, tomo 3. de Sacramento Ordinis, disputatione 1. artic. 3. Petrus Sotus lect. 4. de Sacramento Ordinis, Becanus capite 26. questione 3. Tannerus tomo 4. disputatione 7. questione 2. dubitatione 1. Vasquez disputatione 240. capite 4. Hurtadus difficultate 7. Gerunda de Episcopo tom. 2. libro 8. disputatione 6. capite 3. numero 4. Medina lib. de Cælibatu cap. 16. Caietanus tom. 1. opusculor. tract. 10. Martinus Fornarius cap. 1. de Ordine. Bellarminus lib. 1. de Sacramento Ordinis cap. 5. Valentia in 3. partem disp. 9. quest. 1. punct. 4. §. Secundum controuersum Emmanuel Sa verb. Ordo, num. 7. Gabriel Vasquez tom. 3. in 3. part. disp. 240. cap. 3. Egidius Coninch. de Sacram. disp. 20. dub. 2. Tolet. lib. 1. Summa cap. 71. Domitius Chamæra tr. de Sacramentis, tract. 11. de Ordine sacro, cap. 1. dub. 3. Paulus Layman Moral. Theologia, lib. 5. tract. 9. cap. 7. in fine, & cap. 4. num. 3. Marchinus de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 1. cap. 1. num. 3. & ex Canonistis Glossa in Proemio si. verb. Episcopus, Abbas cap. Aqua, de Consecratione Ecclesiæ, & alij, tum hic, tum in cap. Cleros dist. 21. & in cap. perlectis dist. 25. Nauar in Manual. cap. 22. num. 18. Cardinalis Tuschus verb. Ordo, conclus. 289 num. 10. allegans Bartolum in l. 1. §. Si quis, ff. de appellat. & ex Theologis veteribus Sotus in 4. distinct. 24. articulo 2. Durandus questione 6. numero 8. Maior Almayn. eadem distinctione 24. Alfiodor. lib. 4. Summa, cap. de Sacramento Ordinis.

Probatur hæc opinio primò ex sacris Litteris 1. ad Timoth. *Noli negligere gratiam, qua data est tibi per Prophetam cum impositione manuum presbyteri.* Et 2. ad Tim. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum.* Ex quo utroque Scripturæ loco sic conficitur argumentum illud, quod ait ibi Apostolus se dedisse Timotheo per manuum impositionem, est quidam Ordo Ecclesiasticus propriè

dictus, quia Trid. sess. 13. cap. 3. ex hoc utroque loco probat Ordinem esse Sacramentum, & proinde id cui Tridentinum ait apud Apostolum ibi conuenire rationem Sacramenti, debet esse Ordo Ecclesiasticus propriè dictus; aliàs nulla, & vana esset talis probatio: atqui illud, quod Apostolus duobus illis locis ait se dedisse Timotheo per manuum impositionem, est dignitas Episcopalis, seu Episcopatus, vt interpretantur sanctus Chrysostomus homilia 13. in prima Epistola ad Timotheum, Theophylactus, sanctus Anselmus, & sanctus Thomas ad priorem locum: Igitur Episcopatus est quidam Ordo Ecclesiasticus propriè dictus. Similiter probatur ex eodem Tridentino cap. 4. vbi consecrationem Episcoporum vocat Ordinationem. Similiter ex eo, quod ibidem can. 6. definit esse hierarchiam in Ecclesia, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris: nam omnis, & quilibet gradus, seu status componens essentialiter hierarchiam Ecclesiæ, est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus: quia Hierarchia Ecclesiæ nihil est aliud quàm quædam subordinatio ministrorum Ecclesiæ, secundum quam alij alijs præficiuntur in administrandis rebus diuinis: atque Episcopatus ingreditur essentialiter tanquam nobilissimum quoddam membrum hierarchiam Ecclesiæ, vt patet ex cit. can. 6. Ergo Episcopatus est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus.

Probatur secundò ex Pontificibus, qui vocant Episcopatum Ordinem; sic Anacleus epist. 3. cap. 1. Caius Papa in enumeratione Ordinum illum recipit, dicitque duos esse Ordines Sacerdotum in Ecclesia, Maiorum scilicet, id est, Episcoporum, & Minorum, id est simplicium Sacerdotum, vide S. Epiphanium heresi 75.

Probatur tertio ex rationibus: Ordo enim propriè dictus, est potestas, seu gradus secundum quem alius est alio superior, vel inferior in ordine ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ in altari: at qui Episcopatus constituit hominem alijs superiorem, etiam in ordine ad conficiendum Sacramentum altaris: nam etsi quatenus condistinguitur à presbyteratu, non ordinatur per se ad consecrandum Christi Domini Corpus, & eius Sanguinem, sed potestatem illud consecrandi supponat: nihilominus tamen ordinatur ad illud, in quantum per huiusmodi gradum, ita homo alijs superior constituitur, vt possit illis dare potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi Domini in altari: quia proprium Episcoporum est generare, seu creare Sacerdotes, & hoc illis competit

petit: ergo Episcopatus erit Ordo Ecclesiasticus propriè dictus. Maior habetur ex dictis, & confirmatur amplius ex eo, quod Trident. sess. 23. c. 1. significet diuersos ministrorum Ordines, ideo fuisse in Ecclesia institutos, vt ex instituto inferuirent Sacerdotio: & proinde cum dignitates, & officia gradus rectè definiantur per habitudinem ad proprios suos fines, sicut, & potentiæ per ordinem ad proprios suos actus, & obiecta; etiam Ordo Ecclesiasticus propriè dictus rectè definitur per respectum ad celebrationem, seu consecrationem corporis, & sanguinis Christi Domini in altari, quæ propriè cõpetit Sacerdoti. Deinde vbi est distincta materia & distincta forma, ibi est distinctum Sacramentum: sed Ordinatio Episcopi habet distinctam formam à forma Sacerdotali, vt constat ex Pontificali, habet item distinctam materiam. Denique ab ipsa Ordinis definitione validum sumo argumentum. Ordo est signaculum quoddam per quod spiritualis potestas traditur ordinato: sed ordinatio Episcopi est signum sacrum, per quod ordinandi, & confirmandi potestas illi tribuitur: ergo ordinatio Episcopi est verus Ordo. Et tandem Concilium Tridentinum sess. 23. c. 3. quam post docuit sacram ordinationem esse Sacramentum, id probat ex cap. 1. epistola 2. ad Timotheum vbi de ordinatione Timothei in Episcopum Diuus Paulus agit: ex quo rectè colligitur Concilium velle ordinationem Episcopi esse verum Ordinis Sacramentum.

Confirmatur hæc opinio auctoritate SS. Patrum, & primò Sanctus Dionysius cap. 5. Ecclesiastica hierarchia, describit tres Ordines sacros proprijs eorum actibus, Pontificum, Sacerdotum, Diaconorum S. Leo epist. 84. c. 3. dicit Subdiaconatum esse Ordinem quartum, Diaconatum tertium, Presbyteratum secundum, Episcopatum primum. Et epist. 81. c. 1. Ordinationem Pauli, & Barnabæ, qua scilicet fuerunt consecrati Episcopi, Act. 13. benedictionis Sacramentum vocat S. Greg. l. 4. in 1. Reg. c. 5. Vnctionem eius, qui in culmine ponitur Sacramentum esse asserit: Gelasius cap. Diaconos dist. 93. Episcopatum, & Sacerdotium primos Ordines vocat. Concilium IV. Carthaginense c. 2. describit ordinationem Episcopi, sicut in sequentibus Presbyteri, Diaconi, & aliorum.

Nota, quod per hæc scripta inueni Ioannem Antonium Delphinum Theologum Franciscanum in illo erudito tractatu de Ecclesia l. 1. per plures paginas docere Episcopatum stricto modo non esse Ordinem, sed

Anton. Diana Pars X I I.

alij, vt supra visum est contrariam tenent sententiam, quam etiam tuerit Franciscus Siluius in Additionibus ad 2. partem. quaestione 40. art. 3.

Dissoluntur argumenta adducta pro prima sententia.

RESOLVTIO III.

Dico igitur, quod Episcopatus, prout à simplici Sacerdotio distinctus, & ipsi superadditus, est gradus quidam, & potestas in Ecclesia Dei, ritu Ecclesiastico, & modò stabili collocata in ordine ad sacrificium Missæ, nempe ad efficiendos Sacerdotes potentes in altari sacrificare, & alios ministros sacrificio Missæ deseruientes. Ergo verè, & strictè est Ordo Ecclesiasticus. Ex quo patet responsio ad primam rationem aduersariorum. Ad secundam respondemus, quòd quauis Episcopatus, prout à simplici Sacerdotio distinctus sit Ordo Ecclesiasticus; non tamèn sunt octo Ordines, quia vt sic distinctus, non est Ordo totalis totaliter distinctus à simplici Sacerdotio, sed tantum partialis ab ipso particulariter distinctus, quia ex Episcopatu, vt sic, & ex simplici Sacerdotio, integratur, & perficitur vnum Sacramentum; quia Episcopatus, vt distinctus à simplici Sacerdotio, est Ordo complens, & perficiens Ordinem Sacerdotij, eo modo quo potestas absoluendi à peccatis superaddita potestati consecrandi, complet, & perficit simplex Sacerdotium: quia sicut potestas absoluendi, ita necessariò ex institutione Christi præsupponit potestatem consecrandi, vt hac non præsupposita, nequeat illa validè conferri; ita etiam potestas efficiendi Sacerdotes ita necessariò præsupponit ordinem, & potestatem simplicis Sacerdotij, vt hac non præsupposita, nequeat illa validè conferri; quia Episcopus est Sacerdos perfectus, sœcundus, & potens alios Sacerdotes creare; & ideo Episcopus comparatur cum simplici Sacerdote, sicut vir perfectus potens generare cum iuvene nondum potente.

Et ad tertiam eadem proportione respondemus, per Episcopatum imprimi characterem, partialiter distinctum à characterè Sacerdotis ad absoluendum à peccatis, & characterè ad consecrandum: ex quibus tribus, quasi ex partibus integrantibus, integratur vnus totalis character Sacerdotis perfecti, ita tamen vt character ad efficiendos Sacerdotes nequeat validè imprimi, non præsuppositis duobus primis; sicut neque character ad absoluendum, non præ-

A 2 suppo

supposito charactere ad consecrandum, quamuis omnes hi tres possint imprimi absque characteribus inferiorum Ordinum. Et hæc omnia docet Ochagauia de *Sacrament. tract. de Ordine, quæst. 6. n. 6. cum seqq.* Et post illum Hurtadus *tract. de Ordine, difficult. 3.* cum aliis ubi supra; Alias responsiones ad supradicta argumenta, ex inferius adducendis inuenies.

Quid dicendum de Patriarchatu, Archiepiscopatu, item de Cardinalatu, & Papatu.

RESOLVTIO IV.

Respondedo, Archiepiscopatum esse omninò eundem Ordinè, ac Episcopatum; quia Archiepiscopus est verè Episcopus, nihil Ordinis habens supra Episcopum, sed aliquid tantum superioritatis. Et idem est de Patriarchatu, quia Patriarcha est Episcopus, qui est Princeps Episcoporum, & Archiepiscoporum. Cardinalatum verò non esse Ordinem Ecclesiasticum, quia non est potestas in ordine ad sacrificium Missæ, quamuis sit dignitas dignitate Episcopali superior quoad vniuersalitatem regiminis: quia Cardinalis suo consilio iuuat Pontificem ad regendam vniuersalem Ecclesiam.

Dicendum est itaque, quod Ordo Episcoporum est quadripartitus, siue quatuor gradus habet: hi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Metropolitanus, & Episcopi, vide Gratianum *1 part. Decretal.* Hi gradus non distinguuntur intrinsecè ratione alicuius interioris potestatis, sed tantum extrinsecè, respectu facti ad Ecclesiam, quas Episcopi regunt, & personas, quibus præfident, & præferuntur. Accipe quæ de iis ab Isidoro Hispalensi *l. 7. Etym. l. 12.* traduntur: Ordo (ait) Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis: Patriarcha, lingua Greca, summus Patrum interpretatur, quia primum post Apostolorum tenet locum: & ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus (cui adiungi debet modò Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus) Archiepiscopus Græco interpretatur vocabulo, quod sit Summus Episcoporum, id est, Primas; tenet enim vicem Apostolicam, & præfidet tam Metropolitanis, quam cæteris Episcopis: Metropolitanus autem, à mensura Ciuitatum vocatur; singularis enim Prouinciis præeminet, sine quibus nihil reliquis licet agere Episcopis: sollicitudo enim totius Prouinciæ Archie-

piscopis commissa est. Hæc Isidorus. Ex quibus quidem verbis constat Archiepiscopum, & Metropolitanum sola voce, & quodam respectu distingui: Dicuntur enim Archiepiscopi, qui vniuersitati Episcoporum in aliqua Regione præfident, siue Regio illa plures Prouincias, & diuersa etiam Regna contineat, siue vnam tantum Prouinciam: Metropolitanus autem, qui tantum in vna Prouincia, in qua plures sunt Episcopi, præfidet, & ordinariè residet in Ciuitate principaliori, quæ à medio dicitur Metropolis, modo autem ista duo confunduntur, & pro iisdem supponuntur. Et hæc omnia docet Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 7. tit. 1. q. 4.* Idem docet Villalobos *tom. 1. tract. 1. difficult. 2. n. 9.* *Tambien* (ait) *ay en la Iglesia Arcobispos, que se llaman Metropolitanos, que presiden a muchos Obispos, como se ve en la Iglesia, y consta del derecho, y ay Patriarcas, que se llaman Primados, que son superiores a los Arcobispos, como se ve tambien en derecho. Mas los destes non son verdaderamente Ordenes: y lo mismo se hade dezir del Papa: y assi quando se eligen, no le consagran de nouo; que el ser Papa, es ser Obispo supremo, como dice Soto, y en las Bullas se llama Obispo, y añade Soto, que los Cardenales no tienen orden de derecho diuino instituydo distinto del de los Sacerdotes, y Obispos, sino introduzido por derecho Pontificio: y llaman se Cardenales, esto es, principales, ora sean Obispos, o Diaconos, y les pertenece le eleccion del Summo Pontifice de derecho.* Merito igitur dixit Dicastillus *de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disput. 6. dub. 4. n. 43.* Quod attinet ad Archiepiscopatum, & Patriarchatum, & Papatum, hi non sunt Ordines distincti ab Episcopatu, quia Archiepiscopus, & idè est de reliquis, est merè Episcopus, nihil ordinis habens supra Episcopum, sed aliquid superioritatis in ordine ad regimen, & gubernationem. Itaque Archiepiscopus est quasi Princeps Episcoporum, & Patriarcha Princeps Archiepiscoporum, & Episcoporum, & summus Pontifex omnium Patrum Pater. Ita Dicastillus cui adde Auerfam *de Sacramento Ordinis, part. 1. sect. 9.* qui docet Papatum non esse specialem Ordinem, & Sacramentum, sed fuisse institutum à Christo, & primò collatum Petro, & institutum, vt deinceps iure ordinario in perpetuum retineretur per successorem vnius Pontificis post alium, cum amplissima potestate in totam Ecclesiam, omnesque Fideles, vt pater, & docent Doctores in Tractatu de Pontifice.

An

An Consecratio Episcopalis sit verè Sacramentum, & opinio negatiua adducitur.

RESOLVTIO V.

Est magna difficultas, an ordinatio Episcopi, vt distincta ab ordinatione Presbyteri, & ipsi superaddita, sit Sacramentum nouæ legis. Et negatiuè respondet D. Thomas *in 4. distinct. 24. quæst. 3. art. 2. quæstione 1. ad 2.* vbi sic ait: *Ad secundum dicendum, quod Ordo secundus quod est Sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad Sacramentum Eucharistia, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur. Et ideo, licet detur Episcopo aliqua potestas spiritalis in sui promotione respectu aliquorum; non tamen illa potestas habet rationem characteris, & propter hoc Episcopatus non est Ordo, secundum quod Ordo est Sacramentum.* Ita Diuus Thomas; cui adde Richardum *in 4. distinct. 24. art. 5. quæst. 1.* Bonauent. *art. 2. quæst. 3.* Albert. *art. 39.* Ferrarien. *4. contra Gentes, cap. 76. §. ad euidenciam Ledesmam in 4. 2. quæst. 42. art. 5.* Azor *tom. 2. lib. 3. cap. 27. quæst. 1.* optimè id comprobantem, & fideliter referentem omnes Summistas antiquos Angelum, & Syluestrum, Armillam, Tabienam, Rosellam; & alios, soluentem omnia facili negotio, quæ Iuris Canonici Interpretes obiciunt. Dicendum est igitur secundum Diuum Thomam Episcopatum non esse Ordinem Sacramentalem, sed esse Ordinem Hierarchicum, quatenus Ordo dicitur officium quoddam respectu quarundam actionum sacrarum, & sic non imprimere characterem. Quare manifestum est supra Sacerdotium non esse Ordinem Episcopalem, qui sit Sacramentum; aliàs tota plenitudo Sacramenti Ordinis in Episcopali esset, & sic ista perfectior esset, quam Sacerdotalis, quod omninò implicat, cum nulla potestas creata ad præstantiorem effectum ordinari possit, quam Sacerdotalis, quæ primò, & per se ordinatur ad conuertendum panem in Corpus Christi, ad quem primò, & per se non ordinatur Episcopus, provt à Sacerdotali diuersa, sed ad aliquos actus, quibus ista accidentaliter cōdecoratur, & perficitur.

Probatum hæc opinio; nam Concilium Tridentinum *sess. 23. can. 2.* dogmaticè tractans de Ordinibus, septem tantum suis propriis nominibus proponit, nullam de Episcopatu mentionem faciens, manifestè sentiens non esse Ordinem Sacramentalem. Quod ex eorum euidens, quia *can. 3.* sequenti Ordinem, quem diuiserat (in cuius diuisione non

Anon. Diana Pars XII.

constituit Episcopatum) definit esse Sacramentum nouæ legis, quod confirmat *can. 3.* ergo Episcopatus non intrat in Ordinis Sacramentum, etsi in Hierarchia Ecclesiastica summum gradum dignitatis obtineat, aliàs si, vt Sacramentum, Ordinatio Ministrorum non completur numero septenario Et tandem probatur opinio Diui Thomæ, quia Sacramentum Eucharistia est omnibus Sacramentis præstantius, de quo nullus Catholicus dubitare potest. Quod non obscure colligitur ex Tridentino *sess. 1. can. 3.* & definiuit Alexander Papa *in Epist. 1. Decret. & refertur in cap. nihil, de cons. crat. distinct. 2.* & sic Dionysius *cap. 3. de Ecclesiast. Hierarchia.* appellat finem, & consummationem Sacramentorum, & omnium præstantissimum, vt ibi interpretantur Perionius, & sanctus Maxim. Pachimera *in suis Paraphrasibus*, & Cordèrius *in adnotat illius cap. quos sequitur est S. Doctor. 3. part. quæ. 65. art. 3.* Quare Sacerdotium est apex, & consummatio Sacramenti Ordinis, in quo tota plenitudo Sacramenti Ordinis, reperitur: ergo nullus est Ordo, qui rationem Sacramenti fortiatur, qui non sit in Ordine ad Eucharistiam actualiter ministrandam, & conficiendam à Sacerdote; atque ita cum Episcopatus non ordinetur ad ministrandum Sacerdoti, imò in Ordine Hierarchico eius dignitas superior est, non est Ordo Sacramentalis. Prima consequentia patet, quia ratio Sacramenti dicitur de septem Ordinibus, sicut totum potestatum de suis partibus, cuius totius natura est, quod totum secundum completam rationem est in vno; in aliis autem est aliqua ipsius participatio, atque ita cum Sacerdotium non participet rationem Sacramenti ab aliis Ordinibus inferioribus, isti ab illo eam participant. Et hæc omnia, & alias actiones adducit doctus Pater Thom. Hurtad. *Var. tom. 2. tract. ult. resolut. 3. per totam.*

Episcopatum esse Sacramentum demonstratur.

RESOLVTIO VI.

Verum ego putò Episcopatum esse Sacramentum verè, & propriè dictum; & ita præter Maiorem, Antiodorenses, & alios veteres, tenet ex recentioribus Isambertus *in 3. partem, tom. 3. de Sacramento Ordinis, disput. 2. artic. 3.* vbi sic ait: *Probatum nostra propositio: Illud quod istu locis S. Paulus ait se contulisse Timotheo per manuum impositionem: est aliquod Sacramentum nouæ legis propriissime dictum.* Atquid quod S. Paulus ait se contulisse Timotheo per manuum

A 3 impo

impositionem est Episcopatus: Igitur Episcopatus est Sacramentum aliquod nouæ legis propriissimè dictum, sicque nostra propositio probatur: primum, ex sacris Litteris iuxta expositionem Concilij Oecumenici intellectis. Probatum secundo ex Patribus, qui dum vocant Ordinem Sacramentum sicut est Baptismus, ponunt exemplum de Episcopatu, vt S. Augustinus *cap. 3. contra Parmenianum*. Item ex iisdem Patribus, & Conciliis dicentibus Ordinationem Episcopi pecunia emptam, esse Simoniacam, vt Chalcedonense relatum, S. Ambrosius *lib. de dignit. Sacerdotali cap. 5.* & alij Patres, ex quibus formatur hæc ratio: illud quod præcipuè sumptum non est beneficium, & in quo nihilominus potest committi Simonia propriè dicta, est Sacramentum propriè dictum, quia Simonia propriissimè dicta tantum committitur in istis duobus, vt docent Theologi *secunda secunda*, agendo de illa: atqui in Ordinatione Episcopi præcisè sumpta, prout præscindit à beneficio, & quatenus dicit collationem nudæ, & simplicis potestatis conficiendi validè Sacramentum Confirmationis, & Ordinationis, & alia munia Episcopalia, potest committi Simonia propriissimè dicta, quia pro tali Ordinatione potest ex malitia, tam eius qui ordinatur, quam eius qui ordinat dari, & accipi pecunia pro tali potestate accipi pecunia pro tali potestate accipienda, & conferenda, vt patet ex citatis Patribus, & hæc potestas est quædam gratia, vt expressè docet S. Ambrosius citatus, daturque à Deo tunc tanquam ministris tantum, & instrumentis Dei, vt expressè habet S. Ambrosius ibi: Ergo Episcopos, seu Ordinatio in Episcopum est propriè Sacramentum aliquod nouæ legis. Tertio probatur. Illud propriè est Sacramentum aliquod nouæ legis, quod est signum aliquod à Christo Domino institutum practicum ex operato gratiæ sanctificantis in suscipiente non ponente obicem: atqui Ordinatio Episcopi est signum, quia habet manuum impositionem sensibilibiter factam cum verbis exprimentibus potestatem, quæ in ea traditur, vt patet ex Pontificali, quando igitur de Ordinatione Episcopi: Est item institutum à Christo Domino: tum ex eo quod Episcopi dicuntur à S. Paulo *Actuum 20. positi à Spiritu sancto, regere Ecclesiam*: & hæc manuum impositio est practica gratiæ sanctificantis, quia nomine gratiæ Apostolus intelligit etiam gratiam sanctificantem, eiusque collationem tribuit suarum manuum impositioni factæ per Timotheum, vt notauimus ex isto loquendi modo *per impositionem manuum*: Igitur ipsa Ordinatio Episcopi est aliquod Sacramen-

tum nouæ legis propriissimè dictum. Hactenus Isambertus Professor Regius in inclyto Musæo Sorbonico, cui adde ex eadem Sorbona etiam Professore eruditissimum, & amicissimum Franciscum Hallier *de sacris Ordinationibus part. 2. artic. 2. § 2. num. 1.* Et Hurtadum *de Sacram. difficult. 7.* quia ait ille, *in Ordinatione Episcopi absoluit, & simpliciter confertur Spiritus Sanctus: ergo in ea confertur gratia sanctificans*. Consequentia probatur: quia Spiritus Spiritus non confertur simpliciter, nisi media gratia sanctificante. Antecedens autem constat tum ex Trident. *sess. 23. can. 4.* vbi generaliter dicitur per sacram Ordinationem conferri Spiritum sanctum tum ex forma Ordinationis Episcopi, in qua ordinans dicit, *Accipe Spiritum Sanctum*.

Itaque dicendum Episcopatum quatenus talem non solum esse Ordinem, sed Sacramentum. Ratio est quia Tridentinum *sess. 23. cap. 3* definiens sacram Ordinationem Sacramentum esse, id probari *ex 1. ad Timoth. 4. & ad Tim. 1.* Neque aliunde ex Scriptura probare possumus. At in his locis expressè Paulus de Ordinatione Timothei in Episcopum loquutus est: ergo hæc Ordinatio Sacramentum est à Christo institutum. Secundo, Tridentinum colligit sacram Ordinationem Sacramentum esse: quia in ipsa Spiritus sanctus confertur illis verbis ab Episcopo dictis: *Accipite Spiritum Sanctum*, quæ verba in consecratione Episcopi proferuntur: ergo Episcopi consecratio Sacramentum est. Tertio Episcopus in sua consecratione accipit potestatem confirmandi, ordinandique Sacerdotes, quæ sunt potestates supernaturales, & diuinæ à Christo communicatæ, quas potestates, vt ritè Episcopus ministret, indiget gratia: ergo in earum collatione gratia debebat à Christo conferri.

An Episcopatus sit ita verus Ordo, & Sacramentum, vt distinguatur à Sacerdotio, & nouum Ordinem, ac Sacramentum constituat.

RESOLVTIO VII.

Statim supra probatum esse Episcopatum esse verum Ordinem, & Sacramentum: Nunc videndum est an distinguatur à Sacerdotio vndequeque.

Prima sententia affirmat Episcopatum, licet sit verus Ordo, & Sacramentum, non tamen esse distinctum à Sacerdotio, sed facere, & complere vnum cum illo Ordinem. Ita sentiunt, & loquuntur Durandus *in 4. dist. 24. quest. 6.* Palud. *quest. 7. Supplement.* Gabrielis

Gabrielis *q. 1. art. 3. dub. 6.* Kellifonius hic *q. 40. art. 5.* Valquez *dist. 240.* Coninch. *disp. 20. dub. 2.* Becanus *c. 20. quest. 3.* Bellarm. *de Ordin. c. 5.* Sanchez *c. 1. dub. 9.* alique vt plurimum, Caietanum etiam *tom. 1. Opusc. tract. 11.* affirmat Episcopatum esse Ordinem, & Sacramentum, non tamen distinctum à Sacerdotio Et hanc sententiam tenent etiam Braunius *in Theo. Mor. tom. 1. tract. 7. quest. 5.* Castros Palao *tom. 4. tract. 27. punct. 3. n. 3.* Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 1. q. 11.* qui citat Granadum, Gesualdum, Trullench, Dicastillum, Hurtadum, Henriquez, & alios asserentes Episcopatum esse verè Sacramentum, sed non debere dici vndequeque & omnino distinctum à Sacerdotio, nec constituere octauum Ordinem. Ratio est, quia Episcopatus est perfecta Sacerdotij plenitudo claudens in sua essentia Sacerdotium ipsum, ita vt sine illo consistere nequeat. Addo, quod sicut ex duplici potestate consecrandi, & absoluendi, vnicus sit Ordo Sacerdotalis; ita ex duplici potestate, nempe Sacerdotali & Episcopali resultat vnicum, integrum, & perfectum Sacerdotium: ex eo ergo quod Episcopatus sit à Christo institutus, & verum Ecclesiæ Sacramentum, verumque ac distinctum characterem imprimat, non sequitur esse plusquam septem Ecclesiæ Sacramenta, cum non omnino à Sacerdotio distinguatur. Et ideo Dicastillus *de Sacram. tom. 1. sr. 6. disp. 1. dub. 3.* Sic ait: quod Episcopatus non est Ordo ita totaliter distinctus à Sacerdotio, sed partialiter, & essentialiter supponens Sacerdotium, & centerur Ordo completus & perficiens Ordinem Sacerdotij, eo modo quo potestas absoluendi à peccatis superaddita potestati consecrandi cõplet, & perficit simplex Sacerdotium; quia sicut potestas absoluendi ita necessario ex institutione Christi præsupponit potestatem consecrandi, vt hac non præsupposita nequeat illa validè conferri: ita etiam potestas efficiendi Sacerdotes necessario præsupponit Ordinem, & potestatem simplicis Sacerdotij, qua non præsupposita non potest validè conferri, ita vt merito Episcopus appelletur Sacerdos perfectus, & fecundus, potens alios Sacerdotes creare; Et cõparatur Episcopus cum simplici Sacerdote, sicuti vir in ætate perfecta potens generare, cum iuuenonondum potente. Ita ille. Dicendum est igitur secundum hanc sententiam Episcopatum non esse Ordinem absolute distinctum à Sacerdotali, sed vnè perfectum, & omnino completum cum illo constituere, proptereaque Episcopum appellari Sacerdotem magni: sicut enim homo cum perue-

nit ad ætatem virilem, non dicitur nouus homo distinctus à seipso adolescente, sed idè in statu perfecto, in quo possit alios sibi similes generare; ita Episcopus non affert Ordinem omnino distinctum, sed perfectionem Ordinis Sacerdotalis, ratione cuius potest alios ordinare, seu sibi similes efficere in Ordine Sacerdotali. Vnde eleganter S. Epiphanius scribens contra Aerium, *Episcoporum*, inquit, *Ordo patrum generator est, patres enim generat Ecclesiæ: Presbiterorum verò Ordo, non potens generare patres, &c.* Hæc igitur est ratio, ob quam Episcopatus non constituit octauum Ordinem.

Affertur opinio asserens Episcopatum absolute distingui ab Ordine Sacerdotali.

RESOLVTIO VIII.

Verum non desunt Doctores absolute, & simpliciter asserentes distingui Episcopatum à præuio Sacerdotio Et ita inter alios docet Barbosa *de potestate Episc. part. 1. alleg. 1. n. 18.* qui plures plena manu adducit, quibus adde Campanilem *in diuers. Inris Canonici, rubr. 6. c. 4. n. 4.* Caietanum, Nauarr, Petr. Soto, Ayala, Couar Torreblanca, Philibertum, & communiter Canonistas pro viribus defendentes, Episcopatum octauum esse Ordinem; & ita obseruat Leander *de Sacramentis, t. 2. tract. 6. disp. 1. q. 11.* Auerfa *de Sacramento Ordinis, q. 1. sect. 7.* Probatum quia quædo aliquis ritus, se habet tanquam pars, vt perfectio cuiusdam Ordinis totalis, siue cuiusdam Sacramenti, solet, ac debet omnino simul moraliter adhiberi cum alia parte, nec debet vnquam confici vnæ pars absq; alia. Sic in exemplo illo Ordinis Sacerdotalis, certè, de iure diuino debet simul moraliter in eadem Ordinatione conferri potestas absoluendi cum potestate consecrandi. Et in Sacramento Extremæ vnctionis debent coniunctim successiuè perfici omnes vnctiones quinque sensuum. Et in Sacramento Eucharistiæ debent coniunctim consecrari ambæ species panis, & vini: At Ordinatio alicuius in Episcopum potest, & solet fieri longo tempore, & annorum spatio post ordinationem illius in Sacerdotem; imo cum tam multi sint Sacerdotes, paucis cõceditur Episcopalis Ordinatio; atq; ita vt plurimum remanet purum Sacerdotium: Non ergo se habet Episcopatus tanquam complementum & perfectio, siue tanquam pars vnus Ordinis, & Sacramenti totalis cum Sacerdotio: Sed potius dici debet simpliciter Ordo distinctus. Item quan-

do est vnum Sacramentum habens plures partes, non confert distinctum effectum gratiæ per vnam, & aliam partem, sed vnicum sibi adæquatum, vel in fine vltimæ partis; vel si confert in priori parte, non superaddit alium in parte, stante inquam eadem dispositione subiecti. Sic in Extrema-Vnctione non confertur gratia per quinque partes, sed solum in vltima parte. Et in Sacramento Eucharistiæ, qui communicat in vtraque specie, non recipit alium effectum gratiæ in specie Sanguinis præter eum, quem reciperet in specie Corporis; nisi, inquam, interim melius disponatur; quia tunc per eandem quoque speciem Corporis quandiu perdurat, augebitur adhuc effectus gratiæ. At per se separatim in Ordinatione Episcopali confertur nouus effectus gratiæ præter illum, qui collatus erat in Ordinatione Sacerdotali: ergo Episcopatus non se habet tanquam pars vnius Sacramenti cum Sacerdotio, sed simpliciter ab illo distinguitur. Huc vsque Pater Auerfa. Sed circa præsentem difficultatem ne deseras videre Patrem Gerundam de Episcopo tom. 2. lib. 8. disput. 6. cap. . vbi late firmat Sacramentum Confirmationis Episcopalis à Sacerdotio distingui, & Episcopatum esse verum, & proprium Ordinem, & Sacramentum, & distinctionem inter Sacramentum consecrationis Episcopalis, & Sacerdotalis esse iuris diuini.

Iudicium de supradictis opinionibus.

RESOLVTIO IX.

Vidisti, amice Lector, diuersitatem opinionum circa præsentem difficultatem. Ego quidem sententiam asserentem consecrationem Episcopalem, Episcopatum esse verum Ordinem, & Sacramentum libenter amplector: illam verò, quæ asserit non esse Ordinem, nec Sacramentum distinctum à Sacerdotio, probabilem puto. Vnde Philippus Faber in 4. sent. dist. 24. quæst. 1. cap. 2. num. 43. Sic ait; Propter rationes istas hæc opinio asserit Episcopatum non esse Ordinem sacrum diuersum à Sacerdotio, neque per illum imprimi characterem nouum in suscipiente, sed characterem Sacerdotalem extendi ad aliqua munera, & ad aliquos actus, ad quos non se extendebat prius; qui actus sunt confirmare, & ordinare. Verum Auctores huius opinionis altercantur deinde inter se, an potestas ista, & gradus Episcopalis, seu characteris huius extensio sit delectabilis à Papa deponente Episcopum, Scotus autem inquit hanc altercationem esse vanam, quia cum ipsi negent Episcopatum esse Ordinem sacrum, sequitur necessariò esse delectabilem talem gradum, & potestatem.

Adducit rationem Scotus, quia omnis autoritas, quæ est in Ecclesia, est vel Ordinis, vel iurisdictionis, per Auctores istos potestas Episcopalis non est potestas Ordinis: ergo est potestas iurisdictionis. At quæcumque potestas iurisdictionis per superiorem potest suspendi, vel totaliter tolli: ergo per Papam, qui est supremus Superior in Ecclesia, posset tolli potestas Episcopalis, ita quod si attentaret, non confirmaret, nec ordinaret, quod est falsum, & contra omnes. Propter hanc rationem Scotus videtur dissentire ab hac secunda opinione, & sentire cum Canonistis: quia certum est Episcopatus potestatem non posse tolli, nec in parte, nec in toto à Pontifice, ita quod si Episcopus attentet, non faciat, licet faciendo peccaret: ergo videtur velle quod Episcopatus sit Ordo. Vnde dicit etiam primam rationem pro hac secunda opinione, quæ est eius principale fundamentum, non concludere pro ipsa, sed potius esse pro prima opinione, quod probat sic. Ex ea ratione habetur quod Episcopatus concludit necessariò Ordinem Sacerdotij, vnde si non Sacerdos ordinetur in Episcopum nihil fit. At hoc concludit Episcopatum, non solum esse Ordinem, sed esse simpliciter perfectiorem Ordinem quam sit Sacerdotium. Ratio est, quia includit intimius Sacerdotium, & alios Ordines, quam Sacerdotium alios Ordines: Nam Sacerdotium potest conferri sine aliis Ordinibus, vt patet de Clerico per saltum promotus: Episcopatus autem non potest conferri sine Sacerdotio; ergo intimius includit Sacerdotium, & alios Ordines, quam Sacerdotium, & sic non solum est Ordo, sed Ordo perfectior aliis Ordinibus etiam Sacerdotio: Nihilominus Scotus non inhæret mordicus huic opinioni, sed inquit, *quidquid sit de ista controuersia de Episcopatu*, &c. & dat alium modum sustinendi sacros Ordines esse tantum septem. Vnde videtur problematicus, & dare modum sustinendi vtramque opinionem. Et hæc omnia docet Fabrus vbi supra.

Sed, vt verum fatear, & obseruat Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 3. num. 30. hi Doctores non dicunt Episcopatum non esse Ordinem, sed non esse Sacramentum (quidquid pro hac integra secunda sententia referat Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 23. quæst. 3.) eandem sententiam sequitur Couarr. lib. 1. variar. cap. 10. num. 15. Verum cum prædicti Auctores citati quærant etiam, vtrum Ordo sit Sacramentum, absolurè respondeant Ordinem esse Sacramentum, eo ipso, quod negent Episcopatum esse Sacramentum, videntur negare esse Ordinem, vel è contra. Eandem sententiam sequuntur, alij

alij, quos refert Vasquez & Henriquez, Nungus ad 3. part. quæst. 40. art. 5. Philarchus lib. 1. cap. 10. Reginaldus lib. 30. tract. 1. n. 5. qui ita negant Episcopatum loquendo propriè de Ordine, per quem confertur peculiaris potestas ad conficiendum Christi corpus, & ad sacrificandum, vt loquantur etiam de Ordine propriè distincto à Sacerdotio.

Itaque quidquid sit de mente horum Doctorum, assero, penes me certum esse non solum Episcopatum esse Ordinem, sed, & verum Sacramentum. Probatur iisdem rationibus, quibus probatum fuit esse Ordinem. Nam in primis ex citatis illis verbis 1. ad Timoth. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.* & 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum.* Colligitur sermonem esse de aliquo externo signo conferente gratiam; atque adeo de Sacramento Ordinationis; eam autem Ordinationem esse Episcopalem colligitur ex eo, quod sermo sit cum Timotheo, quem constat, & omnes concedunt tunc fuisse Episcopum. Deinde Concilium Trident. sess. 23. c. 3. ex eadem Scriptura indefinitè probauit Ordinationem sacram esse Sacramentum, & vnum ex septem nouæ Legis. Deinde cap. 4. definit præter ceteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum perueniunt ad hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere: & can. 6. damnat asserentes non esse Hierarchiam in Ecclesia Catholica Ordinatione diuina institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris. Ratio verò nostræ assertionis, si ad naturam rei recurramus à priori est voluntas, & institutio Christi, quæ nobis ex principiis prædictis innotescit: hæc enim semper sola ratio est in omnibus Sacramentis, ceteræ verò tantum congruentiæ esse possunt, nec tamen hæc deficiunt pro Episcopatu. Ratio verò congruentiæ, maximè in hoc Sacramento, est, quia per Episcopi Ordinationem confertur potestas quædam sacra, & singularis administrandi Sacramenta, Potestas, scilicet, ordinandi, & confirmandi, &c. quæ sine gratia rectè administrari non possunt. Vnde cum Christus in necessariis Ecclesiæ non defuerit, credendum non est huiusmodi potestatem, ita esse institutam, vt per illam gratia ex opere operato non conferatur, sed potius credi debet eum ritum conferentem ordinandi potestatem, Christum euenisse ad rationem Sacramenti, seu signi efficacis gratiæ; maximè cum in ordinatione Episcopi conferatur Spiritus sanctus, & ordinans dicat *Accipe Spiritum sanctum*: cum tamen Spiritus san-

ctus non conferatur simpliciter, nisi media gratia sanctificante, qui est effectus maximè primus, & proprius Spiritus sancti.

An opinio asserentium Episcopatum non esse Sacramentum mereatur aliqua censura inuri, & Angelicus Doctor S. Thomas defenditur.

RESOLVTIO X.

Hæc de sententia negantium Episcopatum esse Sacramentum. Pater Vasq. tom. 3. in 3. partem disp. 240. cap. 3. num. 36. sententiam hanc D. Thomæ improbat illis verbis, *Posterioriorem partem nostræ sententiæ, scilicet Sacramentum, & Ordinem esse, ita eam veram existimamus, vt sicut à nobis pronunciat a est, sine graui nota hoc tempore negari non possit.* Et fanè Petrus de Soto lib. de institut. Sacerdotum lect. 4. de Sacramento Ordinis, §. in alijs igitur, expressè affirmat, *vt minimum certa fide credendum esse quælibet horum duorum Ordinum* (sic enim ipse loquitur) *nempe Sacerdotium, & Episcopatum verum esse Sacramentum, & vero Sacramento tradidit.* Michael autem de Medina lib. 1. de Sacrorum hominum continentia, c. 15. ita huic sententiæ adhæret, *vt oppositam hoc tempore periculosam existimet, & licet ab Ecclesia expressè definita non sit, ex definitione tamen Concilij Tridentini non obscure deducitur.* Hæc ille, cui addo Nauarr. in Manuali cap. 2. num. 17. qui asserit se non scire, nec scire posse bona fide respondere ad locum Concilij sess. 23. cap. 4. Ideo Turrianus in Select. centur. 3. dub. 85. sic ait, Meritò docet Vasquez iam hoc tempore non posse negari Episcopatum esse Sacramentum, sine graui nota, & licet non explicet censuram, quam meretur opinio contraria; tamen mihi videtur non solum esse temerariam sententiam, sed errori proximam post Concilium. Ita ille, vide etiam Auerfam de Sacrament. Ordinis quæst. 1. sect. 6. §. Dico secundo, & Gerundam de Episcopo tom. 2. disp. 6. cap. 1. num. 6. & Nicolaum Lambert. in 3. part. tom. 3. de Sacramento Ordinis, disp. 2. art. 2. sic asserentem; Communior tamen, & probabilior sententia est Altifiodorensis 4. p. sua Summa Maioris in 4. sent. dist. 24. & plurium aliorum, cum qua concludimus *Episcopatum esse Sacramentum verè, & propriè dictum.* Et hæc sententiæ post Concilium Trid. est tam certa inter Scholasticos, vt eius opposita videatur erronea propter auctoritatem Concilij Tridentini explicantis sacras Scripturas primo articulo

culo citatas pro Sacramento Ordinis. Ita Ifambert. Mitius hanc sententiam tractat Doctor Franciscus Hallier *de sacris Ordinationibus, part. 2. sect. 2. cap. 1. art. 2. num. 6.* vbi sic ait. Quod spectat ad Episcopatum, Albertus Magnus, Alensis SS. Th. Bonavent. Richardus, Dominicus Soto, & alij Catholici Doctores negant Episcopatum propriè dictum, esse Sacramentum: contra verò Altifiodorensis, Ioannes Maior, Durandus, Paludanus, Canonista, & recentiores Theologi penè omnes Episcopatum Sacramentum esse affirmant. Hanc autem affirmantem sententiam Bellarminus certissimam, Petrus Soto certa fide tenendam censent; Michael de Medina contrariam huic sententiae esse periculofam, Vasquez similiter quod huic sententiae contrarium sit sine graui nora non posse teneri arbitrantur. Ego ita censéo certissimam habendam esse affirmantem istam sententiam, nec antiquos Auctores, qui pro contraria sententia citantur, mihi videri omnino ei repugnasse, sed id forte tantum defendisse, Episcopatum, nempe, non esse distinctum Ordinem, diuersumque Sacramentum à Presbyteratu; quia tamen eorum auctoritas à recentioribus prætidem potest, nollem contrariam opinionem hæresis, aut erroris nota afficere, quamuis mihi falsa videatur. Ita ille.

Verùm supradictæ censuræ in sensu quo loquutus est D. Thomas, vt explicant Discipuli eius scholæ non procedunt, & propter reuerentiam debitam communi Magistro, ac Angelico Doctore. D. Thomæ, ego assero eius sententiam tanquam probabilem admittere Marchinum *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 1. cap. 1. num. 1.* & Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 1. quest. 10.* licet contrariam sententiam tanquam longè probabiliorem teneant. Imo nouissimè sententiam sancti Magistri absolurè tenent omnes eius Discipuli, quos referunt, & sequuntur Fr. Ioan. de sancto Thoma *in disp. apologetica 2. de approbatione Doctrinae S. Thomæ obiect. 6. pag. 171.* & nouissimè Pater Thomas Hurtadus *variorum tom. 2. tract. ult. resolut. 3. per totam*, cum Bonacina *tom. 1. de Sacrament. disp. 8. quest. unica, punct. 1. n. 3.* & nouissimè illam acriter tuetur Garzias *in summa, tract. 1. difficult. 1. dub. 9. num. 4.* sic asserens. *Respondeo pues a la duda, y digo, que no solo no es contra la fe afirmar que el Obispado no es Sacramento de Orden, sino que es muy prouable que no lo es. Así lo sienten muchos Canonistas, y Theologos, y aun Marchino, con defender la parte contraria, tiene a esta por prouable; y aduerto, que todos estos Doctores, fuera los tres Santos, han escrito*

*despues del Concilio Tridentino, para que se vea la poca razon que tuvo Luis de Torres en dezir lo que dixo. La razon potissima en fauor desta opinion es, porque en la Iglesia no ay sino siete Sacramentos, y siete Ordenes, y si fuesse el Obispado Orden, auria ocho Ordenes: luego auemos de dezir que no es en rigor Sacramento. Responden los contrarios, que el Obispado es verdadero Sacramento de Orden, pero no distinto del Sacerdotio, sino que haze vn cuerpo con el; pero esto tiene su dificultad, porque si el Obispado tiene diferente materia, y forma del Sacerdotio, e independiente del, como puede venir à ser vna cosa con el? Lo segundo porque el poder que se da de Orden, es en orden, ad conficiendam, vel administrandam Eucharistiam, y en esto no tiene mas Poder et Obispo, que otro qualquier Sacerdote simple, luego el Obispado no es Orden. Verdad es, que los que defienden esta segunda opinion tambien dicen, que en la recepcion del Obispado se halla cosa que tiene vez de materia, y vez de forma, y que se da caracter; esto es, que se estiende el caracter Sacerdotal Obispal, y que el caracter Obispal viene a perfeccionar el Sacerdotal, y así creo que esse punto tiene mucho de questión de nomine, y que solo ay encuentro en el modo de esplica la, si bien ay encuentro conocido en sí se da gracia, ex opere operato, ò no. Et sententiam D. Thomæ ex Societate Iesu præter Henriquez, tenet Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tract. 1. num. 5.* & Comitulus *lib. 1. disp. 48. num. 11.* sed extra difficultatem esse mus si vera esset opinio Ioannis Biescas *in Apologia pro doctrina, sancti Thomæ tom. 1. quest. 11. art. 4. dub. 5. propos. 6. pag. 174.* in qua tradit Diuum Thomam verè sensisse ordinationem Episcopi esse ordinationem sacram, & Ordinem sacrum, & verum Sacramentum. Sed hic pro curiosis, & Diui Thomæ doctrinæ addictis non deferam etiam apponere verba Francisci Syluij *in 3. part. quest. 40. art. 5. concl. 2.* vbi docens sententiam asserentem Episcopatum esse Ordinem, & propriè Sacramentum nouæ legis, sic ait: Hanc sententiam tradunt communiter, & vt nobis videtur S. Thom. nam in Opusculo de perfectione vitæ spiritualis *cap. 24.* sic habet. *Quod quarto proponitur quod Episcopatus non est Ordo, hoc manifestè continet falsitatem, si absolurè intelligatur, & postea. Quod autem habeat aliquem Ordinem, non iurisdictionem solam, sicut Archidiaconus, vel Curatus presbyter, patet ex hoc quod Episcopus potest multa facere que non potest committere sicut confirmare, ordinare, &c. & scribens in 2. ad Timoth. cap. 1. dicit quod in ea manuum impositione, qua Timotheus erat ordinatus Episco-**

Episcopus, data fuerit ei gratia Spiritus sancti. Dicimus ergo probabiliora esse quæ scripsit posterius, quam quæ in 4. fuerat commentatus. Hæc Syluius; & post illum Mercerus *de Sacram. q. 10. art. 5.* Et hæc dicta sufficiant in defensionem sententiæ Angelici Doctoris D. Thom. quam eius inlyti Discipuli doctè, vt semper solent, propugnabunt, vel explicabunt clarius.

Respondetur ad illud argumentum si consecratio Episcopalis est verus Ordo, & verum Sacramentum: ergo non septem, sed octo sunt Ordines, & Sacramenta.

RESOLVTIO XI.

Hoc argumentum magnam vim affert aliquibus, sed ad ipsum respondet Gerunda *de Episcop. tom. 2. lib. 8. disp. 6. cap. 4. num. 3.* qui citat Altifiodorensis, Durandus, Paludanum, Valdensis, Caietanum, Michaëlem Medinam, Petrum Sorum, & Nauarrum, quibus adde ex Neotericis Gregorium de Valentia *tom. 4. disput. 9. quest. 1. punct. 11. in fine*, vbi ait; Dico tertio, absolurè tamen loquendo esse octo Ordines propriè dictos, nempe Episcopatum, & illos septem, vt rectissimè loquuntur Authores quartæ opinionis. Nec certè hoc negari potest, vt antea notauimus. Patet ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 4.* Cui, quod attinet ad Episcopatum rectè vbi supra dicit Nauarrus, se non scire, nec posse bona fide respondere. Item id patet ex *cap. de excommunicatis 28. dist. 8. cap. 1. dist. 31.* vbi satis aperte indicatur, Episcopatum esse etiam sacrum Ordinem, sicut Ordinem Presbyterorum, & Diaconorum, & Subdiaconorum, vt rectè etiam de dicto *cap. 1. glossa explicat.* Ita Valentia. Sed hanc sententiam tanquam temerariam damnat Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 11. difficult. 2. num. 4. Que el Obispado sea Orden, hablando latamente, coligese del Concil. Trident. donde dize (Declarat Sancta Synodus, præter ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere.) Mas que de hecho de verdad no sea Orden, es de Santo Thomas. Y Fray B. de Lesma dice, que ex comun de los Santos, y Concilios. Por lo menos es temerario dezir, que la primera tonsura, y el Obispado son Ordines en la Iglesia.*

Sed quia ego libenter abstineo à censuris operationum, dico quod Pater Auerfa *de Sacram. Ordin. quest. 1. sect. 7.* respondens ad argumentum adductum sic asserit. Ad fun-

damentum alterius sententiæ dici posset non oportere ab initio distinguere septem tantum Ordines, sed benè posse distinguere octo: at potest adhuc optimè retineri, vt ab initio dicantur septem quidem Ordines; inter quos septimus, vltimus, ac supremus dicatur Ordo Sacerdotij. Sed tamen hoc nomen amplè sumatur, nempe pro potestate conficiendi, & conferendi validè illa Sacramenta, quæ requirunt ministrum consecratum. Ac deinde hoc tanquam genus diuidatur in duas species videlicet in duos gradus Sacerdotij, vnum ad conficienda Sacramenta Eucharistiæ, Absolutionis, & Extremæ Vnctionis; alterum ad Sacramenta Confirmationis, & Ordinationis. Et vni quidem relictum est idem commune nomen Sacerdotij, alteri attributum est proprium nomen Episcopatus. Sic Anaclethus Papa dicebat, bipartitum esse Ordinem Sacerdotum, & duos esse Ordines Sacerdotum, idque ex institutione Domini: Et Pelagius Papa dicebat, hos esse duos primos Ordines. Ita Auerfa.

Itaque assero cum Ifamberto *in 3. part. tom. 3. de Sacramento Ordinis disput. 1. art. 3.* Patres; & Concilia enumerando tantum septem Ordines, comprehendere Episcopatum sub Sacerdotio, ad eum modum, quo enumerando septem tantum Sacramenta nouæ legis, comprehendunt sub nomine Ordinis omnes illos singulos Ordines, qui sibi vendicant rationem Sacramenti: nam quemadmodum in ista enumeratione ita numerant Ordinem pro vno Sacramento, quatenus sumunt illud genericè, vt tamen rationem Sacramenti non denegent membris sub isto genere contentis: pari etiam iure quando in enumeratione Ordinum recensent tantum Presbyteratum, seu Sacerdotium, recensent illud, quatenus sumitur genericè, & proptè diuiditur in duas species, quarum vna est simplex Presbyteratus, & altera Episcopatus: nam patres supra citati distinguunt duos Ordines Sacerdotum, scilicet, maiorum, & minorum, quod non potest intelligi nisi de Ordine simplicium Sacerdotum, & ordine Episcoporum. Et tandem Syluius *in 3. part. quest. 4. art. 5. concl. 2.* sic ait. Sub Sacerdotio includitur Episcopatus, qui propterea non facit numerum cum illis: est enim Sacerdotium Ordo genere vnus, sub quo continentur duæ species, scilicet Presbyteratus communiter dictus; & Episcopatus. Si quis tamen Episcopatum incompletè accipiat proptè à Sacerdotio distinguitur; non malè concedet esse octo Ordines. Quod autem communiter nominentur septem, accidit ex eo quod sermo fiat de Ordinibus quibus communes ministri ordinantur, qualis non est Episcopus. Ita Syluius.

Conclu

Concludo itaque cum Martino. *de Sacrament. tom. 2. disput. 66. sect. 3. num. 31.* Soto *in 4. distinct. 24. quest. 1. art. 3.* Maiore ibid. *quest. 1. §. 3.* Almains *quest. unica, art. 3.* Vasquez *disput. 2. 38. cap. 3. num. 26.* Bellarminus *lib. de Ordine, cap. 8. in fin. & Aegid. Coninch. disput. 20. dub. 6. num. 51.* Sacramentum ordinis esse vnum, non specie atomata, sed subalterna, & generica: vel esse vnum totale constitutum ex multis partialibus coordinatis. Diuiditur enim in plures species, quæ vnum totale Sacramentum Ordinis coordinatione quadam constituunt, quatenus pertinent ad constituendum perfectum Ecclesiæ ministrum: quemadmodum multi habitus partiales, propter quandam coordinationem, & habitudinem ad vnum obiectum totale constituunt vnam totalem scientiam. Quod autem dicitur septem tantum esse Sacramenta, non est intelligendum de specie infima, sed vel infima, vel subalterna: eadem ratione qua dicuntur esse quatuor Virtutes cardinales, quæ sub se plures diuersas species continent.

De materia Consecrationis Episcopalis: Et prima Isamberti, & aliorum opinio affertur.

RESOLVTIO XII.

Diligenter, ni fallor, fatis supra probatum est Episcopalem consecrationem non solum esse Ordinem, sed Sacramentum: nunc tractandum venit de eius materia & forma. Et quidem fateor in nullo Sacramento tantas tricas, & contraictus inueniri, ac diuersitates opinionum, vt in Consecratione Episcopali, & ideo ego non sine magno labore in gratiam Lectorum præsentem difficultatem pertractabo. Pro qua suppono Consecrationis Episcopalis ritus in Pontificali Romano esse frequentes.

Primò, Euangeliorum liber apertus, quia à Consecratore, & ab assistentibus Episcopis imponitur super ceruicem, & scapulas electis ac mox iidem ambabus manibus caput consecrandi tangunt, dicentes, *Accipite Spiritum sanctum.*

Secundò, Consecrator pollicem suum dextrum intingit in sanctum Chrisma, & caput electi inungit, formans primò signum Crucis per totam Coronam, deinde reliquum Coronæ liniendo, interim dicens: *ungatur, & consecretur caput tuum cælesti benedictione in ordine Pontificali, & mox producens manu dextra, tertio signum Crucis super caput electi, dicit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Tertio, Manus ambas iunctas Chrismate vngit, dicens, *ungantur manus ista de Oleo sanctificato, & Chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel, Dauid Regem & Prophetam; ita ungantur, & consecrentur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Quartò, baculum Pastoralem benedictum consecrato tradit, dicens: *Accipe baculum Pastoralis Officij, vt sis in corrigendis vitijs pie sapiens, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.*

Quintò, Annulum dextera manui consecrati immittit, dicens: *Accipe Annulum fidei, scilicet, signaculum quatenus sponsam Dei, Sanctam, videlicet, Ecclesiam, intemerata Fide ordinatus ilibate custodias.*

Sextò, Accipit librum Euangeliorum de scapulis consecrati, & adiuuantibus Episcopis assistentibus, tradit eum clausum consecrato tagenti illum, sine apertione manuum, dicens: *Accipe Euangelium; & vade, prædica populo tibi commissio; potens est enim Deus, vt augeat gratiam tuam, qui viuunt & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.*

Septimò, Dato pacis osculo, Mitram benedictam, & aqua lustrali aspersam, adiuuantibus Episcopis assistentibus, imponit capiti Consecrati, dicens: *Imponimus, Domine, capiti huius Antistitis, & Agonistæ tui gallicam mutationis & salutis, quatenus decorata facie, & armato capite cornibus utriusque testamenti terribilis appareat aduersariis veritatis.*

Octauò Chirothecas eadem ratione imponit manibus Consecrati, dicens: *Circumda Domine, manus huius ministri tui munditia noui hominis, qui de cælo descendit.*

Ex his ritibus Michaël Medina *lib. 1. de contin. cap. 17.* significat omnes septem priores ritus, omisso postremo, pertinere ad substantiam ordinis Episcopalis. Durandus *lib. 2. Ration. cap. 11.* sex requirit, cum ait, singula autem, dum singulis verbis traduntur, & fiunt. Quæ verba, & capitis, & manuum vnctio, & pollicum, consignatio baculi, & Annuli, & Euangelij traditio sunt huius substantia Sacramenti; cætera solemnitate sunt.

Hoc supposito, Prima opinio est Nicolai Isamberti *in 3. part. D. Thom. tom. 3. de Sacramento Ordinis, disput. 3. art. 4.* vbi sic ait: Materia ordinationis Episcopalis, prout adæquatè consideratur, est triplex partialis, triplex item forma partialis triplici partiali materiæ correspondens. Prima materia partialis, est impositio manuum trium Episcoporum super

super caput eius, qui ordinatur in Episcopum: forma ei correspondens sunt hæc verba, quæ tunc tres illi Episcopi simul proferunt, *Accipe Spiritum sanctum.* Secunda partialis materia est vnctio capitis, & manuum electi in Episcopum per Consecratorem Episcopum. Partialis forma ei correspondens sunt verba, quæ Episcopus consecrator tunc profert, scilicet: *ungatur, & consecretur caput tuum cælesti benedictione in ordine Pontificali in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Item, *ungantur manus ista de Oleo sanctificato, & Chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel Dauid Regem, & Prophetam: ita ungantur & consecrentur in nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Tertia, & vltima partialis materia est traditio baculi Pastoralis, Annuli, & libri Euangeliorum: Forma ei correspondens sunt verba, quæ inter tradendum ista instrumenta Episcopus consecrator profert. Hucusque Isambertus cui alterum Theologum Gallum subiungo, nempe Ludouicum Abelly in Medulla Theologica *tom. 2. cap. 7. de Sacramento Ordinis, sect. 2.* qui sic asserit: Triplicem esse materiam partialem Episcopatus: triplicem item formam partialem: Prima illius materia partialis est impositio manuum à tribus Episcopis facta super caput illius, qui in Episcopum ordinatur: forma ei correspondens sunt hæc verba ab illis tribus simul prolata, *Accipe Spiritum sanctum.* Secunda materia partialis est vnctio capitis, & manuum ipsius electi in Episcopum facta per consecratorem Episcopum: forma ei respondens sunt verba, quæ in ipsa vnctione ab Episcopo consecratore proferuntur. Tertia denique partialis materia est traditio baculi Pastoralis, Annuli, & libri Euangeliorum: forma ei respondens sunt verba, quæ in ipsa traditione consecrator Episcopus profert. Vasquesius quidem cum quibusdam aliis Theologis, quos citat, existimat materiam Episcopalis Ordinationis in sola manuum impositione à tribus Episcopis facta; formam item in solis verbis, quæ tunc ab illis proferuntur; obseruatque paucos admodum Theologos scripsisse de materia, & forma Episcopalis Ordinationis: nihilominus probabilior est, & in praxi tenenda sententia in assertione nostra explicata. Ita Abelly. Hanc sententiam tenet etiam Ioan. Pontius *in Cursu Theologico disput. 48. quest. 2. concl. 8. num. 15.* Vide etiam Michaellem Medinam *lib. 1. de Contin. cap. 7.* & Guilielmum Durandum *lib. 2. Rationalis officiorum.*

Adducitur secunda, tertia, & quarta sententia Fornarij, Syluij, & Merceri.

RESOLVTIO XIII.

Secunda sententia est Martini Fornarij *de Sacrament. Ordinis, cap. 1.* qui requirit solum manus impositionem, libri Euangeliorum traditionem, & capitis vnctionem. Tertia sententia est Francisci Syluij Professoris Regij *in Academia Duacena in 3. p. quest. 40. art. 5. conclus. 2.* sic asserentis: Materia est Chrismatica vnctio manuum, forma verba, quæ tunc profert consecrans, *ungantur manus ista, &c.* Vnde toto præcedenti tempore semper vocatur in Pontificali, Electus, postquam verò verba ad istam vnctionem prolata sunt, Consecratus, appellatur. Confert Innocentium III. *cap. cum venisset de sacra vnctione.* Ita ille.

Quarta sententia est Guilielmi Merceri, etiam Professoris Regij, *in Academia Louanienfi de Sacram. quest. 4. art. 3.* vbi sic asserit, Pro materia quoque habet Chrismaticam capitis, & manuum vnctionem: pro forma verba, quæ tunc profert consecrans; *Ungantur manus ista, &c.* vt significat Innocentius III. *cap. cum venisset de sacra vnctione.* Et colligitur ex eo quod toto tempore præcedenti in Pontificali appelletur, Electus, postea verò, Consecratus. Materia quoque altera est manuum impositio, & forma altera, *Accipe Spiritum sanctum, &c.* Minister denique est principalis quidem Episcopus ille, qui in Pontificali vocatur consecrator, secundarij verò alij duo assistentes Hæc Mercerus.

Proponitur quinta scientia Doctoris Hallier.

RESOLVTIO XIV.

Eruditus, & amicissimus Franciscus Hallier Professor Regius *in Academia Sorbonica de sacris Electionibus part. 2. sect. 7. cap. 2. §. 13. num. 29.* putat probabile non solam manuum impositionem, verum etiam traditionem libri Euangeliorum in manus Episcopi consecrandi, cum iis verbis; *Accipe Euangelium, & vade, prædica populo, &c.* esse alteram materiam partialem Episcopalis Ordinis. Primò, quia Concilium Florentinum ex prædictis decernit materiam Sacramenti Ordinis esse illud, per cuius traditionem ordo innuens in omnibus ordinationibus esse aliquid, quod tradatur, quod quidem ordinis materiam esse dixit: nihil autem est quod in

Episcopi consecratione tradatur, præterquam liber iste Euangeliorum. Secundò quia Pontificale Romanum, Episcopum, cui manus impositæ fuerunt, vocat adhuc *Electum*, nondum autem *Consecratum* cum appellat, nisi postquam liber Euangeliorum hac prolata verborum, quæ ibidem recitantur, forma, ipsi in manus traditus fuerit. Terriò, quia principale officium Episcopi, putà prædicandi munus, Euangeliorum libro, & prædictis verbis egregiè innoteſcit: Quare cum materiæ, & formæ ordinis, saltem partiales, eæ sint, quæ præcipuum vniuscuiusque Ordinis officium indicant, porrectio libri Euangeliorum erit altera materia partialis Ordinis Episcopalis, & verba simul cum ea porrectione prolata erunt forma. Quartò, quia non est potior ratio, cur porrectio calicis cum vino, & patenæ cum panè sint materia Præbyteratus, porrectio libri Euangeliorum materia Diaconatus & sic de cæteris Ordinibus, quam porrectio libri Euangeliorum materia Episcopatus: atqui Florentinum expressè prædictas materias Præbyteratus, & Diaconatus assignat: videtur itaque pro materia quoque partiali Episcopatus traditio libri Euangeliorum esse statuenda. Obiicies tamen primò, materiam eam non esse ordinationis, ad quam non concurrunt, qui sunt eiusdem ordinationis ministri: at non solum Episcopus, qui principalis auctor est consecrationis Antistitis electi: sed alij duo ad minus Episcopi, qui cum eo consecrant sunt ministri ordinationis Episcopalis, si ea ex communi sententia, in qua tres saltem Episcopi non adfuerint consecrantes, nulla est: cum ergo solus Episcopus principaliter consecrans librum Euangeliorum tradat, & prædicta verba proferat, non videtur porrectio libri Euangeliorum esse materia ordinationis, nec prædicta verba esse forma. Secundò quia si impositio manuum est materia ordinationis, eaque adeo efficax, vt gratiam producat, ne frustra videatur Episcopus dicere; *Accipe Spiritum sanctum*, quod ex Tridentino docuimus; certè peracta illa manus impositione videtur perfectum esse Sacramentum: nam Sacramentum gratiam non producit, nisi perfectum, proindeque sequens libri Euangeliorum traditio gratiam non conferet. Confirmatur, nam manus impositio gratiam producit, vt Scriptura Sacra, Patres, ac Concilia superius innuunt: vel ergo collatio libri Euangeliorum producit gratiam, vel non: si producit: bis ergo gratia Episcopalis Ordinis, non autem semel confertur, quod gratis, & sine fundamento dicitur: si non producit, nulla ratio videtur suadere hanc esse partem, aut

materiam Sacramenti: quippe cum materiæ cuiuscumque Sacramenti, v.g. aquæ in Baptismo, olei in Confirmatione, & sic de cæteris, gratiæ productio tribuatur. Respondemus ad primum quidem argumentum, satis esse ne qui principem in consecratione Episcopi locum tenet, solus minister consecrationis istius dicatur, & vt alij etiam cum eo ministri censeantur, quod ad aliquam eius partialem materiam, ac partialem formam concurrant, licet non ad singulas partiales materias cooperentur: Quare cum Episcopi omnes manus capiti Antistitis consecrandi imponant, simulque dicant cum consecratore hæc verba, *Accipe Spiritum sanctum*, consecrationis ministri dici poterunt, quamuis qui inter eos simpliciter dicitur in Pontificali Romano consecrator, hanc prærogatiuam obtineat, quod, & ad impositionem manuum ipse cum cæteris, & ad porrectionem libri Euangeliorum solus ipse agat, quem proinde solum ad validam & ratam ordinationem necessariò requiri, longè probabilius esse postea dicemus. Secundò argumento respondemus vtrunque esse probabile, & quod manus impositio non statim producat gratiam, nisi postquam porrectus est liber Euangeliorum, quo porrecto, tam gratia, quam character Episcopalis (siue nouus sit, siue extensio Presbyteralis) producantur vi non solum impositionis manuum, verum etiam porrectionis libri Euangeliorum. Nam qui parum temporis fuit inter applicatam vtramque istam materiam, priori effectus rectè tribuitur, etsi, non nisi posteriore secuta, producat; eo modo quo strina immersione Baptismus conferatur, non vltimæ tantum immersioni, verum etiam primæ tribuetur gratia Baptismalis, quamuis non nisi post vltimam producta sit: potest etiam è contrario dici, quod per impositionem manuum producat gratia Episcopalis, & postea per porrectionem libri Euangeliorum, potestas ordinis Episcopalis, seu character conferatur, adeò vt nempe producat per vnam materiam partialem gratia, tanquam dispositio ad diuinam potestatem Episcopi ritè consequendam: per alteram verò partialem materiam potestas illa dispositæ iam animæ ordinandi imprimatur: eo modo quo probabile est partiales gratias per impositionem Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus Panis, & Vini, produci: & partialibus vnctionibus, quæ in Extrema vnctione adhibentur, peculiaria annexa esse auxilia contra peculiaria vitia, quæ singulis sensibus insident, & ab iis speciatim oriuntur, ac fouentur. Quod si in eodem Sacramento non censetur absurdum effectus

fectus gratiæ partiri, multo minus absurdum videbitur in eodem Sacramento Episcopatus; sic distinguere eius effectus, vt per vnam materiam gratia, per alteram partialem character, seu potestas Episcopalis conferatur; quod enim dicitur Sacramentum non conferre gratiam nisi perfectum, hoc licet verum sit in Sacramentis vnicam habentibus materiam, at non in iis, quæ duplicem materiam obtinent partialem. Huc vsque Hallier.

Afferitur sexta Sententia Patris Dicastilli.

RESOLVTIO XV.

Sextam sententiam ex Fumo, Diuo Anthonino, & aliis adducit, & sequitur P. Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 1. disput. 1. dub. 9. n. 126. vbi probat consecrationis Episcopalis materiam esse manum impositionem, & simul impositionem libri super ceruicem, & scapulas Electi. Dicendum est igitur non esse necessarium ad rationem Sacramenti, vt totam materiam adhibeat ille, qui minister est, iuxta sententiam Vasquez. Ac proinde etiam si aliqua pars materiæ adhibeatur ab alio, qui non sit minister, & etiam si pars illa materiæ necessaria sit ad Sacramentum, posse per illam adhibitionem partis materiæ à non ministro, confici Sacramentum. Vnde in nostro casu dici etiam posset, habitationem (vt sic dicam) libri Euangeliorum supra caput consecrandi, esse partem materiæ necessariam simul cum manuum impositione, siue ea libri habitio proveniat ab alio Episcopo, siue Sacerdote, siue Diacono: vt nec impositio libri sine manuum impositione, neq; hæc impositio sine illa sit sufficiens materia, sed vtraque simul; & ea ratione potuisse institui huiusmodi Sacramentum nemo potest dubitare. Quod autem sic de facto institutum sit, colligimus ex eo, quod ea sit magis communis sententia in Schola, & fundata in vsu Ecclesiæ adhibentis librum, non solum, quæ explicatur in Conc. Carthagen. IV. sed etiam ab antiquis Patribus primitiue Ecclesiæ recepta, & tradita consuetudine, vt ex Dionysio Apostolorum discipulo constat, & latè probat Turrianus ad citata loca Clementis Romani, maxime l. 8. *Constitutio-nem, c. 4. & l. 2. pro Epistolis Pontificum, c. 21.* post medium. Quod autem ea impositio non necessariò fieri debeat ab Episcopis consecrantibus, constat ex vsu moderno Ecclesiæ in Pontific. Roman. Clementis VIII. iussu edito.

Anton. Diana Pars XII.

Exhibetur septima, & vltima sententia Vasquez, Bellarmini, & aliorum.

RESOLVTIO XVI.

Sententiam vltimam suscipiet, & probat Vasquez disp. 40. c. 5. n. 58. Bellarminus l. 1. de Sacramento Ordinis, c. 9. Coninch disp. 20. dub. 7. concl. 1. Henriquez l. 10. c. 7. num. 31. Bernal de Sacram. disp. 47. sect. 6. n. 14. Layman de Sacramento Ordinis, c. 5. Petrus Sotus de Sacrament. lect. 5. & alij penes ipsos, afferentes quod tota materia consecrationis Episcopalis est impositio manuum Episcoporum; forma autem verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*, & c. quæ proferuntur ab Episcopo, vel Episcopis ordinantibus. Probat primò ex Trident. sess. 14. c. 3. & aliis Conciliis. Secundò ex Patribus, vt Ambrosio lib. de Sacerdotali Dignitate, c. 5. Hieron. in c. 5. *Isaiæ, & aliis*. Confirmatur, quia talis cæremonia sufficienter significat gratiam, & potestatem specialem, & totaliter ordinatum admitti in consortium Patrum Ecclesiæ, siue Episcoporum.

Probat etiam ex verbis Diui Pauli 1. Timoth. 1. vbi agit de Timotheo Episcopo, deinde dicit gratiam Timotheo esse datam per prophetiam cum impositione manuum: nomine autem Prophetiæ intelligunt Vasquez, & alij verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*. Cum ergo dicat Paulus per eam prophetiã, & manuum impositionem conferri gratiam, & hæc per Sacramentum conferatur; Sacramentum verò constet ex materia, & forma, sequitur manuum impositionem esse materiam proximã, & verba prædicta formam. Nec obstat (inquit Vasquez n. 60.) verba illa; *Accipe Spiritum sanctum*, esse admodum generalia: quamuis enim in illis secundum se consideratis nõ denotetur specialis gradus, & potestas Episcopi, sed in cuiuscunque alterius ordinatione possint dici; nihilominus, vt hîc, & nunc dicuntur à tribus Episcopis simul congregatis, tanquam ministris illius gradus Episcopalis imponentibus manus supra caput ordinandi, satis denotant tres illos ordinandum accipere in suum consortium ad gradum Episcopalem. Quauis autem eadem etiam verba profert Episcopus ordinans Diaconum, non denotatur gradus Diaconi, nec sunt forma ordinationis illius (vt Vasq. idè putat) Episcopus enim qui est minister Diaconatus nõ tantum illius, sed etiam Presbyteratus, & Subdiaconatus, & aliorum inferiorum Ordinum minister est, ac proinde impositione

B 2 manuum

manuum non potius denotat, quod admittat ordinandum in suum consortium ad aliorum ordinum gradus, quam ad gradum Diaconi.

Iudicium de supradictis sententiis.

RESOLVTIO XVII.

Vidisti amice Lector varias Doctorum sententias circa materiam consecrationis Episcopalis; Ego breuiter exponam quid sentio. Sententiam Isamberti quoad vltimam partem non approbo: nimis enim multiplicarentur substantialia consecrationis, licet probabilem putet Filliucius tom. 1. tr. 9. n. 4. Sententiam Fornarij sicut & Isamberti, Syluij, Mercerij de necessitate vntionis Chrismatica puto probabilem, quia in forma vntionis capitis expresse dicitur, *Vngatur, & consecretur caput tuum caelesti benedictione in Ordine Episcopali*, Sed hoc non placet Dicastillo, vbi supra, quia illius ritus vntionis capitis in Concilio Cartaginensi IV. & apud Dionysium nulla fit mentio.

Dices hæc cæremonia vntionis est apertissima cum suis verbis ad significandum practicè gratiam, & potestatem Episcopalem; & olim Reges, & Pontifices in populo Dei fiebant vntione; ergo etiam Episcopi modò. Nego consequentiam; quia id etiam videmus in multis cæremoniis Baptismi, Presbyteratus, &c. quæ solummodo sunt Sacramentalia, non Sacramenta, neque partes Sacramenti essentialia.

Dices secundò; Ille qui fit Episcopus antequam recipiat vntionem illâ Chrismatis in capite, & in manibus, non vocatur Episcopus, neque consecratus, sed tantum electus in Episcopum; statim verò, ac est perunctus Chrismate, vocatur Episcopus in Pontificali Romano: ergo signum est vntionis Chrismatis ingredi essentialiter consecrationem Episcopis. Nego consequentiam, quia Pontificale cautè nō appellat Episcopum, & consecratum illum, donec recipiat vntionem ipsam Chrismatis; quia cum hæc sit opinio aliquorum, non vult loqui cū aliquo periculo falsitatis, sed hanc sententiam his non obstantibus puto, vt dixi esse probabilem, vt etiam putat Tannerus, & Dicastillus; & quidem habet in sui defensionem doctissimos Authores. Et Gerunda de Episcopat. l. 8. disp. 9. c. 1. n. 11. Licet nostram sententiam in sequenti resolutione amplectendam teneat; tamen in fine sic ait; *Itaque siue hanc, quam modo declarauimus sententiam, siue alteram asserentem materiam huius sacramenti remotam esse Chrisma; pro-*

ximam verò esse vntionem in capite, formam verò esse verba nempe, vngatur, & consecretur caput tuum caelesti benedictione in ordine Pontificali: In nomine Patris, & Filij, &c. poterit ad libitum quis problematicè, ac probabiliter amplecti. Ita ille. Sententiam verò de traditione libri Euangeliorum Episcopo probabilem esse puto cum Hallier de sacris Electionibus. Sed quid dicendum de sententia Dicastilli? existimo illam probabilissimam esse, quam tuetur etiam Tannerus tom. 4. disp. 7. quest. 2. dub. 1. n. 84. & Turrianus l. 2. Epist. Pontific. cap. 21. cum alijs. Et probatur primò ex Concilio Cartaginensi IV. c. 2. vbi dicitur: *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi, ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.* Consonat Dionysius c. 5. Hierarch. Eccles. cum ait; *Pontifex qui ad consecrationem Pontificalem adducitur, utroque genu flexo ante Altare, supra caput habeat Euangelia à Deo tradita, manumque Pontificis; atque hoc modo ab eo Pontifex, qui eum consecrat, sanctissimis precibus, appellationibusque consecratur.* Et in contemplatione: *Pontifex precipuam habet sanctissimam diuinorum librorum super caput admonitionem.*

Idem colligitur ex Scriptura 1. Timoth. 4. vers. 14. *Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij*, id est Presbyterorum, seu Episcoporum: ordinatur enim Episcopus ab alijs tribus Episcopis, qui ordinando manus imponunt, vt docent Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & alij ibidem. Ratio est, quia per eum ritum simul cum adiuncta verborum formula, optimè significatur effectus Sacramenti, nimirum plenitudo gratiæ ordinato data, simulque illapsus Spiritus sancti, eiusque directio, & protectio; & deniq; ordinatum velut victimam quandam Deo offerri, & consecrari, vt pluribus exponit Dionysius de Eccles. Hierarch. cap. 5. part. 3. Nec initio Ecclesiæ defuit Scriptura; quæ breuem Euangelij summam complecteretur, vt etiam de Diacono dictum.

Neque obstat, quod in Pontificali ordinandus Episcopus post vntionem primum vocatur Consecratus, antea verò solū Electus; id enim ad Scriptorē rubricæ, & modum loquendi pertinens plus nō significat, quam ante eam vntionem nondū esse plenè consecratum. Sicut etiā Innocentius III. cap. cum venisset, &c. sacra vntione significat

ficat quidem Episcopum inungi Chrismate in capite, & manibus; non tamen asserit id essentialia esse.

Vnde non est audiendus Bernal, & Vasquez, qui sententiam Dicastilli impugnant, sed contra Vasquez insurgit Isambert. & ad eius argumenta respondet.

Vltima sententia, qua asserit quod materia, & forma Consecrationis Episcopalis sit manuum impositio, & verba Accipe Spiritum sanctum, magis probatur, & firmatur.

RESOLVTIO XVIII.

Verum ego omissis supradictis, sententiis, vltimæ sententiæ adhæreo; Assero igitur materiam ordinationis Episcopalis solum esse impositionem manuum: consequenter autem forma erit, illa verba; *Accipe Spiritum sanctum*, & ita tunc infundetur gratia, & character imprimetur. Probatur, quia ex nullo capite possumus colligere vntionem, appositionem libri Euangeliorum, aut alias cæremonias pertinere ad essentialiam huius ordinationis: Impositionis verò manuum esse essentialem multa persuadent. Primum testimonia Scripturæ in qua huius solum ritus fit mentio, cum agitur de ordinatione Episcopi 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam, qua est in te per impositionem manuum mearum.* Secundum, Canones Conciliorum: Antiochenum enim canon. 10. pro eodem, videtur reputare aliquem esse consecratum, Episcopum, & percepisse impositionem manuum Episcoporum. Et canon. 17. multo clarius. *Si quis Episcopus per manuum impositionem Episcopatum acceperit, &c.*

Nec dicas impositionem manuum collato demonstrari quidem textu D. Pauli, verum ex eis non deduci illam esse essentialem: Nam vt rectè ratiocinatur Bellarminus lib. 1. de Sacram. Ordinis cap. 9. si licet ita Scripturas exponere, eadem sane facilitate poterimus materiam negare omnium aliorum Sacramentorum, ac dicere aquam non esse de essentia Baptismi, nec vinum in Eucharistia; neque in Extrema Vntione oleum, quo quid absurdius dici potest? Deinde gratiæ promissio non est facta accidentalibus cæremoniis, sed essentialibus. Demum cum Scriptura non solet in alijs Sacramentis, nisi essentialis ritus, & cæremonias tradere, quis adeo hebes erit, vt sibi persuadeat in ordinis Sacramento accidentalem semper indicari cæ-

remoniam, ommissa essentiali? Et ita nostram sententiam præter Doctores adductos tenet Granado in 3. part. controuers. 9. tract. 1. distinct. 1. §. 1. num. 3. Franciscus Lugo de Sacram. theoremate 9. num. 4. Baunius in Theolog. Moral. tom. 1. tract. 8. quest. 11. Gerunda de Episcop. lib. 8. disp. 9. cap. 2. num. 8. Cornel. à Lapide in Epist. 1. ad Timoth. cap. 4. num. 38. Leander de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 3. q. 1. Hurtadus de Sacram. Ordinis difficult. 10. Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 6. Palas tom. 4. tract. 27. punct. 4. num. 1. Caspensis in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. ... sed. 2. num. 56. Doctus & amicissimus Escobar in Theol. Mor. tract. 7. exam. 8. cap. 1. num. 7. Opatouius de Sacram. tract. de Ordine disput. 1. quest. 4. num. 68. Emanuel Sà, verbo Ordo, num. 7. Auertia de Sacram. Ordinis, q. 2. sect. 9. & alij penes ipsos.

An in opinione asserentium porrectionem Libri Euangeliorum, & Baculi Pastoralis esse materiam partialem consecrationis, si Episcopus dicta instrumenta non tangeret, eius consecratio esset invalida.

RESOLVTIO XIX.

Resolutio huius difficultatis pendet ex illa celebri questione an contactus physicus instrumentorum Sacramenti Ordinis sit de necessitate Sacramenti. Et ego olim negatiuè respondi, & nunc iterum respondeo. Probatur primò, quia rationis sententiæ affirmantis, cuius est in re tam grati probare, non vrgent. Secundò, quia contactus immediatus materiæ neque requiritur ad veritatem verborum formæ, neque ipse solus iudicat consensum, siue intentionem conferentis, & suscipientis Ordinem: non enim quis dat, vel accipit rem quamcunque qua tangit, neque requiritur semper ad valorem Ordinis consensus recipientis, vt infantibus: Ergo ex nullo capite est necessarius physicus materiæ contactus. Satis igitur est, vt Episcopus porrigat materiam ordinando sufficienter præsentem, & vt ipse accipiat moraliter illam, sicut quando traditur, & accipitur alia quædam potestas moralis alicui personæ præsentem per contactum humanum ad præsentiam ipsius materiæ v. g. quando quis fit Abbas traditione Baculi, fit Comes traditione clauium vrbs, &c. Et ita me citato hæc sententiam tenet Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 14. num. 203. & me citato Pater Quarti in Rubr. Missalis, part. 3. tit. 1. Anton. Diana Pars XII.

dub. 5. quibus adde Bernal de *Sacrament. disputatione 47. sect. 7.* & alios à me alibi adductos.

Itaque stando in ista opinione, etiam si in Consecratione Episcopi secundum sententiam Hallier, Isamberti, & aliorum, esset de essentia porrectio libri Euangeliorum, & traditio Baculi Pastoralis, non esset de necessitate Sacramenti physicè Baculum, & librum Euangeliorum tangere, sed sufficere contactum morale. Unde ex his sequitur, quod si Episcopatus consecrans imponeret super caput Episcopi consecrandi manus chirothecis inuolutas, vel Episcopus consecrandus staret cum capite pileolo cooperto: in his, inquam, casibus consecratio non esset inualida, sed tantum illicita; & hoc certum puto in nostra sententia, quæ asserit sufficere contactum morale.

Sed difficultas est in opinione Doctorum asserentium contactum physicum esse necessarium. Et videtur negatiuè respondendum: nam, ut docet Pater Quartus in Rubricas Missalis, *Opus, me Iudice, omni laude dignissimum, part. 3. tit. 1. dub. 5.* & alij, contactus physicus est, qui fit propria, & reali sensatione, quando inter tangibile, & organum tactus nihil mediat: sed in nostro casu inter tangibilem, & organum tactus aliquid mediat, nempe pileolus & chirotheca: ergo non potest tactus iste physicus esse, sed moralis. Nec obstat dicere, ut obseruat Pater Dicastillus, ubi supra, quod hi Authores non sunt tam scrupulosi, ut primo aspectu apparet: nec enim adeo strictè tactum physicum, materiae remotæ exigunt, ut illum physicum, & immediatum requirant singulorum, quæ pro materia offeruntur: nec enim in ordinatione Sacerdotis requirunt tactum immediatum Calicis, & Patenæ, quibus tactis, censentur tacta, quæ in Calice, & Patena continentur, atque in Rituali Romano, in quo nihil necessarium omittitur, nulla mentio fit immediati tacti vini, nec Hostiæ; imo aliqui non pauci ex prædictis putant sufficere tactum immediatum Calicis, quo mediante tangatur vinum in calice inclusum, patenæque, & hostia super calicem posita, Respondeo hanc doctrinam Dicastilli non posse applicari in casu nostro: nam in casibus appositis à Dicastillo physicè tangitur pars materiae Sacramenti in qua altera includitur, tangendo videlicet calicem, in quo vinum continetur, & Patena quæ continet Hostiam. At in nostro casu nulla pars materiae Sacramenti tangitur, sed tantum pileolus, & chirotheca: ergo, &c. Conferatur indiuidualiter auctoritate Ioannis Præpositi in *3. part. quest. sect. de Sacramento*

Ordinis, dub. 10. num. ... ubi quia Græci in consecratione Episcopali interponunt pallium, deducit non esse necessarium in ordinationibus contactum physicum. Et pax Iordanus *tom. 1. lib. 5. tit. 1. num. 31.* sic ait; *Secundo loco numeratur manuum impostio, quæ completis Litaniis fieri debet ab omnibus Episcopis consecratoribus, dicentibus: Accipe Spiritum sanctum, & quidem super caput, illudque tangendo; prout canetur in Pontificali, neque sufficit sola extensio, sed requiritur tactus; alioquin supplendus esset.* Ita ille: Dicendum est igitur cum Cardin. Lugo in *respons. lib. 1. dub. . resp. 9.* vt dicatur, physicè caput tangere in ministrandis Ordinibus, non cutem, sed capillos tangendos esse. Ergo, &c.

An Consecratio Episcopalis imprimat characterem diuersum à Sacerdotali, & negatiua sententia affertur Diui Thomæ, Amici, & aliorum.

RESOLVTIO XX.

PERTRACTATIS difficultatibus circa materiam, & formam Episcopalis consecrationis, sequitur videre, an ipsa imprimat characterem proprium, ac diuersum à Sacerdotali. Et negatiuam sententiam tenet Diuus Thomas in *4. distinct. 24. quest. 3. art. 2.* Sotus *quest. 2. art. 3. & ceteri Thomista.* Vnus tantum subdubitat Caietanus *tom. 1. Opusc. tract. 11.* Idem docet Bonauentura in *4. diff. 24. art. 4. quest. 3.* Aureol. *art. 2.* Argent. *art. 4.* quibus adde ex Neotericis Franciscum Amicum in clytium Authorem ex præstantissima Societate IESV, quæ semper ferax Doctorum virorum fuit, in Cursu Theologico *tom. 7. disput. 7. sect. 9. num. 98.* Probatur, ait ipse, primò ex Augustino in *quæstionibus veteris, & noui Testamenti, cap. 101.* Quid est (inquit) Episcopus, nisi primus Presbyter, hoc est summus Sacerdos? idque colligit ex Apostolo 1. ad Timoth. 3. vbi promiscuè loquitur de Episcopis, & Presbyteris. Et Ambrosius in *Epist. ad Ephesos 4.* vbi ex eo, quod Apostolus Timotheum à se creatum Presbyterum, vocat Episcopum, probat, primos Presbyteros vocatos fuisse Episcopos. Demum concludit, non Ordine, sed merito Episcopum vocari.

Secundò, si Episcopatus characterem imprimeret, non septem, sed octo forent Ordines contra Ecclesiæ sensum.

Tertiò, omnes Ordines referuntur ad Eucharistiam, & penes diuersos actus ab illa distinguuntur. Cum igitur Episcopatus, nec sit Sacerdotali inferior, cum non subferuiat Sacerdo

cerdoti, nec Sacerdotali superior, quia summa potestas, quæ per Ordines datur, est cõficere Corpus Christi, in qua Sacerdos est æqualis Episcopo; & licet Episcopatus superaddat potestatem iurisdictionis, non penes illam sumitur distinctio Ordinum; alioqui etiam Papatus esset distinctus Ordo. Quod autem Episcopatus superaddat specialem potestatem conferendi Christma, sacrosque Ordines, quos simplex Sacerdos non potest, non arguit nouum characterem à Sacerdotali distinctum, sed morale duntaxat extentionem prioris ad eos actus validè exercendos: etenim cum character non sit physica, sed moralis potestas ad actus ordinis exercendos, potuit ex institutione Dei character Sacerdotalis ad ea tantum restringi, quæ per se solum conducunt ad legitimam Christi Corporis consecrationem: quia igitur Christma & Ordines conferre, per se non conferunt ad legitimam potestatem conficiendi Corpus Christi, potuit Deus Sacerdotalem characterem ita limitare, vt non nisi accedente Episcopali potestate, quæ est sola potestas dignitatis, & iurisdictionis, ad eos actus extendere: Sic enim saluatur quo pacto Episcopus non sit distinctus Ordo, & simplex Sacerdos nõ valeat sacros Ordines conferre; quia licet character physicè sit idem, nõ est tamen idem moraliter, eo quod Deus illum limitauit, vt non nisi in Episcopo haberet actum secundum conferendi Ordines, & ministrandi Sacramentum Confirmationis. Et hanc sententiam præter Amicum tenet etiam Sanchez in *Opusc. tom. 2. l. 7. c. 1. dub. 9. n. 5. & dub. 2. n. 21.* Syluester & Sotus quos citat, & sequitur Vivaldus in *Candel. tract. de Ordine* asserentes per ordinationem Episcopi, non imprimi Episcopo nouum characterem; sed solum perfici, extendi, & dilatarì characterem Sacerdotalem præexistentem ad ordinandum, & confirmandum, in qua designatione consistit potestas Episcopalis. Sed non desinam hîc apponere verba Magistri Candidi *tom. 4. disp. 4. art. 1. dub. 6. vbi sic ait; Licet non detur Episcopo in sua consecratione noua potestas realiter distincta à Sacerdotali, tamen eadem extenditur realiter per nouum modum realem, quem antea non habebat character Sacerdotalis, qui nihil aliud est, quàm quadam realis ordinatio, ad effectum alios ordinandi, & confirmandi: quæ Ordini Presbyteratus superadditur; quæ quidem non est nouus character, sed noua perfectio eiusdem characteris Sacerdotalis, & modus quidam illius indelebilis, & non iterabilis, quia non est sola deputatio mo-*

ralis, sed physica, & realis ordinatio. Idem etiam docet Nugnus *tom. 2. quest. 40. art. 5. difficult. vlt. ad argument. & Bonacina de Sacramento Ordinis, disputatione 7. numero 6.* Sed Pater Amicus ubi supra numero 304 putat improbabilem opinionem asserentium quod et si Episcopatus non addat nouum characterem, modificat tamen, & perficit priorem: nam cum character sit qualitas, non videtur qua ratione possit perfici, & modificari, nisi per additionem noui gradus: porrò nouus gradus additus priori non potest subiectum perficere, nisi in ordine ad ea, ad quæ subiectum vi præcedentis gradus erit ordinatum; quia cum gradus sint homogenei subiectum perficiunt in ordine ad eundem terminum; si verò character est indiuisibilis, non suscipiens intentionem, minus probabiliter dicitur vnus modificari per alium, sed potius vterque diuersum constituere characterem. Nota verò, Valquez *tom. 3. in 3. part. disput. 240. cap. 5. & disputatione 239. cap. 6.* docere in ordinatione Episcopi, nec imprimi nouum characterem, nec extendi characterem Sacerdotalem præexistentem, sed solum designari diuina designatione, talem characterem ad ordinandum, & confirmandum, in qua designatione consistit potestas Episcopalis.

Adducitur opinio affirmatiua.

RESOLVTIO XXI.

HIS tamen non obstantibus alij firmant Consecrationem Episcopalem infundere nouum characterem à character Sacerdotali distinctum. Ratio est primò, quia Consecratio Episcopi est vera Ordinatio Sacra, & distincta, vt pote solemnior, & superior Ordinatione Sacerdotis, vt definit Concilium Tridentinum, *sessione 23. c. 4. & Canticorum 6.* At omnis Ordinatio Sacra est verè, & propriè Sacramentum Ordinis, & distincta realiter ab Ordinatione Sacerdotis, Tunc sic; sed Sacramentum Ordinis imprimi characterem, vt definit idem Concilium Tridentinum loco citato, *Canticorum 4.* Ergo Consecratio, seu Ordinatio Episcopi imprimi characterem, & distinctum à character Sacerdotali.

Secundò, quia potestas, quæ tribuitur Episcopo, est distincta in specie ab illa, quæ tribuitur Sacerdoti per suam Ordinationem: ergo non possunt esse vna in specie qualitas; vnus in specie character. Consequentiã patet: antecedens verò

probatur, quia potestas Sacerdotalis & Episcopalis respiciunt obiecta specie distincta: illa enim habet pro obiecto consecrare Corpus Christi; hæc verò confirmare, & ordinare: ergo non sunt vna qualitas, sed diuersæ.

Tertiò, contra vltimum dicendi modum sic arguo: Nam per ordinationem Episcopi, datur ei potestas, tam ad ordinandum, quam ad confirmandum, at hæc nequit esse duplex, sed vnica, cum per vnica detur ordinationem: ergo vnica character, seu vnica potestas ad ordinandum, & confirmandum. Et hæc omnia docet Leander *de Sacrament. tom. 2. tractat. 6. disput. 1. quest. 12.* qui citat Biescam, Marchinum, Hurtadum, Petrum à sancto Ioseph, quibus ego addo Auerfam *de Sacrament. Ordinis, quest. 1. sect. 7.* Campilem *in diuers. lur. Can. rubr. 6. cap. 4. num. 4.* & Gerundam *de Episc. tom. 2. lib. 8. disp. 8. c. 1. n. 4.* & alios.

Nec supradictis obstat asserere cum Amico, vbi supra *num. 101.* quod sit Episcopatus imprimeret distinctum characterem, sequeretur posse aliquem fieri Episcopum, antequam fieret Sacerdos, & exercere quicquid potest, siquidem Ordo superior non pendet, vt suum imprimat characterem, ab inferiore; nam potest quis suscipere Sacerdotium absque Diaconatu, & validè exercere quicquid Diaconus, & Sacerdos potest, quia Ordo superior virtute continet inferiorem. Cum igitur character Episcopalis non possit esse Sacerdotali inferior, erit illo superior, adeoque poterit quicquid potest character Sacerdotalis. Non inquam hæc obstant: nam respondeo cum Martinon *de sacrament. tom. 2. disput. 66. sect. 3. num. 39.* in ordinatione Episcopi imprimi characterem: neque tamen fore propterea, vt effectum sortiretur in eo, qui non esset Sacerdos; neque potestatem illi conferret ad consecrandum Corpus, & Sanguinem Christi. Sicut reliqua Sacramenta præsupponunt Baptismum, sine quo validè conferri nequeunt. Ita probabilis est, iuxta communem Theologorum sensum characterem Episcopalem præsupponere Sacerdotalem, & sine illo præsupposito conferri non posse. Quamuis autem character Episcopalis sit superior Sacerdotali, non propterea debet illum includere, aut illius vim habere. Neque enim semper vnus disparatorum, quamuis nobilior, includit aliud, aut vim illius habet. Vt calor est nobilior humiditate, quam tamen non includit,

nec illius vim habet. Quin etiam character non est potestas, vt alibi ostendimus; sed nota quædam indelebilis, & insignis alicuius status per Sacramentum collati. Sicque character Episcopalis est dumtaxat insignis ordinis Episcopalis, & status illius peculiaris, eminentis supra statum simplicium Sacerdotum. Et hæc sunt pugnantibus sententiæ circa præsentem satis arduam difficultatem, quas ego puto omnes quidem probabiles. Dico igitur, quod Episcopalis consecratio imprimat characterem, siue addendo nouum, siue augendo veterem (prout variæ opiniones sunt) & confert duas potestates, vnã confirmandi, & alteram ordinandi, eaque indelebiles; vnde neque repetere licet, vt agnoscit S. Augustinus *lib. 2. contra Parmen. cap. 13.* & *lib. 1. de Baptism. contra Donatist. cap. 1.* ergo ordinatio Episcopalis est verus Ordo, & Sacramentum. Vnde Marchant. *in Tribun. sacram. tom. 3. tract. 7. tit. 1. quest. 2. concl. 2.* sic ait: *An verò ordo Episcopalis characterem separatim à Sacerdotali imprimat, & an duplex Ordo assignandus sit Sacerdotali, & Episcopalis? Respondeo absque disputatione, Characteri Sacerdotali saltem aliquod augmentum aduenire per ordinationem Episcopalem, siue fiat per intentionem, & ampliationem in sua entitate, siue per virtutis noua acquisitionem: sufficit enim, quod ad effectus plures, & maiores intelligatur protendi. Nec errauerit si sub Ordine vno generico duas velut species, quarum altera, alteram præsupponat, assignet; aut duos gradus eiusdem Ordinis, quorum etiam ab intrinseco posterior prioris perfectior, & excellentior sit.* Ita ille. Itaque bona pace Patris Amici inter præstantissimos Theologos Societatis celeberrimi assero sententias superius positas suam habere probabilitatem.

Quando in Consecratione Episcopali imprimatur character: Et quid si Episcopus moriatur in medio, verbi gratia, Consecrationis.

RESOLVTIO XXII.

Aliqui asserunt characterem, imprimi in vnctione capitis ex Chrismate. Sed hoc non est verum, vt patet ex *cap. vnic. de sacra vnctione*: vbi habetur, quod si hoc omitatur, non iteretur, sed suppleatur. Vnde dicendum est characterem imprimi, quando consecrator, & assistentes Episcopi manus imponunt super caput conse-

consecrandi in Episcopum, dicuntque, vt habetur in Pontificali, *Accipe Spiritum sanctum*; & sic colligitur ex *cap. Episcopus, dist. 23.* Sic Syluester verbo *Ordo 2. quest. 4. fin.* Angelus verbo *Ordo num. 7. fin.* Tabiena *Ordo. 2. quest. 13.* Armill. verbo *Ordo num. 11.* quibus adde Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 12. num. 22.*

Sed difficultas est supposita opinione Doctorum asserentium in consecratione dari plures materias & formas partiales substantialiter necessarias. Difficultas est (inquam) quando imprimatur character, & conferatur gratia: Hoc dubium resolutum inuenio apud Hallier *de Sacris Electionibus, part. 2. cap. 2. art. 1. §. 13. num. 30.* vbi ponit hoc argumentum: Si impositio manuum est materia ordinationis, eaque adeo efficax, vt gratiam producat, ne frustra videatur Episcopus dicere, *Accipe Spiritum sanctum*, quod ex Tridentino docuimus, certè peracta illa manus impositione, videtur perfectum esse Sacramentum: nam Sacramentum gratiam non producit, nisi perfectum; proindeque sequens libri Euangeliorum traditio gratiam non conferret. Confirmatur: nam manus impositio gratiam producit, vt Scriptura Sacra, Patres, ac Concilia superius innuunt; vel ergo collatio libri Euangeliorum producit gratiam, vel non; si producit: bis ergo gratia Episcopalis Ordinis, non autem semel confertur, quod gratis, & sine fundamento dicitur: Si non producit, nulla ratio videtur suadere hanc esse partem, aut materiam Sacramenti, quippe cum materiam cuiuscunque Sacramenti, verbi gratia, aquæ in Baptismo, oleo in Confirmatione, & sic de cæteris, gratiæ productio tribuatur. Ita Hallier, qui postea huic argumento sic satisfacit: Respondemus; vt unque esse probabile, & quod manus impositio non statim producat gratiam, nisi postquam porrectus est liber Euangeliorum, quo porrecto tam gratia quam character Episcopalis (siue nouus sit, siue extensio Presbyteralis) producantur vi non solum impositionis manuum, verum etiam porrectionis libri Euangeliorum. Nam quia parum temporis fluit inter applicatam vtramque istam materiam, priori effectus rectè tribuitur, etsi, non nisi posteriore secuta, producat: eo modo quo si trina immersione Baptismus conferatur, non vltimæ tantum immersioni; verum etiam primæ tribuetur gratia Baptismalis, quamuis non nisi post vltimam producta sit, potest etiam de contrario dici, quod per impositionem manuum producat gratia Episcopalis, & postea per porrectionem libri Euangeliorum, potestas Ordinis Episcopalis, seu cha-

acter conferatur; adeo vt nempe producat per vnã materiam partialem gratia tamquam dispositio ad diuinam potestatem Episcopi ritè consequendam: Per alteram verò partialem materiam potestas illa disposita iam ordinandi animæ imprimatur; eo modo quo probabile est partiales gratias per impositionem Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus Panis, & Vini, produci: & partialibus vnctionibus, quæ in Extrema-Vnctione adhibentur, peculiariter adnexa esse auxilia contra peculiariter vitia, quæ singulis sensibus insident, & ab iis speciatim oriuntur, ac fouentur. Quod si in eodem Sacramento non censetur absurdum effectus gratiæ partiri, multò minus absurdum videbitur in eodem Sacramento Episcopatus sic distinguere eius effectus, vt per vnã materiam gratia, per alteram partialem character, seu potestas Episcopalis conferatur: quod enim dicitur, Sacramentum non conferre gratiam, nisi perfectum, hoc licet verum sit in Sacramentis vnica materiam habentibus; at non in iis, quæ duplicem obtinent partialem. Huc vsque Hallier; quæ quidem maximè sunt notanda, & quia curiosa, & quia non facile apud alios inuenies supposito, vt diximus, dari plures materias partiales in Confirmatione Episcopali, quod ego nego.

Ex hac itaque opinione Doctoris Hallier, & aliorum, ego infero pro curiosis, quod si in Consecratione Episcopus moreretur ante receptas omnes partiales materias, quod vtiq; in tali casu acciperet partialem gratiam correspondentem partiali materiam ab ipso Episcopo acceptam.

Confirmatur hæc illatio in doctrina aliorum Theologorum asserentium in Sacramento Extrema-Vnctionis in singulis vnctionibus partialem gratiam conferri; & hanc sententiam probabilem putat Suarez *disp. 41. sect. 2. num. 13.* Filiucius *tom. 1. tractat. 3. de Sacram. Extrema-Vnctionis, cap. vlt. n. 126.* Henriquez *lib. 3. cap. 12. num. 3.* Amicus in Cursu Theolog. *tom. 8. disp. 19. sect. 7. n. 135.* quibus fauet Diuus Thomas *q. 29. in additione ad 3. part. art. 2. ad 1.* vbi hoc Sacramentum comparat Sacramento Eucharistiæ, cuius singulæ species gratiam conferunt. Secutus in *4. distinct. 23. quest. vnica ad 2.* affirmans hoc Sacramentum esse vnum vnitate integritatis, non indiuisibilitatis; sicut effectus eius, inquit, *non est vnus indiuisibiliter, quia non remissionis vnus venialis, sed vnus vnitate plenaria remissionis omnium venialium.* Medina *codice de confess. tract. 2. quest. 13. de integritate absolutiois, §. secund.* Idem probat Adrianus, vbi docet, Extremam-Vnctionem ex pluribus constare

constare partibus, quarum quælibet est Sacramentum, habens suam propriam formam, non secus, ac Eucharistia.

Fundamentum huius sententiæ triplex est. Primum ducitur à puritate Eucharistiæ, & Ordinis: nam quælibet species Eucharistiæ, & quiuis partialis Ordo confert suum partialem effectum; ita & in hoc Sacramento quæuis vnctio cum sua propria forma confert suum partialem effectum, & gratiam.

Secundum, quæuis vnctio cum sua forma constat ex partiali materia, & ex partiali forma cum significatione propria respondente proprio effectui: ergo quæuis vnctio cum sua propria forma est proprium Sacramentum gratiam conferens: nam Sacramentum ex diuina institutione efficit, quod significat: ergo si quæuis vnctio cum sua propria forma habet proprium significatum partiale distinctum ab aliis, habebit etiam suum effectum proprium partialem distinctum ab aliis.

Tertium fundamentum est, quia iuxta hanc sententiam melius prouisum est casibus, qui possunt in hoc Sacramento suscipiendo decurrere infirmo, ut si moriatur ante omnes quinque vnctiones expletas: nam in hac sententia infirmus accipit gratiam, saltem partialem in prima vnctione; unde etiam si moriatur antequam accipiat reliquas, moritur cum gratia Sacramentali. Præterea fieri potest ut per talem gratiam inunctus ex attrito fiat contritus, & saluetur, qui iuxta aliam sententiam, gratiam non acciperet, & consequenter, si in peccatis esset, etiam si esset attritus, damnaretur.

Vnde ex his omnibus apparet probabilitas opinionis Hallier, & simul probabilitas illationis, quam ego ab ipsa collegi, nempe quod Episcopus si in ipsa consecratione moreretur, accepisset partialem gratiam ex partiali materia ab ipso antequam mortuus fuerit recepta. Confirmantur aliqua ex superioribus dictis exemplo ordinationis Sacerdotalis, in qua, ut asserit Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 10. num. 155. & alij, cum constat duobus partialibus materiis, per utramque seorsum distinctum gradum gratiæ confertur.

An ratione Characteris Episcopus consecratus moreretur, & postea resurgeret, posset iterum munia Episcopalia exercere.

RESOLVTIO XXIII.

Suppono quod de subiecto immediato Characteris diuersi etiam diuersimode

opinantur; magis autem videtur probanda illorum sententia, qui collocant illum immediate in essentia animæ. Ita Marfilus, Gabriel, Suarez, Vasquez, Bellarminus, Tannerus, & alij quos citauit. V. Vigers in 3. part. D. Thom. quæst. 63. num. 10. Probatur primò, quia Concilium Florentinum, & Tridentinum dicunt simpliciter characterem animæ imprimi, & esse in anima, quæ conuenienter accipiuntur de subiecto proximo. Probatur secundò, quia cum character non sit naturalis potentia, neque habitus operatiuus propriè, non videtur rectius in subiecto aliquo collocari, quam proximè in anima, sicuti docetur de gratia habituali sanctificante ab iis, qui ponunt illam à charitate realiter distinctam. Accedit quod finis characteris est, ut sit signum, quo homines inter se distinguantur; & cognoscantur, cuius sunt familiæ; unde conuenientius est poni in ipsa hominis substantia quam in aliqua eius potentia: & cum sit qualitas simplex & spiritualis, non potest poni in corpore sed in anima. His suppositis.

Quæro primò an character ita sit indelebilis, ut etiam post mortem, tam in Beatis, quam in damnatis permaneat.

Negatiuam sententiam esse probabilem insinuant, Lugo disp. 6. sect. 4. num. 69. Hurtadus disp. 3. difficult. 14. Suarez quæst. 63. art. 5. & Ochagauia de Sacram. in gen. quæst. 16. num. 8. Sed longe multo probabilius respondeo, manere etiam post mortem. Quia aliàs Christianis, vel Sacerdos qui post mortem miraculosè resurgeret, esset iterum baptizandus, confirmandus, ordinandus, quod dici nequit. Sic S. Thomas in 1. part. quæst. 64. num. 8. Hurtadus ubi supra. Sairus lib. 4. cap. 4. quæst. art. 2. Coninch. quæst. 63. art. 5. n. 16. Moure part 3. cap. 1. §. 9. num. 7. Casirus Palaus tom. 4. & alij, quos citat Leander de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. q. 21.

Quæro secundò, an character ita in alia vita permaneat, ut maneat cum potestate sibi annexa ad validè recipienda, vel danda alia Sacramenta. Negatiuam Vasquez disp. 114. cap. 3. Egidius loc. cit. num. 18. Hurtadus, Octagauia loc. citatus, & Lugo disp. 81. n. 2. & 3. necnon Palaus tract. 18. punct. 11. num. 6. qui & citat pro se Suarium, sed male. Ratio horum est, quia frustra maneret post hanc vitam talis potentia, seu potestas, cum nullum tunc exercitium habere posset, cum his Doctoribus est etiam Dicastillus disp. 2. dub. 16. num. 478.

Sed probabilius respondeo; permanere in æternum cum prædicta potestate: sicut permanet ipsemet character. Quod autem illa

illa potestas nunquam (saltem post generalem resurrectionem) productura sit in acrum, id nimis accidentale est. Sic S. Thomas q. 64. art. 7. ad 2. & Suarez disp. 13. sect. 1. Et debent docere omnes qui docent characterem esse potentiam physicam, non moralem, ut optimè docet Philibertus tract. 1. de Ordine, part. 3. cap. 6. num. 3. Tenet etiam expressè Henriquez lib. 2. cap. 17. num. 4. ubi loquendo de characterè Baptizati sic ait: *Hoc characterè baptizati, quasi oues minio, aut ferro signata, distinguuntur à reliquis infidelibus, & manet in heretico, & in animabus separatis, etiam damnatorum. Quod si forè per miraculum suscitetur homo, non est rebaptizandus, nec initiandus Confirmatione, & Ordine, qui Sacerdos obiit, sed retinet indelebiter suam pristinam dignitatem, virtutem, & officium sacerdotis, ita ut Beatus, resumpto corpore, posset absoluerè, aut consecrare Eucharistiam; sed non facit de lege, quia usus potestatis solis viatoribus commissus est à Christo; sic Henriquez.*

His suppositis, apparet ad difficultatem propositam in hac resolutione affirmatiuè respondendum esse; & ita in terminis terminantibus respondet Gerunda de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disp. 8. cap. 2. num. 5. ubi sic ait: *Ex his infero, sicut supra dictum est, sacerdotem rediuiuum characterem, & utramque potestatem habiturum consecrandi, atque absoluendi, sic Episcopum rediuiuum eisdem ornatum esse confirmandi, & Ordines conferendi, non autem iurisdictione pollebit in Ecclesiam, quam morereliquerat, si fuerit proaisa. Ita ille cui ego addo Fabritium Surianum tom. 1. lib. 3. cap. 8. lit. i. ubi ita ait; *Hinc sequitur, quod si quis moriatur iam Baptizatus, vel Confirmatus, vel Ordinatus, & postmodum per diuinam potentiam à mortuis resurgat, & ad vitam iterum reuocetur (quemadmodum Lazaro successit) non esset necessarium, ut iterum baptizetur, aut confirmetur, aut ordinetur, quia iam character Sacramentalis adhuc in eo incorruptibilis perdurat. Hæc ille, qui citat Suar. Bonacinam, & alios. Et quidem esse characterem indelebilem, etiam post mortem, ex hoc probari posset, quia nimirum cum sit qualitas spiritualis animæ inherens, non pendet ex corpore; ita ut si anima à corpore separetur, characterem pariter ab anima separetur; unde dato, quod corpus moriatur, & corrumpatur; character tamen, quia pendet immediatè ex anima, cui inseparabiliter inheret, semper incorruptibilis perdurat. Hinc collige, quod in Beatis vsque in æternum character Sacramentalis perdurat, eo quod illi felicissimo**

statui minimè repugnet: character enim est quædam qualitas supernaturalis, & spiritualis perficiens animam, unde potius ei quoddam ornamentum, quam deformitatem confert: In damnatis pariter vsque in æternum perdurat, sed non est eis ad ornatum, sed ad confusionem; quatenus illum considerantes de sua nimia ingratitude conqueruntur; nam illis Sacramentis salubriter non vsi sunt, quæ eis ad consequendam gratiam, & vitam æternam fuerant diuinitus collata.

Quisnam sit Minister Consecrationis Episcopalis.

RESOLVTIO XXIV.

Supradictis difficultatibus enucleatis Scirca characterem Consecrationis Episcopalis; restat pertractare de Ministro Consecrationis.

Dico igitur Episcopum, & Sacerdotem non nisi ab Episcopo consecrari posse; Ita communiter Doctores, quorum autoritas hac in re, quæ pendet ex traditione, plurimi facienda est. Et in Ecclesia inauditum est, quod vnquam aliquis Sacerdos, vel Episcopus à non Episcopo fuerit ordinatus. Item antiqui Patres constanter asserunt, nullam esse ordinationem Episcoporum, & Presbyterorum factam ab illis qui non erant veri Episcopi. Quare non assentior Vasq. disp. 143. c. 4. & Meratio disp. 8. de Ordine, sect. 2. affirmantibus posse simplicem Sacerdotem ordinare alios in Sacerdotes ex concessione Romani Pontificis, vel Concilij Generalis. Quod maximè probant ex eo, quod olim Chorepiscopi ex concessione Episcoporum ordinabant Sacerdotes, ut patet ex can. 10. Concilij Antioch. Chorepiscopi autem erant simplices Sacerdotes, ut Vasquez probare contendit disp. 238. c. 7. Addi etiã potest in Conc. Ancyrano can. 13. ita statutum esse: *Chorepiscopis non licet Presbyteros, aut Diaconos ordinare, sed neq; Presbyterum civitatis, sine præcepto Episcopi, vel litteris in unaquaque Parochia. Ex quo constat licuisse olim Presbyteris ordinare Presbyteros cum Episcopi licentia. Item Leonem I. Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum c. 1. respondisse ratas haberi posse Ordinationes factas à falsis Episcopis, & nominatim à duobus, vno Presbytero, & altero Diacono, de quibus ibi est quæstio, accedente consensu, & iudicio Præfidentium, id est Episcoporum in quorū diœcesi celebratæ fuerunt, sed, ut dixi, his non assentior. Ad Canonè verò An-cyranum, & testimonium S. Leonis Magni late*

larè respondet etiam Martinon. *in 3. part. D. Thomæ, tom. 2. de sacram. disp. 67. sect. 2. n. 17.* Dicendum est igitur solos Episcopos esse ministros consecrationis Episcopalis.

An simplex Sacerdos ex commissione Papæ possit esse Minister Consecrationis Episcopalis.

RESOLVTIO XXV.

QVod est querere, an Romani Pontificis mandato, consensu, siue auctoritate, si Presbyteri Episcopum consecrent, valeat consecratio, & consecratus ordinis Episcopalis potestatem recipiat. Hanc quæstionem breuiter attigerunt Durandus *in 4. distinct. 7. quæstio 3. numero 7. & 10.* Paludanus *in eundem lib. & distinct. quæst. 4. art. 3. post conclusionem 2. in responsione ad primum.* Capreolus *eodem lib. & distinct. quæst. 2. art. 3. in responsione ad primum.* In primis Glossa *in cap. manus, de consecrat. distinct. 5. & cap. peruenit, distinct. 95.* regulam generalem posuit, delegata à Summo Pontifice potestate, posse quemlibet id Sacramentum conferre, quod ipse suscepit. Vnde colligit Ordinarum clericum mandato Romani Pontificis posse Ordinem ministrare quem ipse habet? & laicum confirmatum posse ex commissione Papæ Confirmationis Sacramentum conferre. Ac proinde secundum Glossam, potest Summus Pontifex delegare Diacono, vt Diaconum ordinet, Presbytero vt Presbyterum consecret, & Clerico minori, vt det Ordinem, quem ipse suscepit. Quam sententiam Innocentius, & alij videntur approbare *in cap. quanto, de consuet.* Sed Sanctus Thomas *in 4. distinct. 25. quæstio 1. artic. 1. ad 3.* aliter sentit, in hunc modum scribens: Papa qui habet plenitudinem potestatis, committere potest non Episcopo pertinentia ad Episcopalem dignitatem, modò illa non habeant immediatam relationem ad Corpus Christi verum, ideòque ex eius commissione Sacerdos simplex potest conferre Ordines minores, & confirmare, non autem non Sacerdos: nec Sacerdos maiores Ordines, qui habet immediatam relationem ad Corpus Christi verum, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quam simplex Sacerdos. Hæc ille Vnde doctrinam Glossæ prorsus refello, quoniam mihi videtur cum Sancti Thomæ doctrina pugnare, & vnus Sancti Thomæ auctoritas maioris momenti est apud me, quam Glossæ sententia. Paluda-

nus *loco citato.* ait, posse Romanum Pontificem Presbytero delegare, siue committere, vt Episcopum consecret. Durandus *loco prædicto*, ante Paludanum docuerat hoc dicere absurdum esse, & contra Scripturam Sacram. Nam Apostolus ad Hebræos *cap. 7.* scribit, maiorem à minori non benedici: at Episcopus iure diuino est Presbyter superior. Sed dicit Paludanus, Episcopum quamuis maiorem, posse à Presbytero consecrari, non quidem auctoritate, & potestate ordinaria, sed demandata, & delegata à Summo Christi Vicario. Paludani sententiam videtur Capreolus *loco prædicto* approbare. Dicendum itaque est, non posse Romanum Pontificem delegare Presbyteris, vt Episcopum consecrent: quia diuino iure Episcopus Presbytero superior est, & Ordinis potestatem habet, qua caret Presbyter: ergo eam potestatem Ordinis Presbyter dare non potest, quippe qui eam non habet, sicut nec Diaconus potest etiam Summi Pontificis mandato, vel auctoritate Presbyterum consecrare. Et hæc sententia magis congruit cum iis, quæ dixit Sanctus Thomas *loco citato.* Vnde omnia superius dicta docet etiam Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 30. quæstio 4.* & alij. Et ideo hanc sententiam Castrus Palus *tom. 4. tract. 27. punct. 14. numero 12.* vbi sic ait: In hac controuersia illud pro certo habendum est nemini alteri, quam Episcopo committi Episcopi Consecrationem posse: quia cum Consecratio Episcopi iure diuino instituta sit ad Sacerdotium perficiendum, & complendum, ob quam causam Episcopus est omnibus Sacerdotibus superior, & supremus Ecclesiæ Ordo, nequit ab alio concedi, quam ab eo, qui in eo Ordine fuerit constitutus. Nam, vt inquit Paulus ad Hebr. 7. minor maiori benedictionem impertiri nequit: nemo enim dare potest alteri, quod in se nec formaliter, nec virtualiter habet. Atque ita tradit Vasquez *disput. 243. cap. 4. numero 42. & cap. 6. in princ. aduersus Paludanum in 4. distinct. 7. quæst. 4. art. 3. in 2. opinione,* asserentem: etsi sub dubio posse simplici Sacerdoti hanc potestatem consecrandi Episcopum committi, & Aureolus apud Capreolum *distinct. 25. quæstio 1. articulo 2. in 2. articulo cap. 5. de omnibus Sacramentis id asserentem.* Et tandem Bernal de Sacram. *disput. 49. sect. 3. numero 2.* sic asserit: *Certum est Episcopatum non posse conferri validè ab illo, qui Episcopus consecratus non est. Ita docent omnes Doctores contra Syluestrum, qui dixit Episcopum ordinari*

ordinari posse per simplicem Sacerdotem, in aliquo casu, ex commissione Summi Pontificis, verumtamen hoc caret fundamento: illud firmat vera ratio, & auctoritas, nam S. Damasus Papa Epist. 4. loquens de ministro Ordinum, sic scribit: Quis hominum licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? Vnde ipse colligit, Corepiscopos qui verè Episcopi ordinati non erant, non potuisse præstare illa quæ sunt propria Ordinis Episcopalis. Ita ille, & ego.

An si Pontifex diceret alicui: Esto, v. g. Episcopus Ferrariensis, talis esset verè Episcopus.

RESOLVTIO XXVI.

VIDetur affirmatiuè respondisse Felinum *in cap. de constitut. num. 23. versic. fallit quare*, ex Angelo *lib. 2. C. de crim. sacrileg. & lib. 1. C. de sentent. passis*, Rebuff. *in praxi, part. 2. tit. de Clericis à quibus creentur, num. 9.* Iacobus *de Concil. lib. 4. quæst. 4. verb. hoc tamen intelligerem.* Sed ego puto supradictos rem satis obscure tractasse, & nihil aliud docere voluisse nisi hoc, videlicet, aliquem posse solo Romani Pontificis verbo Sacerdotem, vel Episcopum constitui, quod attinet ad potestatem iurisdictionis, non Ordinis, ita vt potestatem Ordinis non recipit, sed tantum iurisdictionem Forensis: nam Ordinis potestas nequit sine ordinatione, & consecratione conferri, quamuis Innocentius *cap. Presbyter, de Sacrament. non iterum.* dicat, *credimus, quod nisi essent forme postea inuenta, sufficeret Ordinatori dicere, sis Sacerdos, vel alia equipollentia verba,* quod licet Host. Ioan. Andr. Abbas, & alij approbent, mihi non placet: est enim facultas Eucharistiam consecrandi, pro viuis, & mortuis offerendi, & alia Sacramenta diuina ministrandi, non ab Ecclesia, sed à Christo instituta, quæ potestas characterem impressum in anima requirit, & postulat. Solùm igitur dicere possunt isti Auctores potestatem iurisdictionis solo verbo à Romano Pontifice posse concedi; & hoc verum est, nam si prudens, ac volens Pontifex eam concesserit, data censetur? nam hoc ipso, quo Titium certæ Ecclesiæ Episcopum sciens, ac volens nominat compellatiuè, potest illi conferre potestatem iurisdictionis, qua Titius possit illius Ecclesiæ beneficia in Clericos conferre, excommunicare, constitutiones condere, ieiunia indicere, dies festos instituire, & id genus alia. Similiter Anton. Diana *Pars XII.*

si velit, potest aliquem Subdiaconum, vel Diaconum in Parochum in certa Ecclesia solo verbo, instituere, qui potestate Ordinis præditus non erit, habebit tamen potestatem iurisdictionis, qua illius Ecclesiæ curam suscipiat, ita vt in ea cæteros Clericos, vel populum gubernare queat, & ea quæ sunt iurisdictionis, & ordinis potestatem non postulant, præstare, & exequi: quamuis nunc iure Canonico Episcopus, vel quibus alius Ecclesiæ Prælati, iurisdictionem non acquirat sine Pontificis literis, quibus Ecclesiæ sibi collatæ possessionem apprehendat. Et hæc omnia optimè obseruat Azorius *tom. 2. lib. 3. cap. 30. quæstio 4.* Vnde ex his mihi non placet doctrina doctissimi, & amicissimi Caramuelis *in tract. Fundamentali, num. 1190.* asserentis, quod dum Pontifex simplici Sacerdoti committit ministerium confirmandi, illam consecrat Episcopum: nam hoc esset conferre Ordinem, & characterem Episcopalem, absque applicatione alicuius materiæ, sed hoc dicere est absurdum. Ergo.

An in Consecratione Episcopi de iure diuino requirantur tres Episcopi, & sententia negatiua affertur.

RESOLVTIO XXVII.

CERTUM est requiri de necessitate præcepti. Difficultas est an requirantur de necessitate Sacramenti. Et ex Grano, & aliis sententiam negatiuam ego adduxi *in part. 8. tract. 1.* quibus nunc addo Layman *lib. 10. tractat. 9. cap. 5. num. 1.* Hugolinum *de potest. Episc. cap. 2. num. 5.* Photium *tom. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 2.* Valentiam *tom. 4. disput. 9. quæst. 3. punct. 2.* Probatur ex *Can. 1. Apostolorum*, vbi dicitur Episcopum debere à duobus, vel tribus Episcopis ordinari. Idemque habetur apud Clementem Romanum *lib. 3. Constitutionum cap. 20.* Si autem semel constet ad valorem Ordinationis non esse necessarios tres Episcopos, nulla ratio est, quæ cogat affirmare vnum Episcopum non sufficere. Supponi enim videtur hoc ipsum in Concilio Araucano *I. capite 21.* dum statuitur, quod si duo Episcopi præsumperint aliquem inuitum Episcopum facere (inuitus intelligitur non omnino, sed aliquialiter, alioqui non valeret ordinatio) vterque Episcopus ordinans deponatur; & in locum vnus substituat, qui vim passus est. C pro

pro loco verò alterius alius ordinetur, vbi supponitur Episcopum verè ordinari à duobus Episcopis. Supponere etiam videbatur hoc ipsum sanctus Simon Cananeus Episcopus, qui teste eodem Clemente lib. 8. *Constitutionum*, cap. 27. aliàs 33. permittebat Ordinationem Episcopi fieri à duobus, vel à tribus, Ordinarum tamen ab vno, decreuit deponendum simul cum Ordinate. Omnis autem depositio supponit gaudium, aut statum à quo quis deponendus sit: nemo enim deponitur ab eo gradu, aut statu in quo non est. Ergo, &c. Et quidem pro hac firmanda sententia argumentum ex Apostolorum tempore delumitur: neque enim est probabile eo tempore, quo rari Episcopi inter se conueniebant, & soli, vtpurimum Apostoli cum aliquo, vel Presbytero, vel Diacono per vniuersi Orbis Regiones discurrebant, Episcopos omnes, qui ab Apostolis ordinati dicuntur, à tribus ordinatos fuisse, cum eorum plures ab vno tantum Apostolorum memorentur ordinati. Confirmatur primò, quia Canon primus Apostolorum à duobus, vel tribus Episcopis consecrandum præcepti Episcoporum; *Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinatur*. In quem Canonem Zonaras, & Balsamon permissam eo Canone inferunt, quæ à duobus solum peragatur Antistitis consecrationem, quæ illatio optima est: si enim à duobus, aut tribus præcipit Episcoporum ordinari, à duobus permittit. Secundò, quia Constitutiones Apostolicæ clarius adhuc id docent, dum in necessitate factam, vel ab vno consecrationem Episcopalem, tanquam validam, ac legitimam admittunt, prout cuius verba alij Constitutionum intuenti, ac legenti, facillè constabit: *Ego Simon Cananeus constituo à quot Episcopis debeat ordinari Episcopus, scilicet à duobus, aut tribus Episcopis: si verò aliquis ab vno Episcopo Ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus est, tum is qui eum ordinavit deponatur. Quod si necessitas coegerit ab vno ordinari, quod propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum*. Ex iis enim verbis deduco primum præceptam non fuisse hoc tempore, nisi duorum, aut trium Episcoporum in Antistitibus consecrandis præsentiam, duos itaque suffecisse: alterum, qui ab vno consecratus fuisset validè consecratus: vtpote qui de statu suo deiciendus decernatur æquè, ac ordinator: tertium, in necessitate licuisse etiam ab vno consecrari

Episcopum dommodo aliorum consensus accederet, proindeque ex iis aperte concluditur trium Episcoporum præsentiam consecrationi Episcopali substantialem non esse, nihilque obesse quin absque ea stare ipsa possit. Denique, quia D. Dionysius vbi explicat Episcopalem consecrationem, vnius tantum Episcopi consecrantis meminit: at probabile non est eum essentialem ordinationis ritum omisisse.

Alia sententia proponitur asserens ternarium numerum Episcoporum esse de iure diuino.

RESOLVTIO XXVIII.

Sed his non obstantibus alij asserunt, quod vnus Episcopus solus nec habet ordinariam potestatem de iure diuino ad alterum ordinandum in Episcopum, neque ordinariè potest Episcopus validè ordinari, nisi à tribus alijs Episcopis. Ita Bellarminus lib. 4. *de notis Ecclesie*, cap. 6. & Vasquez *disput.* 141. & alij. Probatur primò id quod Apostoli, & deinde Ecclesia seruauerunt in ordinatione Episcopi Sacramentali, receperunt illud à Christo Domino, sed Apostoli, & Ecclesia seruauerunt, vt Episcopus ordinaretur per tres Episcopos; &c. Probatur minor ex 1. *ad Timoth.* 4. num. 14. *Noli negligere gratiam, qua est in te, qua data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij*. Nam in hoc loco Presbyterium significat ceterum Episcoporum manus imponentium; consequentia verò probatur, quia quod est institutum à Christo censetur essentiale Sacramento, tam Ordinis, quam alij cuiusque Sacramento. Probatur secundò ex S. Aniceto Papa in Epist. vbi disserit de Ordinatione S. Iacobi Minoris in Episcopum Ierosolymitanum istis verbis: *Si autem non minus quam à tribus Apostolis tantus vir fuit Ordinatus Episcopus, patet profectò eam formam instituentem Domino tradidisse, non minus quam à tribus Episcopis debere Episcopum ordinari*. vbi aduerte illud, *instituentem Domino*. Item historiam illam de Ordinatione S. Iacobi esse veram, & acceptam, ex multis Authoribus, vt supra attulimus. Probatur tertio: quia S. Damasus Papa Epist. 4. in tom. Conciliorum ex eo probat Corepiscopos non esse veros Episcopos, neque posse conferre omnes Ordines, quia illi fuerant ordinati, siue instituti ab vno tantum Episcopo, si autem foret valida ordinatio Episcopi ab vno Episcopo facta,

facta, illud argumentum S. Damasi nullum esset. Idem docet Ioannes Papa III. in Epistola quæ habetur tom. 2. *Concilio-rum*, verbis illis: *Omnia quæcumque maxima Concilia affirmant, illum non esse Episcopum, qui minus, quam à tribus Episcopis Metropolitanis, etiam auctoritate fuerit factum*. Concilia plura, vt Nicænum, Carthaginense, Arelatense refert Vasquez citatus, & alij Recentiores. Et hæc omnia docet Bernal *de Sacrament. disput.* 49. *sect.* 2. num. 5. cui ego addo Bellarminum lib. 4. *de notis Ecclesie*, cap. 8. Vasquez *disput.* 2. 3. cap. 6. Coninch *disput.* 2. dub. 9. Philibertum Marchinum *de Ord. part.* 2. cap. 12. num. 4. Caietanum in 3. *part. quest.* 67. art. 3. Ochaugua *de Sacram. disput.* 1. dub. 1. num. 556. & 261. Isambert. in 1. *part. de Sacram. Ord. disp.* 6. art. 1. *propos. ult.* & alijs.

Iudicium de supradictis opinionibus, & prima magis confirmatur.

RESOLVTIO XXIX.

Vidisti Lector repugnantes sententias circa præsentem difficultatem. Ego puto amba: esse probabiles; & ideo rectè Doctor Hallier *de sacris Electionibus*, p. 2. *artic.* 2. §. 1. *cum seqq.* vtrisque referens respondet postea ad argumenta vtriusque: & licet secunda opinio sit inter recentiores magis communis; tamen primam sententiam puto habere maximam probabilitatem. Et vt verum fatear ego illi magis adhareo; & præter Doctores citatos illam tenet Sanchez *Opusc.* tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 1. num. 26. & Auersa *quest.* 3. *sect.* 2. Probatur primò, quia in Pontificali Romano semper agitur de Consecratore, tanquam vno, quod sine dubio fieri non deberet, si plures requirerentur ad substantiam ordinationis Episcopi, quamvis cæremonia accidentales ab vno peragerentur. Secundò in Sacramentis passim vnus Minister sufficit, & in præsentem ex nullo principio Theologico cogimur aliud asserere: igitur conuenientius est, vt dicatur impositionem manuum vnius Episcopi sufficere ad ordinationem Episcopalem. Minor probatur: Omnia quæ in contrarium adferri possunt, commodè possunt exponi, quòd ex illis solum probetur necessitas præcepti; & quidem ad imitationem Apostoli, qui Timotheum ordinauit in Episcopum alijs simul manum imponentibus. Denique in Concilio Carthaginensi dicitur: *Episcopus cum ordinatur, Anton. Diana Pars XII.*

duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum codicem super caput, & cernicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. Hoc capite, vel describitur ritus essentialis ordinationis Episcopi, vel solum accidentalis; si posterius ex similibus locutionibus Concilij, vel Pontificum, nihil potest haberi pro ritu necessario ad substantiam consecrationis Episcopi; si dicatur prius, quod admittit Vasquez *disput.* 240. *cap. citat.* num. 65. satis datur intelligi impositionem manuum plurium Episcoporum non requiri ad substantiam Consecrationis, cum dicitur, *vno super eum fundente benedictionem*; quibus verbis denotatur sufficere si forma ab vno pronuncietur: quod si vnus Minister sufficiat respectu formæ, quidni sufficiat respectu materiæ?

Respondet Vasquez vbi suprà, requiri, & sufficere ad substantiam Sacramenti, si omnes conueniant in applicatione materiæ, quamuis vnica formam proferat: Sed id videtur minus probabiliter dictum, quia forma debet materiæ respondere: ergo si impositio manuum plurium Episcoporum requiratur ex parte materiæ, requiritur vt proportione quadam aliquid proferatur à singulis, quod se teneat ex parte formæ; alioquin aliquid concurret partialiter per modum materiæ, cui nihil respondebit in forma, cum forma prolata ab vno nullo modo respiciat materiam, prout ab alijs applicatur, sed prout applicatur ab illo, qui profert formam, v.g. verba hæc: *Accipe Spiritum sanctum*, quæ omnium sententia, debent aliquo modo respicere actionem Ministrum, (cum tanquam oratio peractica denotent implicite confetti gratiam per manuum impositionem) prolata ab vno non respiciunt impositionem manuum factam ab alijs Episcopis, sed ab eo, qui huiusmodi verba profert: igitur ex parte materiæ ab alijs applicatæ nihil respondet per modum formæ: videtur autem minus probabile, quod in Sacramentis aliquid requiratur etiam partialiter ex parte materiæ, cui nihil respondeat in forma.

Confirmatur: non potest commoda ratio assignari, cur vnus dependeat ab alio ex parte materiæ, & non similiter dependeat ex parte formæ: vel ergo dicatur formam à singulis debere proferri, quod etiam fatente Vasquez, non est necessarium, vel certè asseratur impositionem manuum factam ab Episcopis non concurrentibus ad prolotionem formæ non requiri ex

parte materiæ ad consecrationem Episcopi; & quod hinc sequitur, asseratur ad substantiam huius ordinationis sufficere impositionem manuum vnus Episcopi.

Tertiò, quia Gregorius I. concessit pro Anglia, vt consecratio fieret ab vno Episcopo Gregorius XIII. concessit Patriarchæ Æthiopiæ, vt per vnum Episcopum consecraretur. Ex Can. Apostolorum, cit. Episcopus potest à duobus Episcopis ordinari: ergo ad substantiam Consecrationis tres non requiruntur; quod si tres non sint necessarii, non apparet, quod ad valorem Ordinationis duo requirantur.

Dices, hæc quidem ostendere non ita requiri impositionem manuum Episcoporum, vt ex conscriptione Summi Pontificis vnus non sufficiat, non tamen ostendere, quod non requirantur, vt factum teneat, si nulla accedat concessio: quemadmodum enim supra de Confirmatione dictum est, Sacerdotem simplicem posse quidem conferre Sacramentum Confirmationis ex confessione Pontificis, non posse tamen sine illa. Sed iure diuino Ministrum ordinarium esse Episcopum, cur in præsentis dici non possit, & debeat communiter ad substantiam, & valorem actus requiri impositionem manuum trium Episcoporum, pauciores tamen posse sufficere ex Pontificis concessione.

Respondeo id quidem aliqua probabilitatis specie dici posse, si quid vrgeret ad asserendum tres Episcopos requiri ad actus substantiam, sed cum ex nullo principio videamur cogi ad id asserendum; imò aliqua contrarium suadeant, videtur dicendum huiusmodi concessionem non esse respectu alicuius necessarii ad substantiam, sed solum ex præcepto requisiti: & certè Canon Apostolicus nullam indicat concessionem, seu dispensationem in conditione communiter requisita ad valorem actus. Et tandem in nullo alio Ordine, vel Sacramento habetur tale exemplum, vt plures simul Ministri debeant ex integro concurrere, & singuli perficere substantiam Sacramenti. Et Vasquez ipse *disput. 240. in fine*, dicebat, non esse quidem necessarium, vt omnes, ac singuli tres Episcopi verba proferrent; sed sufficere, vt duo tantum manus imponerent vno proferente, & simul manus imponente. Quod non cohærenter dicitur: & aliam nouitatem inducit, vt spectet, & ad valorem requiratur mysterium alicuius adhibentis tantum materiam, & non

formam. Accedit etiam, quod Conuentus plurium Episcoporum dici debet augere potius, quam minuire securitatem ordinationis: at si necessarius ad valorem, potius minuit, quia defectus in vnoquoque ex tribus illam irritam redderet: si verò non sit necessarius ad valorem, sic nec ex defectu vnus, nec duorum vitaretur ordinatio, dum saltem ab vno ex tribus ritè ministrum compleatur.

An stando in opinione, requirantur tres Episcopi de iure diuino in Consecratione Episcopi, possit in casu necessitatis super hoc Papa dispensare.

RESOLVTIO XXX.

Negatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 14. num. 13.* vbi sic ait: Existimo Consecrationem Episcopi, ita necessariò à tribus Episcopis faciendam esse, vt nequeat Pontifex in hac parte dispensare, & vni tantum Consecrationem committere, vt videntur docere Henricus *lib. 10. cap. 24. §. 1.* Paulus Comitulus *in respons. moralium, lib. 1. quest. 48. num. 23.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curia Archiepisc. Neapol. cap. 70. num. 26.* Barbof. *de potestate Episcopi, allegat. 2. num. 45.* Moeur, quia Pontifex nequit dispensare in forma, vel materia Sacramentorum: at Consecrationis Episcopalis materia, non est tantum vnus Episcopi manus impositio, sed plurium, vt constat ex illo ad Timoth. 4. *per impositionem manuum Presbyterij*, iuncta communi Doctorum explanatione. Ob quam causam superius diximus: etsi forma huius Sacramenti, quæ ab vno Episcopo profertur non fatis ex effectu illius exprimebat, ex impositione manuum plurium Episcoporum sufficientem expressionem accipere. Deinde testimonia Anaclei, Damasi, aliorumque Pontificum non solum probant tres Episcopos esse Ministros ordinarios Episcopalis Consecrationis; sed esse omnino necessarios, sicuti Sacerdos est necessarius Minister Consecrationis; aliàs si ex commissione vnus tantum esse posset, Pontifices decedentes debere necessariò tres adesse, adderent tres Episcopos, vt ordinarium Ministrum, sicuti de Sacramento Confirmationis loquuntur. Quæ autem aduersus hanc doctrinam Vasquez in fauorem suæ sententiæ adduxit, leuia sunt. Primum namque

namque, & secundum argumentum probarent, non solum Ministrum ex delegatione, sed ordinarium esse posse vnicum, vel duos Episcopos. Quapropter ad primum dicendum est, cum Canon. Apost. & Clemens exoptulant pro Consecratione Episcopi duos, vel tres, supponunt Metropolitanum cum illis adesse debere, iuxta textum *in cap. Archiepiscopus, de temp. ord.* Ad locum adductum ex *lib. 8. respondeo*, plura in illo libro contineri infirmæ authoritatis. Ad secundum, nego illum, qui à duobus Episcopis fuit per vim ordinatus, denuò ordinandum non esse: neque obstat vt Concilium nomine substitutionis: id enim factum est, quia simul cum ordinatione iurisdicctio ei erat concedenda. Tertium, quod difficilius est, probaret optimè intentum, nisi, vt bene aduertit Cominch *disput. 20. dub. 9. num. 92.* locus ille mendosus esset, vt colligitur, tum ex pluribus, quæ in illa responsione referuntur, quæque sensum imperfectum præstant; tum ex tenore, quo refertur eadem responsio in operibus Diui Gregorij *in fin. lib. 12. Epist. Registri*: ibi enim dicitur: *Et quidem etiam in Angelorum Ecclesia, in qua adhuc solus sic Episcopus inuenitur, ordinare Episcopum non aliter, nisi cum Episcopis potes. Nam quando de Gallijs Episcopi veniunt, illi in ordinationem Episcopi testes ibi adstant.* Non igitur colligi potest Gregorium dispensasse, vt Augustinus solus Consecrationem Episcoporum præstaret. Hucusque Palaus & alij, vt D. Antoninus, Syluester, quos citat Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 6. num. 35.* & Leander *vbi infra*. Sed ego puto non esse discedendum à sententia Vasquez, quam nouissimè tenet doctissimus Hambeert. *in 3. part. D. Thoma, disput. 6. de Sacrament. Ordinis, art. 1. propositione vltima*, vbifit ait: *Pro ordinando aliquo in Episcopum, ita tres Episcopi iure diuino requiruntur, vt tamen ex dispensatione Summi Pontificis vni tantum Episcopo, vel duobus tantum Episcopis, vel vni tantum Episcopo cum duobus Abbatibus insulatis, loco reliquorum duorum Episcoporum, possit Episcopalis Ordinatio committi.* Probat ex S. Clemente *lib. 8. Constitutionum Apostolicarum, cap. 27.* & ex eo quòd Sanctus Gregorius *dispensauit cum Sancto Augustino in Angliam misso, vt quando solus ibi esset Episcopus, solus etiam ibi ordinaret Episcopum donec plures essent; & hoc videtur dicendum fuisse factum ab Apostolis, quando post diuisionem primos Episcopos constituerunt ijs in locis, quibus*

Euangelium predicabant, & pro hac re aliquot dispensationes refert. Henriquez de Sacram. Ordin. cap. 24. Ita ille.

Dicendum est igitur, quod Christus Dominus ita instituit hoc Sacramentum, vt voluerit esse de substantia, & necessitate illius, fieri à tribus Episcopis, quando ita fieri possit: quando autem non, vt fieret à duobus, vel ab vno solo Episcopo, ex commissione, aut determinatione Ecclesiæ, vel Summi Pontificis. Ex quo fit, vt Ecclesia nec mutet materiam, nec formam, nec Ministrum fructus Sacramenti, quando consecratio Episcopi fit ex Commissione, aut determinatione Papæ, ab vno tantum, vel duobus Episcopis; sed tantum pro necessitate temporum, disponit materiam, formam, & Ministros huius Sacramenti, iuxta formam à Christo acceptam.

Probari etiam potest hæc opinio primò à simili: nam non minus iure diuino, & ex Christi Domini institutione Episcopus est Confirmationis, & Ordinis Minister, quam tres Episcopi sint Episcopalis Consecrationis Ministri: sed urgente necessitate potest Pontifex committere facultatem confirmandi, & ordinandi non Episcopo: ergo etiam poterit vni soli Episcopo committere facultatem consecrandi alium Episcopum.

Secundò, hoc idem probatur exemplo Apostolorum, qui in multis ciuitatibus, sic Christo, aut eius Vicario dispensare, absque interuentu aliorum Episcoporum, qui tunc non erant, per se ipsos solos, & singulos Episcopos ordinabant.

Tertiò, hoc idem fatendum est in Sancti Iacobi consecratione, qui dum fuit à D. Petro, Ioanne & alio Iacobo Episcopus Ierosolymitanus consecratus, quæri potest de ipso Iacobo, & Ioanne à quibus alijs fuerint Episcopi consecrati. Si dicas à Christo Domino fuisse Episcopos consecratos, dum eos Apostolos instituit, cum Episcopi sint Apostolorum successores, etiam ego dicam ipsum S. Iacobum fuisse à Christo in Apostolorum numerum cooptatum, & ita, vel in Consecratione non eguisse, vel eandem reliquis Apostolis fuisse necessariam, quare ad hoc deteniendum erit, Sanctum Ioannem, & alium Iacobum à D. Petro fuisse consecratos: deinde omnes tres Iacobum cognomento Iustum, in Episcopum Hierosolymitanum ordinasse, vt etiam bene docet Ioan. de Turrecrem. *lib. 2. Summa, de Eccl. c. 32.* & Card Bellarm. *lib. 1. de Rom. Pont. cap. 23.*

Ex quo sequitur verum esse, quod dicebamus, urgente necessitate, qualis esset Episcoporum penuria, posse Pontificem sine tribus Episcopis, duobus solum, vel etiam vni consecrationem demandare, vt de facto fecisse Petrum demonstratum iam fuit. Et ita hanc sententiam me citato tenet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 6. cap. 6. quest. 4. vbi citat Henriquez, Marchinum, Solorzanum, Machadanum, & alios, quibus addo Franciscum de Lugo de Sacram. theorem. 7. exempt. 9. Martinon. de Sacram. tom. 2. disp. 67. sect. 2. num. 1. Bernal. de Sacram. disp. 9. sect. 2. n. 8. & Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 18. num. 166. qui obseruat, quod quando consecratio fit ex commissione ab vno Episcopo, adhibendos simul esse ex eadem commissione alios duos presbyteros loco Episcoporum, qui non sunt: putant enim Ministrum ordinationis, qui est Ordinarius, esse ordinarium totius ordinationis; & qui potest esse ex commissione totius ordinationis à primo gradu, vsque ad vltimum, & ex alio capite nullam esse indecentiam quod Episcopus qui est superior simplice Sacerdote consecratur, & benedicatur à simplicibus Sacerdotibus non vt à principalibus Ministris, sed vt à minus principalibus, & ex commissione Pontificis, quorum verborum sensus satis est obscurus. Hoc autem magna ex parte gratis dicitur: neque enim ex aliquo capite probatur esse adhibendos alios Sacerdotes simplices: cur enim non poterit id facere, si Pontifex committat, solus Episcopus sine presbyteris? & vne probant hos esse necessarios.

Exemplis demonstratur Pontifices sepius super numero Episcoporum in consecratione Episcopi dispensasse.

RESOLVTIO XXXI.

Probatum hoc ex Gregorio Papa: nam Augustino ab ipso in Angliam ad illius Regni conuersionem misso facultatem concessit vt ipse solus vnus, aut alterum Episcopum ordinaret; imposterum verò à tribus Episcopis ordinarentur vt Paludanus, & Syluester locis citatis referunt, & habetur inter eiusdem Gregorij decreta in responsionibus ad Augustini interrogationes cap. 8. quæ sunt inter eius opera. Item Gregorius XII. eandem facultatem cōcessit Patriarchæ Æthiopiæ qui erat à Societate Iesu, teste Henriquez lib. 3. de Ordine, cap. 24. qui testatur idem factum fuisse sæpè in India, & Iaponia, & hoc priuilegium concessum fuisse Frouinciis In-

diarum testatur etiam Machadus tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 2. document. 6. num. 4. & 5. vbi sic ait, *El tencero requisito es que asistan ala Consecracion cierto numero de Obispos. Para cuya inteligencia se ha de advertir, que antiguamente era necesario que para el acto de la Consecracion de vn Obispo asistiesen el Metropolitano, todos los Obispos prouinciales, & por lo menos por cartas diessen su consentimiento. Despues por Derecho comun se dispuso, que solamente asistiesen tres Obispos à Consecrar al nueuo Obispo. La mayor dificultad desta materia consiste en aueriguar, si el Pontifice podrá dispensar en este numero de Obispos, que como hemos dicho son necesarios para consecrar al nueuo Obispo. Algunos son de parecer que no: fundados en que por derecho diuino es de necesidad del acto de la Consecracion, que interuengan en el tres Obispos, de tal modo, que iuzgan ser inula la Consecracion si se celebrasse sin el dicho numero de Obispos. Si bien otros graues Autores afirman, que puede el Pontifice dispensar en el dicho numero de Obispos, como vemos que ha dispensado Pio V. en las Indias, para que con solo vn Obispo y dos Dignidades, & Canonicos que le asistan se pueda celebrar la Consecracion del Obispo nueuo. Ita ille. Vide etiam Leandrum de Sacram. tom. 1. rr. 6. disp. 6. quest. 4. & Martinon de Sacram. tom. 2. disp. 67. sect. 2. num. 11. vbi sic ait: *Denique licet ordinariè tres Episcopi requirantur ad ordinandum aliquem in Episcopum, vt patet ex Epist. Anticeti Papa ad Episcopos Gallie, & ex Epist. 5. Damasi Papa contra Corepiscopos: in quo differt illius ordinatio ab ordinatione Sacerdotis, & aliorum Ordinum inferiorum, qui ab vnico Episcopo conferri possunt: Probabilius tamen est vnicum Episcopum, saltem ex commissione Summi Pontificis sufficere posse. Quæ de re vide Turrianum lib. 1. pro Canonibus Apostolorum, c. 22. ante medium; Vasquez disput. 243. cap. 6. Ægidium Coninch disput. 20. dub. 9. num. 92. & Henriquez lib. 10. de Ordine, cap. 24. vbi testatur Gregorium XIII. hanc facultatem concessisse Patriarchæ Æthiopiæ à Societate Iesu: idque in India, & Iaponia sæpè factum esse. Solet etiam ad idem confirmandum adduci exemplum sancti Gregorij Magni, qui dicitur id permisisse August. Cantuariensi Episcopo à se misso in Angliam, prout habetur inter eiusdem Gregorij decreta in responsionibus ad Augustini interrogationes c. 8. quæ extant inter eius opera lib. 12. Registri, Epistol. 31. Idque significant prima illius responsionis verba quidquid dicat Ægidius Coninch loco supra citato; Nam Augustino inter**

interroganti vtrum propter nimiam distantiam, & difficultatem habendi plures Episcopos, posset vnus solus Episcopum ordinare? & sic respondet sanctus Gregorius: *Et quidem in Angelorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus inueniris, ordinare Episcopum, non aliter, nisi sine Episcopis potes.* Addit verò, vt si aliquando de Galliis Episcopi veniant, illos sibi adiungat; & vt quando in ipsa Anglia Episcopi in locis satis propinquis fuerint constituti: non fiat Episcopalis ordinatio sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis. Ita Martinon.

An Pontifex, si concedat absque iusta causa Episcopo, vt possit consecrari absque alijs Episcopis, commissio sit non solum illicita, sed inualida.

RESOLVTIO XXXII.

Circa præsentem quætionem videtur philosphandum sicut de commissione facta simplici Sacerdoti, vt conferat Sacramentum Confirmationis, vt obseruat Dicastillus de Sacramentis tom. 1. tract. 3. disputat. unica, dub. 11. n. 111. Asserunt igitur aliqui, quod vt licitè Pontifex committat hanc administrationem simplici Sacerdoti: necessaria sit causa vrgens, & grauis: tamen; vt validè committat, non videtur necessarium. Id quod probant Henriq. lib. 3. cap. 6. num. 4. Suarez disp. 26. sect. 2. Coninch. ad cit. art. 11. n. 110. Layman 1. super cap. illo 6. num. 1. in fin. quia non est illa propriè dispensatio, sed commissio potestatis secundum Christi institutionem; ita vt voluerit Christus, quod Minister huius Sacramenti ordinarius, & ex officio esset Episcopus: extraordinarius autem, & ex commissione Summi Pastoralis Ecclesiæ posset esse simplex Sacerdos.

Sed in hoc aliqui philosphandum existimant, sicut plerique philosphantur in modo relaxandi vota, quem seruare debet Superior, vt validè relaxet: nempe quod sicut ibi ideo non valet relaxatio, seu dispensatio Superioris sine causa sufficienti, saltem probabiliter, & quæ sit humano more talis existimata: quia scilicet, quamuis Deus commiserit superiori (saltem supremo Pastori, & per illum cæteris) potestatem remittendi nomine ipsius Dei verbum promissionis, qua remissione facta liber manet vouens, tamen non censetur Deus id commississe, vbi non est iusta causa, saltem existimata; ac proinde non valet ea dispensatio, seu relaxatio voti, quia non censetur tunc per suum Ministrum remittere, quando hic quasi ministe-

rialiter, & nomine Dei sine causa remittere promissionem attentat. Pari ergo ratione in nostro casu philosphari possumus, Deum quidem commississe summo Pastori potestatem committendi administrationem Confirmationis simplici Sacerdoti, quando iusta causa subest, saltem humano modo talis reputata: non verò quando ea causa non subest neque aliud aliunde satis constat, nec videtur admodum rationabile pro gubernatione Ecclesiæ, quod Pontifex habeat eam potestatem committendi ad abutendum illa. Et hæc omnia docet Dicastillus tract. 3. disp. unica, dub. 11. num. 111; Quæ omnia secundum id quod dixerat applicanda sunt in casu nostro.

Dico igitur non solum non licere Pontificem absque iusta causa dispensando in numero ternario Episcoporum in aliqua Episcopi consecratione, sed etiam dispensationem esse nullam. Non nego tamen contrariam sententiam, nempe dictam dispensationem esse validam & suam habere probabilitatem: nam vt ipse Dicastillus fatetur ex Doctoribus superius citatis. commissio Pontificis, absque iusta causa facta simplici Sacerdoti valida est. Ergo hoc etiam erit in casu nostro.

An Sede Apostolica vacante possit à Collegio Cardinalium; vel ab illo cui eorum nomine Ecclesiæ administratio commendata sit, talis facultas ordinandi committi.

RESOLVTIO XXXIII.

Apponam etiam alia dubia; An Cardinalium collegium Sede Apost. vacante facultatem etiam committendi committere possit alteri, vt ille eam possit committere vni Episcopo, quando opus fuerit? Ac etiam an commissio facta alicui Episcopo à Pontifice, vt ipse solus sine alijs Episcopis possit Episcopum ordinare, expiret morte Pontificis decedentis? Hæc dubia proponit Dicastillus tom. 1. disp. 1. dum. 18. num. 272. & 273. qui postea eod. tom. 1. rr. 3. disp. unic. dub. 11. num. 117. ad illa sic respondet: *vtrum autem Sede Pontificis vacante possit à Collegio Cardinalium nomine illius, ab illo, cui Ecclesiæ gubernatio est commendata, talis facultas administrandi committi? non est incertum, nec video ab Autoribus disputari.* Mihi videtur non posse, quia hoc extraordinarium est, & solum nobis constat fuisse Pontifici concessum; sine fundamento autem ad alios extenderetur. Quamuis autem

fuccedat Sede vacante generaliter loquendo Capitulum Prælati in iis, quæ sunt iurisdictionis, huius tamen regulæ generalis fallentia sunt non paucæ, maxime Sede Apostolica vacante; quæ de re disputare non est huius loci.

An vero possit Pontifex hanc facultatem, quam habet committendi simplici sacerdoti facultatem administrandi hoc Sacramentum, alteri alicui committere, qui tanquam delegatus nomine Pontificis, quando subest iusta causa, possit hanc facultatem concedere, non memini vidisse in Auctoribus disputatum. Mihi sanè videtur posse, tum quia ea potestas in Pontifice est ordinaria, & non video quare non sit subdelegabilis; tum quia instæ causæ esse possunt id committendi alteri, maximè in hoc genere facultatis, quæ solet concedi propter penuriam, & absentiæ Episcoporum in regionibus longè distantibus à Sede Apostolica, ubi an sufficientes causæ sint id committendi simplici Sacerdoti, vix potest Pontifici constare immediatè ad se relatis causis, & earum probationibus, sæpèque esset periculum in mora, vt interim multi fideles sine hoc Sacramento perirent. Quapropter sæpe consultius videri poterit, eam facultatem committendi alteri concedere alicui, qui proximè possit causas nosse, inuestigare, aut examinare, vt iis discussis eam administrationem committat, si viderit expedire. Hanc autem facultatem committendi non puto expirare morte Pontificis concedentis, maxime quando iam est acceptata per se, vel per procuratorem à prædicto Commissario: est enim gratia facta comparatione illius, non gratia faciendæ, atque ad eum non expirat morte concedentis, vt videbimus suo loco. Propter eandem rationem non expirat commissio, seu facultas ipsa administrandi facta simplici Sacerdoti; etiam si superueniat mors Pontificis concedentis: est enim gratia Principis facta, quæ morte concedentis non expirat. Huc vsque Dicastillus. Quæ omnia applicanda sunt, vt ipse asserit, quoad potestatem, quam habet Pontifex circa dispensationem in Consecratione Episcopali; quæ quidem maximè notanda sunt à Lectoris, cum illa difficulter in aliis Authoribus inueniant.

An consecratio Episcopalis possit fieri à pluribus Episcopis, quam tribus.

RESOLVTIO XXXIV.

Ad hanc difficultatem respondet Doctor Hallier de Sacris Electionibus

par. 1. cap. 2. art. 1. §. 1. n. 9. vbi sic ait; Certum est non solum à tribus, verum etiam à pluribus ordinationes olim fieri solitas: puta tum ab Episcopis omnibus Prouinciæ in unum conuenientibus, tum etiam ab alijs, qui huius rei causa conuocarentur, vel qui casu interessent. Vnde Nicenum I. ab omnibus, qui essent in Prouincia ordinationes celebrari voluit. Arelatense I. si fieri posset à septem, & citata omnia Conc. à tribus saltem. Antiochenum non nisi cum Synodo Episcoporum. Parisiense III. sub Pelagio, vel Episcopos Prouinciæ, vel vicinos ad Ordinationem Episcopi peragendam à Metropolitanis accersiri refert. Lucius III. omnes Prouinciæ Antistites conuenire iubet ad Metropolitanam Ordinationem, vt ab omnibus ordinetur. Iuxta quæ apud Cyprianum, Cornelium summum Pontificem, pluribus etiam Aphricanis Episcopis, qui tum Romæ aderant Episcopum factum legitur adeo vt à sexdecim Episcopis Ordinationem perhibeatur. Apud Augustinum. duodecim Episcopos numeratos reperimus, qui Maximiani ordinationis, non solum testes, verum etiam Auctores extiterint. Apud Optatum, Meleuitanum, Maiorinum à secundo Numidiæ Primatem, aliisque traditoribus Episcopis pluribus Ordinationem aduertimus. Apud Socratem, Nestorium à centum quinquaginta Episcopis, qui tunc Constantinopoli aderant, ordinatum. Ioannem quoque Chrysostomum, qui in eius locum successit, quo eius ordinatio celebrior esset conuocata Episcoporum Synodo, cui etiam Theophilus Alexandrinus interfuit, fuisse consecratum; obseruare possumus, quæ omnia breuiter percurto: solum ex eis colligo, si plures tribus Episcopis ad aliquam Episcopi cuiuscumque ordinationem vocentur, eiq; interfint, non otiosos stare, non Pontificalibus indumentis ornatos assistere debere, quod iam passim obseruatur; sed & facris, quas rubrica, & Ecclesiæ consuetudo requirit vestibus indutos assistere, & simul cum Consecratore, vel statim post eum ordinando manus imponere eos oportere. Ecclesiæ enim ex prædictis hanc fuisse consuetudinem patet, vt non solum à tribus, sed à pluribus tum eiusdem Prouinciæ Episcopis, quos cessantibus legitimis excusationibus interessere necessum erat: tunc alterius Prouinciæ, qui honoris causa vocabantur; manus ordinando imponerentur: imò id expressè Concilium Cartaginense I V. obseruari voluit, statuens, vt Episcopus cum Ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & cervicem eius, & uno super eum fundente benedictionem, reliquos omnes

*omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant: quæ iisdem fere verbis habentur in veteri ordine Romano; ex quo eadem refert Albinus Flaccus, qui tamen iisdem sese opponit, quasi nec veteri traditioni, nec vltimæ suo tempore Ecclesiæ Romanæ praxi essent conformis, quem sequutus Amabarius eum videtur explicasse, dum nempe hoc solum reprehendit tanquam ab Apostolica traditione, & Canonica auctoritate dissonum, quòd duo Episcopi librum Euangeliorum super caput Ordinandi teneant. Sed relinquamus hos Auctores, qui absque vilo dubio minor auctoritas inesse debet, quam & concilio Cartaginensi IV. & veteri Ordini Romano: non videntur tamen illi in dubium reuocasse, quòd Episcopi omnes Ordinationis alicuius præsentis, manus ipsi imponere debant. Ex veteri verò isto Ordine Romano, & Concilio Cartaginensi IV. distincta colliguntur officia præcipui Consecratoris, qui solus benedictionem super ordinandum fundebat, orationem dicens, quæ in veteri Ordine Romano describitur, & duorum ex officio, seu ex necessitate assistentium, qui codicem Euangeliorum super caput Ordinandi tenerent, & cæterorum Episcoporum præsentium, qui omnes caput ordinandi tangebant, in quibus paululù ab iis discrepat Pontificale Romanum formam, quæ iam in ordine obseruanda sit, præscribens, dum nempe præcipit, vt Consecrator, & assistentes Episcopi (assistentes autem Episcopos vocat, quicumq; intersunt, quos duos ad minus esse debere ait) ambo-
bus manibus caput consecrandi tangant, dicentes, Accipe Spiritum sanctum. Et certe si Episcopi præsentis ab impositione manuum super ordinandum se contineant, videntur aut communionem Episcopi, qui ordinatus aspernari: aut electionem improbare, eo modo, quo è contrario Lucij Alexandrini, Ariani Moses, Ioannis quoque Pergensis eadem hæresi infecti Antiochus, & alij ordinandi, hæreticorum tangere ipsos volentium manus repulerunt, quorum Societatem refugiebant. Huc vsque Hallier.*


An sit de essentia Consecrationis, vt fiat iussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ.

RESOLVTIO XXXV.

Supponendū est, quod de iure Primates, seu Patriarchas, & Metropolitanos consecrant tres Episcopi eorū suffraganei, omnibus alijs eorum suffraganeis personaliter aduenientibus, nisi essent necessitate impe-

dit; quo casu per litteras debent consentire, cap. quia. dist. 64. cap. porro. & cap. Archiepiscopus dist. 66. cap. si Archiepiscopus de temp. Ordinat. & si est Archiepiscopus, qui est consecrandus; debet esse cum Primatis, seu Patriarchæ, cui subest, consensu. cap. plures, dist. 65. ita quod sine eo non recipit executionem consecratus. Sic Syluester ibi. Innoc. cap. nec Episcopi de temp. Ordin. Armil. verb. consecratio Prælatorum, n. 1. Angel. verb. consecratio Episcoporum, n. 1. 2. & 5. Rosel. verb. confirmatio Electorum, num. 12. 13. & 16. Tabien. verb. confirmatio in communi q. 10. 11. & 12. licet Angel. Tabien, & Rosel. dicant Primates, seu Patriarchas, & Cardinales consecrari à Papa, vel ab alio de eius commissione, hoc non est de iure, sed de consuetudine, vt bene Sylu. ibi, idem dicens de Archiepiscopis: consuetudo enim habet, vt fere nulli horum consecrentur, nisi à Papa, vel ab alio de eius commissione, arg. cap. pudenda. 24. q. 1. Episcopus autem si est exemptus, debet consecrari à Papa, vel ab alio de eius commissione: si verò non sit exemptus, sed alicuius Archiepiscopi suffraganeus, consecrandus est ab illo Archiepiscopo cum duobus Episcopis comprouincialibus, seu suffraganeis, aut tres comprouinciales, seu suffraganei Episcopi illum consecrabunt ex iussu Archiepiscopi: in vtroque tamen casu omnes Episcopi suffraganei requirendi sunt per Epistolam, vt consentiant, cap. nec Episcopi de tempor. ordinat. cap. non debet, dist. 65. cap. Ordinationes el. 1. dist. 76. cap. Ordinationes, cap. Episcopi, capit. comprouinciales dist. 64. Quod si quis Episcoporum comprouincialium contemnatur in consecratione Episcopi, vel Archiepiscopi, potest agere vt executione officij priuetur. Sic Innocentius, Syluester, Tabien, Rosel. Angel. ibi. Turrecrem. cap. Ordinationes el. 1. d. 75. num. 7. Quando autem Archiepiscopus, vel aliqui ex suffraganeis Episcopis dissentirent consecrationi, quid faciendum sit, consule Turrecrem. dist. 64. initio id latè disputantem.

Hoc supposito, assero non esse de essentia consecrationis Episcopalis, vt consecratio fiat de iussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ & ab Episcopis suffraganeis, sed hoc est de necessitate præcepti: quod verò attinet ad essentiam consecrationis, fat est vt fiat à quibusuis Episcopis Probatur, quia hic non est actus iurisdictionis, aliàs esset delegabilis, sed Ordinis: Ordo autem Episcopalis æquè est in omnibus Episcopis; ergo. Secundò, quia quod fiat de iussu Archiepiscopi, & à suffraganeis, & c. pertinet ad iurisdictionem Ministri, sed hæc



tantum in Sacramento Poenitentiae, & Marimonij est de necessitate Sacramenti, in reliquis verò solum de necessitate præcepti: ergo. Quod si opponatur, *cap. non debet dist. 65.* ubi habetur, quod fiat de licentia Metropolitanis, conuocatis Episcopis suffraganeis, aliter consecratio facta non valeat, & *cap. Archiepiscopus dist. 66.* ubi habetur, quod Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis consecratur, aliàs sit irrita consecratio. Respondetur cum Turrecremata *dict. cap. non debet*, & *Gloss. dict. cap. Archiepiscopus, vers. irrita*, & ibi etiam Turrecremata quod intelligitur non valere, atque esse irritam consecrationem, non quod non reuera sit valida, & maneat ille Episcopus, sed esse irritam quoad officij executionem, id est quod manebit verè Episcopus consecratus, sed non poterit exequi officium. Et hæc omnia docet Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. n. 18.* & 24. cui ego addo Azorium *tom. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 2.* Hieronymum Florentinum *in lib. 1. Decret. tit. 6.* Sed ego puto cum Pace Iordano *tom. 1. lib. 1. sect. 2. n. 11.* quod hodie consecratio; quicquid antiqua iura disponent de Metropolitano, & Comprovincialibus Episcopis *in cap. fin. dist. 61. c. 1. distinct. 75. cap. si Archiepiscopus, & cap. nec Episcopus de tem. Ordin.* & alibi frequenter, non sit nisi de mandato Summi Pontificis. Sicut enim referuauit sibi Cathedralium prouisionem, sic etiam ab eius libito pendere voluit facultatē consecrandi, cum non deceat inferiores se ingerere in iis in quibus ipse manum apposuit, *cap. cum in distribuendis de tempore Ordin.* Abbas per illum *in cap. meminimus, not. 3. de accusat.* Augustinus V. *consecrat. pr. §. 2.* Et apparet ex dictis rubr. Pontificalis, atque ex obseruantia Romanæ Curiae secundum quam Promoti ibid. consecrantur, vel commissionem obtinent ad partes Nullus itaque potest hoc munere fungi, sine speciali mandato Papæ. Vnde primarius Consecrator requisitus à secundo, qui antiquior est ex assistentibus, de consecrando interrogat, *habetis mandatum?* & in Curia quidem, in qua Eminentissimi Cardinales solent hanc exercere functionem, datur ei facultas viæ vocis oraculo; reliquis verò Prælati tam in Curia, quam extra, conceditur per literas Apostolicas, quæ legendæ sunt in principio, iuxta formam ab ipso Pontificali præscriptam, alioquin non præstaretur fides, quoniam oraculum viæ vocis Cardinalibus communicari solet. Itaque interueniente huiusmodi Papæ delegatione non est opus requirere alium Archiepiscopi assensum: quamuis enim secun-

dum ius commune, non deberet suffraganeus ordinari, nisi per Metropolitanum, vt de ipsius assensu *cap. si Archiepiscopus, cap. si Episcopus de temp. Ordinat.* & alibi frequenter attamen iura illa procedunt secundum tempora, in quibus Electiones per capitula, & confirmationes à Metropolitanis fiebant, & ideo electione sublata, vt dictum est, censentur antiquata iura etiam in hac parte abrogata signanter propter manus Papæ appositionem. Ideo hodie Episcopi Comprovinciales non sunt inuocandi pro consecratione suffraganeis; & cessat actio iniuriarum propter omisam conuocationem alicuius Episcopi Comprovincialis, etiam si ageretur de Metropolitanis consecratione, quæ omnia valdè notanda sunt. Concedo tamen, quod quando consecratio fit extra Curiam, deleganda quidem esset Metropolitanis.

Quomodo Episcopi in Consecratione debeant imponere manus super caput ordinandi, & proferre verba, Accipe Spiritum sanctum, &c.

RESOLVTIO XXXVI.

Resolutio huius quæstionis pendet ex illa generali omnium Sacramentorum, quomodo debeat forma cum materia concurrere.

Prima opinio requirit physicam coniunctionem materiæ cum forma, saltem partialem, ita vt aliqua pars formæ simul coexistat cum aliqua parte materiæ, scilicet abluentionis, vel vnctionis: quare si post finitam abluentionem, vel vnctionem incipiat forma proferri, vel è contra post totam formam prolatam incipiat ablutio, vel vnctio, non erit validum Sacramentum. Ita docent Scotus *in 4. dist. 6. quest. 3.* Gabriel *in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. conclus. 8.* Major *dist. 2. quest. 2. arg. 4.* Nauarrus *cap. 22. num. 7.* Toletus *lib. 2. cap. 19. num. 1.* Zambranus *de articulo mortis, cap. 1. dub. 2. num. 5.* Fautent Richardus *in 4. distinct. 3. art. 4. quest. 2.* Syluest. V. *Baptismus 5. quest. 2. num. 3.* dum aiunt ad Baptismi valorem sufficere, si prolatio verborum incipiat antequam ablutio finiatur, aut è contra. Fautent Cathéchismus Romanus *tit. de Baptismo*, dum monet nec ante, nec post abluentionem, sed simul cum illa proferendam esse formam.

Sed ego olim contrariæ sententiæ adhæsi, quæ docet validum fieri Sacramentum si post finitam abluentionem, vel vnctionem proferatur forma; vel paulo post prolatam formam incipiat ablutio, vel vnctio. Sic tradunt

Sorus

Sotus *in 4. distinct. 3. quest. 1. art. 8.* Petrus Ledesma *tom. 1. Summa, tract. de Baptismo, cap. 4. in fin.* Henriquez *lib. 1. cap. 9. num. 10.* & *l. 2. cap. 9. num. 1.* Suarez *tom. 3. disp. 2. sect. 2.* Valquez *3. part. disp. 148. num. 54.* Valentia *tom. 4. disp. 4. quest. 1. punct. 4.* Coninch: *quest. 4. num. 40.* Sà V. *Baptismus, num. 4.* Vega *ibi casa 23.* Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 5.* Bonacina *disputatione 1. questione 2. punct. 1. num. 23.* & *punct. 2. num. 2.* dicens esse communem Doctorum. Probat, quia cum Sacramentum non sit compositum physicum, sed morale, non requirit physicam coniunctionem partium, sed solam moralem: at moraliter verum censetur loqui, qui dicit. *Ego comedo panem istum, osculor istam Crucem, lauo manus, &c.* vel immediatè post actionem præstitam, vel mox illam præstiturus: ergo similiter in forma Sacramenti.

Itaque pro praxi (vt dixit Præpositus *in 2. par. quest. unica de Sacram. Ordinis dub. 10. n. 75.*) curent Episcopi, vt moraliter simul, ita vt non sit morale temporis interuallum, manus imponant, ac proferant verba formæ; *Accipe Spiritum sanctum, &c.*

Quæ intentio sufficiat in Episcopo, vt consecratio sit valida.

RESOLVTIO XXXVII.

Quæstio potest moueri de quocunque ministro Ordinum, vel alicrum Sacramentorum; Et nouissimè Pater Pasqualigus *in sua Sacra Doctrina tom. 1. disp. 2. sect. 4. num. 16.* docet sufficere intentionem, quæ moueat Ministrum ad proferenda verba supra determinatam materiam, quam adhibeat simul cum ritu Ecclesiæ, & in hoc saluari intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, ita vt stante tali intentione, etiam si adesset intentio Ministri non conficiendi Sacramentum adhuc conficeret; ita ille, qui ex Catherino plura adducit fundamenta pro hac stabilienda sententia. Et poterat pro sua sententia adducere Salmeronium, & Columbium, sed vt verum fatear pace viri docti non debebat sententiam Catherini iam tumulatum cum Gallo Scribonio iterum nostris temporibus ad vitam reuocare nam in hoc Catherinum adherere Luthero, & Caluino tradit Hurtadus *de Sacram. in genere difficult. 4.* quamuis se subiiciat Apostolicæ Sedi. Et ideo hanc sententiam variis censuris inuictam inuenies à Doctoribus *in par. 10. à me adductis*, quibus nunc addo Bernal *de Sacrament. sect. 2. §. 3. n. 55. ubi inuehitur con-*

tra ipsam saltem tanquam falsam, vt facie etiam Martinon. *de Sacram. tom. 1. disput. 2. sect. 3. n. 28.* Sed acrius ex Valquez Franciscus de Lugo *de Sacram. l. 1. cap. 2. quest. 4. n. 71.* putat sententiam Catherinico continere errorem in fide: Et noster Pater Quartus *in Rubricas Missalis par. 3. tit. 7. dub. 4.* citans Valquez, Coninch, & Cardinalem Lugo docet sententiam Catherini non posse defendi sine errore in fide, & Dicastillus *de Sacramentis tom. 1. tract. 1. disput. 3. dub. 5. num. 47.* putat hanc sententiam post Tridentinum, & Florentinum non posse sustineri. Vnde Granadus *in 3. part. contr. 3. tract. 5. disp. 4. sect. 2. n. 6.* sententiam contra Catherinum Catholicam appellat, quod etiam docet *disp. 138. cap. 3. n. 28.* & addit esse in Concilio Tridentino, & Florentino expressè definitum. Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 13. sect. 2.* Ochagavia *de Sacrament. in genere, quest. 22. conclus. 2 n. 5.* afferunt esse de fide. Tannerus verò *tom. 4. disp. 3. quest. 2. dub. 2. n. 21.* sic ait, *Sententia Catherini non est amplius rata, sed plane erronea post Concilium Tridentinum, sess. 7. canone 12. de Sacramentis in genere, ubi contra Sectarios huius temporis solam intentionem externæ actionis requirentes, definitur, requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia*, Vnde Bellarminus *lib. 1. cap. 7. ait se non videre quomodo opinio Catherini à sententia hereticorum differat.* Ita Tannerus.

Itaque ex his apparet sententiam Pasqualigi esse omnino reprobendam, & reiiciendam Dico igitur ad valorem Sacramenti requiri intentionem, videlicet perficiendi Sacramentum iuxta diuinam institutionem, nec sufficere solam intentionem adhibenditum externum. Ita Catholici communiter, S. Bonauentura, Richardus, Alensis, Scotus, Gabriel, Durandus, Adrianus, Sotus, & alij, quos sequuntur Bellarminus, Suarez, & Valquez sup. Coninch. *quest. 64. num. 62.* Tannerus *tom. 4. disp. 3. q. 4. dub. 2. n. 22.* Petrus de Ledesma *can. 6. concl. 13.* Filliuc. *tr. 2. num. 73.* Anglez, Viualdus, Sayrus, Valentia, quos sequitur Bonacina *de Sacram. disp. 1. quest. 3. punct. 2 §. 3. num. 5.* cum aliis. Probat, primò ex Conciliis: nam Florentinum in decreto de Sacramentis, sic ait; *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, quorum si quid desit, non perficitur Sacramentum.* Assonat Tridentinum *sess. 7. can. 11. & sess. 14. can. 7.* definiens requiri saltem intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, & nihil

nihil agere Sacerdotem absoluentem per locum, qui tamen intentionem habet profertendi verba. Probatur: quia ministrans Sacramentum necessario se præbet Christi ministrum, ut docet Apostolus 1. Cor. 4. Vnde Christus dicitur in omni Baptismo baptizare, Ioan. 1. secundum interpretationem Augustini *tract. 6. in Ioan.* Nullus autem operatur ut minister alterius, nisi dum intendit agere, quod alter instituit, & eam ratione qua voluit institutor fieri: sed Christus instituit Sacramenta, iussit externam actionem fieri, ut ceremoniam sacram sanctificantem; Ergo qui non intendit eam perficere ut talis, non agit, ut Christi Minister, & consequenter non efficit validum Sacramentum. Et nostram sententiam definitam esse patet ab Eugenio IV in suo Decreto fidei & oppositum damnatum est in Tridentino *sess. 7. can. 10.* dum ad valorem, seu perfectionem Sacramenti dicitur necessariam esse intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, id est faciendi totum, quod Ecclesia facit: Ecclesia autem non tantum facit exterius illud, cui ex institutione Christi conuenit ratio Sacramenti, sed etiam efficit Sacramentum. Et id specialiter definit Tridentinum *sess. 1. 4. can. 9.* de Sacramento Pœnitentiæ dum ait, Sacerdotem ioco absoluentem nihil agere, & tamen ille profert verba absolutionis ex intentione profertendi illa. Quod generaliter quoad omnia Sacramenta absque dubio constat ex perpetua Ecclesiæ traditione, cui Eugenius IV. innixus id generaliter definiuit, & cui Tridentinum innixum generaliter damnauit oppositum. Id quoque ab absurdo probatur, quia si ad valorem Sacramenti sufficeret intentio adhibendi res, & verba, quæ adhibet Ecclesia, & non esset necessaria intentio efficiendi Sacramentum, saltem confusa, fieret verus Baptismus ab illo qui iocose, & irrisorie aliquem in fonte demergeret, dicens; *Ego te baptizo*, vel *ego te demergo in nomine Patris*, &c. quia iste adhibet res & verba, quæ adhibet Ecclesia, & illa adhibet ex intentione sua adhibendi. Cōsequens autem est absurdum, ergo etiam antecedens. Ex quibus superioribus verbis Conc. Trid. *sess. 7. c. 1. de Sac. in genere*, vbi dicitur *Ministros Ecclesia dum Sacramenta conficiunt debere hanc intentionem sortiri, scilicet faciendi id, quod facit Ecclesia*: sic argumentor contra Pasqualigum, & Catherinum; Iste canon editus fuit contra aliquem errorem hæreticorum, ut omnes alij canones: nulli autem hæretici negarunt esse necessariam intentionem Ecclesiæ in Sacramentis, nisi Lutherus, & alij: hi autem non damnantur ex eo,

quod alias res, alia verba ab his, quibus Ecclesia nostra vitur, ut patet ex verbis Concilij; neque damnantur ex eo, quod negent intentionem adhibendi materiam, & formam Sacramentorum, quia hanc ipsi admittunt, ergo ex eo damnatur, quod dicunt verum cōfici Sacramentum dummodo adhibeantur materia & forma, quamuis iocose id fiat. Ex eo enim ipso negant esse necessariam aliam intentionem, nisi eam quæ applicat exterius materiam, & formam Sacramentorum. Definit ergo Concilium esse aliam intentionem necessariam præter intentionem applicandi materiam, & formam. Cæteras rationes videbis apud citatos Auctores, apud quos inuenies fundamenta & rationes, quas pro se adducit Pasqualigus reiectas. Et ad auctoritatem D. Thomæ, quæ aduersarij adducunt, assero eius mentem constare magis ex iis, quæ tradit eadē *q. 64. art. 1. c. in corp. & art. 8. ad 1.* vbi affirmat intentionem ministri requiri, & eum qui non intendit Sacramentum conferre, sed derisorie agere, tollere veritatem Sacramenti per illam peruersitatem, tamen si actum externum ponat. Quare cum D. Thomas non sibi contradicat verbis citatis in obiectione; benignè interpretandus est, ut explicatur à Suarez, & Caiet. de perfectione Sacramenti præsumpta, non vera. Quia scilicet præsumendum est Sacramentum valere, quando nihil exterius in contrarium imprimatur ex parte Ministri, aut recipientis, & alioqui ponitur materia, & forma legitima. Re tamen ipsa nihil fit nisi minister ipse intendat actu proprio: quippe qui aliter non applicat potentiam quam habet efficiendi Sacramentum humano tantum modo applicabilem, ut ipsemet Diuus Thomas affirmat *art. eod. ad 1.* Vel potius loquitur Sanctus Thomas verbis relatis in obiectione, de intentione generali, & confusa quam minister habet eo ipso quod vult nomine Ecclesiæ, aut eius more facere, id quod facit, Quæ intentio sufficit, & vix deesse potest sine extrema malitia operantis liberè cum aduertentia profertendi verba Sacramentalia, ut exponit Lugo *disp. 8. sect. 4.* & confirmat ex eo, quod in illa responsione D. Thomæ *ad 2. pro mentalis intentio*, legebatur in quibusdam codicibus, *specialis intentio*, ut testatur Sotus *in 4. disp. 1. q. 5. art. 8. §. In 2. argumento.*

Nec contra superius dicta obstat dicere, quod inter alias rationes, quare ad Sacramentorum validitatem non requiratur prohibitio Ministri, solet alligari graue incommo- dum, quod inde sequeretur, videlicet, quod nunquam satis constaret fidelibus de Sacramentis

mentis Ecclesiæ vere perceptis; atque idem incommo- dum sequitur, si ponatur mentalis intentio Ministri aliàs necessaria, quamque velit facere eiusmodi actus externos; ergo, &c. Confirmatur ex Diuo Thom. qui hinc ad Secundum ita scribit; & ideo alij melius dicunt, quod Minister Sacramenti agat in persona totius Ecclesiæ, cuius est Minister; in verbis autem quæ profert exprimat intentionem Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem Sacramenti, nisi contrarium exterius exprimat, vbi ad euitandum incommo- dum obiectum, videtur Diuus Thom. admittere, non esse necessariam internam intentionem ipsius ministrantis, sed sufficere externam verborum pronuntiationem ex parte ipsius, quæ ab Ecclesiæ intentione satis determinatur ad Sacramentum (Respondetur negando subsumptum) & ratio diuersitatis, est quia vitæ sanctitas est res ardua, quæ non absque labore, & difficultate conseruatur, aut amissa recuperatur ab hominibus circūdaris infirmitatibus, & peccandi occasionibus expositis. Vnde contigit, quod in Ministris sæpius illa desit, præsertim cum tam multi parum de vitæ honestate sint solliciti. Intentio autem faciendi Sacramentum sit Ministris facillimè uimò verò moraliter loquendo vix potest deesse in ordinario Ecclesiæ Ministro: nam hoc ipso quo vocatur ad Sacramenti administrationem, vel hoc ipso quo officium suum vult exequi, semper intentionem habet in illis actionibus faciendi, quod fideles requirunt, aut quod Ecclesia facit. Intentionem (inquam) habet confusam aliquam actualem, aut virtuales in actu exercito, ut loquitur Bonac. *tom. 1. de Sac. in genere, disp. 1. quest. 1. §. 1. num. 15. & 16.* quæ sufficit, ut sumitur ex Henriquez *lib. 10. c. 10. num. 2.* Dominic. Soto *in 4. distinct. 5. num. 8.* & Valentia *tom. 4. disp. 3. quest. 1. punct. 3.* licet non habeat intentionem formalem qua expressè cogitet, & velit facere, quod Christus instituit, aut Ecclesia facit: quare non est par ratio fidelibus dubitandi de Sacramentis verè administratis, ex eo, quod ponatur hæc intentio Ministri necessaria, & ex eo quod requireretur Ministri Sanctitas. Ad Diuum Thomam, quod attinet, in primis ex verbis eius supra allegatis constat satis eum absolute require intentionem Ministri, qua velit facere Sacramentum: verbis itaque modò obiectis solum vult docere, quod hoc ipso, quod minister agit ex persona Ecclesiæ, siue prout est Minister Ecclesiæ, eo ipso habere sufficientem intentionem faciendi Sacramentum, ita ut nullus debeat anxie esse

Anton. Diana Pars XII.

sollicitus, an forsitan Minister in mente formauerit sufficientem, aut satis distinctam, & expressam intentionem faciendi, & confertendi Sacramentum: nam hoc ipso quo facit tales actiones, ut ab Ecclesia Ordinarius, & deputatus ad tale ministerium, intendit sufficienter facere Sacramentum, nisi contingeret, quod expressè contrariam formaret intentionem; quod præsumendum non est, imò nec de eo dubitandum, nisi exterius indicaret, ut Diuus Thomas habet. Neque Syluest. verbo *Baptismus 3. quest. 12.* aliud videtur docere, licet Tannerus supra *dub. 2. num. 2.* illum citet pro opinione Catherini. Et ideo nostram sententiam contra Pasqualigum & Catherinum præter Doctores citatos mordicus sustinet V. Vigers *in 3. part. q. 64. art. 8.* & Mercerus *de Sac. quest. 64. art. 8. prop. 1.* Caspenis *in curs. Theol. tom. 2. tract. 21. disp. 4. sect. 6.* Ioannes Poncius *in curs. Theolog. disput. 46. quest. 4. conclus. 1. num. 25.* Aueria *tom. 1. quest. 64. sect. 3.* Syluius *in 3. part. quest. 64. art. 8. conclus. 1. cum seqq. & alij.*

Dicendum est igitur pro nostra materia non sufficere ad validitatem consecrationis Episcopi, si Episcopus consecrator habeat tantum intentionem profertendi verba, & applicandi materiam, si etiam non habeat intentionem consecrandi Ordinem, & Sacramentum, prout est à Christo institutum; & sic dicendum est de aliis Ordinibus & Sacramentis. Vide non solum dignitate, sed etiam sapientia Eminentissimum Cardinalem de Lugo à me *in p. 10* adductum, qui nominatim inuehitur contra Scribanium, in sui fauorem à Pasqualigo allatum.

Vnde procedat, ut Episcopi assistentes aliquos ritus ad substantiam Consecrationis pertinentes non simul peragant?

RESOLVTIO XXXVIII.

GRAUIS est difficultas: nam vnctio manuum, & capitis, & traditio Baculi pastoralis, anuli, & libri Euangeliorum efficitur ab vno Episcopo; & tamen, ut obseruat Vasquez *in 3. p. disp. 240. cap. 5. num. 55.* & alij, ut supra visum est, ex diuina institutione tres Episcopi requiruntur tanquam necessarij Ministri Consecrationis: vnde Bernal *Sacrament. disputat. 49. sectione 4. num. 7.* dixit, quod Minister Ordinarius Consecrationis Episcopi est Trinitas Episcoporum; sed in administratione Sacramentorum, ut docet Poncius *in curs. Theolog. disput. 48. quest. 2.*

quæst. 2. concl. 8. num. 15. & alij communiter, instrumenta illa, quæ traduntur ab Episcopo ordinante, dari debent immediate ab Episcopo de necessitate Sacramenti, ut quid igitur in Consecratione Episcopi, cum Episcopi assistentes sint ministri dictæ ordinationis, non omnes vna cum Consecrante efficiunt eosdem ritus? attamen videmus, ut dictum est, ipsos non efficere vñtionem capitis, nec manuum, nec porrigere Anulum, Baculum pastoralem, nec librum Euangeliorum, sed tantum hæc omnia à solo Episcopo consecrante peraguntur.

Hæc difficultas torquet Doctorum virorum ingenia: vnde P. Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 9. num. 136. putat non esse necessarium ad rationem Sacramenti, ut totam materiam adhibeat ille, qui minister est, iuxta sententiam Vasquij; ac proinde etiam si aliqua pars materiæ adhibeatur ab alio, qui non sit minister, & etiam si illa pars materiæ necessaria, sit ad Sacramentum; posse per illam adhibitionem partis materiæ à non ministro confici Sacramentum. Vnde in nostro casu dici etiam possent habitatione (ut sic dicam) libri Euangeliorum supra caput consecrandi esse partem materiæ necessariam simul cum manuum impositione; siue ea libri habitio proveniat ab alio Episcopo siue Sacerdote, siue Diacono; ita ut nec impositio libri, siue manuum impositione, nec hæc impositio sine illa sit sufficiens materia, sed vtraque simul, & ea ratione potuisse institui huiusmodi Sacramentum, nemo potest dubitare. Quod autem sic de facto institutum sit, colligimus ex eo, quod ea sit magis communis sententia in schola, & fundata in vsu Ecclesiæ adhibentis librum, non solum, quæ explicatur in Concilio Carthaginense IV. sed etiam ab antiquis Patribus primitivæ Ecclesiæ recepta, & tradita consuetudine, ut ex Dionysio Apostolorum discipulo constat, & latè probat Turrianus ad citata loca Clementis Romani, maximè lib. 8. Constitutio-num, cap. 4. lib. 2. pro Epistolis Pontificum cap. 21. post mea. Quod autem ea impositio non necessario fieri debeat ab Episcopis consecrantibus, constat ex vsu moderno Ecclesiæ in Pontifice Romano Clementis VIII. iussu edito. Ita Dicastil.

Verum magis latè explicat hanc difficultatem Nicolaus Isambert. in 3. part. D. Thome, de Sacrament. Ordinis, disp. 3. art. 5. & firmiter, argumentum à nobis allatum non obstare; nam tres Episcopi ita requi-

runtur ad vñus in Episcopum ordinationem, ut tamen eorum vñus sit solus, & etiam appelletur in Romano Pontificali Consecrator: duo verò reliqui, sint & appellentur tantum in eodem Romano Pontificali assistentes; quæ distinctio appellationis, indicat etiam, & distinctionem officij inter illos: & quemadmodum eo ipso quo quis est assistens alicui Sacramento, tanquam essentialis conditio, non requiritur absolute, ut in ratione assistentis omnia, & singula eadem faciat munit, quæ facit is cuius comparatione est, & dicitur tantum assistens, sed sufficit, quod ea tantum obeat munera, quæ talis rei institutio, vel materia postulat, etiam in speciali assistenti, prout est circa talem actum, vel negotium peragendum (patet in Sacramento Matrimonij, in quo Parochus est tantum testis honorarius, & assistens sola eius præsentia cum sufficienti aduertentia consensus mutui, qui tunc præbetur ab utroque contrahente sufficit, quia hoc satis est ad testificandum de contractu inito) pari ratione, quia ordinatio Presbyteri in Episcopum ita tres Episcopos postulat, ut tamen vñus tantum sit & dicatur consecrator, duo verò reliqui tantum assistentes, sit ut sit opus omnes, & singulas actiones, quibus tale Sacramentum confertur, ab illis duobus peragi, sed sufficit, quod eas tantum perficiant, quas talis ordinatio iuxta suam institutionem, & naturam postulat ab eiusmodi assistentibus, quamvis ratione alicuius singularis actionis essentialis huic Ordini in ratione materiæ, & formæ partialium, quas simul exercent cum consecratore, & etiam ratione specialis suæ assistentiæ, sint & dicantur Ministri talis ordinationis.

Quare autem primam illam tantum actionem, quæ consistit in impositione manuum, & prolacione istius formæ, Accipe Spiritum sanctum, omnes tres isti Episcopi simul perficiant; reliquas verò etiam huic ordinationi essentielles, soli consecratori se præsentibus perficiendas relinquunt? potest hæc esse ratio, quod prima illa actio importet, etiam exteriori, & sensibili ceremonia actualem cooperationem eius, qui tunc ordinatur in numerum Episcoporum Ecclesiæ, quæ cooperatio cum fiat nominæ Ecclesiæ, & Ecclesiæ; prout est congregatio Episcoporum, non possit repræsentari minori numero, quam ternario, quia ut vulgò dicunt, tres faciunt numerum, sicut etiam & capitulum, duo verò minimè, sit ut traditè istius materiæ

teriz partialis, & prolacio partialis formæ ei correspondentis, debeat simul, & semel fieri à tribus Episcopis, duæ verò reliquæ, quæ important tantum instrumentorum traditionem, & verborum illis correspondentium prolacionem, quæ ex se non important realem, & physicam cooperationem assistentium, sed tantum consecratoris, ab illo solo perficiantur.

Non item obstat secundum; nam in Sacramentis, quæ constant pluribus materiis, & formis verborum partialibus, non est absolute necessarium ad illorum essentiam, ut quilibet Minister illius singulas materias, & singulas formas Sacramenti adæquatè sumpti applicet, & pronunciet: sed potest Minister totalis eiusmodi Sacramenti coalescere ex pluribus partibus Ministris, & videre est in sacram. Eucharist. Presbyteralis, & Diaconalis Ordinationis, in quibus vñus potest vnam tantum partialem materiam applicare, & formam ei correspondentem pronunciare validè cum affectu sibi correspondente; alius verò prima non repetita secundam partialem materiam, & formam ei correspondentem applicare, & proferre etiam validè.

Nec est quod quis dicat, istos tamen partiales Ministros semper applicare materiam partialem, & formam ei correspondentem proferre; at in ordinatione Episcopali duos reliquos Episcopos, duas reliquas partiales materias non applicare, nec formas illis correspondentes pronunciare, & nihilominus dici, & esse Ministros huius Sacramenti: non est (inquam) quod quis hoc dicat, nam in istis Sacramentis fortiuntur purè, & simpliciter rationem Ministri: at in ordinatione Episcopali tres Episcopi, ita dicuntur Ministri, ut tamen duo assistentes, sumendo nomen Ministri in rigore pro applicante materiam, & pronunciante formam, sint tantum Ministri per Ordinem, & habitudinem ad primam illam actionem ex prædictis tribus, & per Ordinem ad duas reliquas sint tantum assistentes: consecrator verò per habitudinem ad omnes, & singulas illas tres actiones (sit enim sæpe etiam in rebus ciuilibus) ut in executione rei alicuius plures requirantur personæ, non quidem ad omnes, & singulas istius rei exequendæ actiones, sed omnes ad vnam, & ad reliquas vñus sufficiat, modò plures alij ei assistant, qui tamen omnes communi hominum loquendi vsu non desinunt dici istius rei

Anton. Diana Pars XII.

Ministri; exempli causa, in pronuncian-do Senatusconsulto, in quo tamen deliberando, & concludendo plurium Senatorum suffragia requiruntur. Et hæc omnia docet Isambert. vbi supra; cui adhæret Franciscus Hallier de sacris Elect. part. 2. sect. 1. cap. 2. artic. 1. §. 13. num. 31. & alij Quæ quidem licet ingenuè & doctè excogitata sint, habent tamen suos anfractus: vnde ego magis persisto in opinione, quam superius docti: nempe in consecratione Episcopi solam manuum impositionem esse materiam, & formam esse verba illa, Accipe Spiritum sanctum, &c. nam dicta materia, & forma ab omnibus tribus Episcopis vna simul dicitur, & applicatur; ergo, &c. cæteros verò ritus puto non esse substantiales, sed accidentales; & ideo non est mirum si simul non efficiantur à tribus Episcopis, sed eo modo quo præscribuntur in Pontificali Romano; & ad confirmationem supradictorum dixit Pax Iordanus tom. 1. lib. 4. tit. 1. n. 19. Quamvis autem tres esse debeant, & vñus illorum censeatur principaliter agens, totamque consecrationem perficiens omnes tamen verba consecrationis pronunciare, & actiones simul cum ipso præstare tenentur, nec sufficeret si vñus partem ageret, alius aliam; vel si vñus manum imponat, & alius proferat verba, siue benedicat, prout etiam cauetur in collatione inferiorum Ordinum, cap. quorundam, & ibi gloss. fin. dist. 25. Hostiens. in summ. l. c. num. 7. Sylu. verb. Consecr. quæst. 1. Et de verbis consecrationis Eucharist. ac Baptismi tradunt passim DD: Ita ille.

An Episcopi in Consecratione debeant esse ieiuni sub præcepto.

RESOLVTIO XXXIX.

DE Ieiunio in die Sabbathi certum est, quod non importatur sub præcepto, ut patet ex Pontificali Romano, dicit enim tantum esse ieiunandum ex honestate. De Ieiunio autem in die Dominica certum est quoad Episcopum celebrantem obligare sub peccato mortali, ratione sacrificij Missæ, in qua debet communicari. Igitur difficultas procedit, quoad illos duos Episcopos etiam consecrantes, & quidem peccare mortaliter, si non ieiunio consecrarent, videtur docere Pax Iordanus qui plures textus Canonicos adducit. Sed si dicti textus loquantur imperatiuo modo magna quæstio

D 2 est

est, an obligent sub mortali: nam aliqui asserunt hæc verba importare præceptum quia quod imperatur, necesse est fieri. Ita Decius *in cap. nam concupiscentiam, in prima lect. in fin. de constit. Suar. lib. 3. de legib. cap. 15. num. 8.* Nauarr. *in Sum. cap. 22. n. 49.* Emanuel Sà *verb. lex, num. 6.* Philiar. *de offic. Sacerd. tom. 2. part. 2. lib. 2. cap. 2. dict. 1.* Hoc autem intelligunt Nauarrus, Philiar. chus, & Emanuel Sà de præcepto, sub solo tamen veniali obligante. Et hanc opinionem videntur aperte sequi Sayr. *clani regia lib. 3. cap. 7. num. 26.* ait enim non importare dicta verba obligationem sub mortali. Alij verò dicunt ea verba non importare præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba: & quando ius, vel superior aliquid sub culpa præcipere volunt, fortioribus terminis vti solent. Ita Caietanus 2. 2. *quæst. 186. art. 9.* circa solutionem ad secundum, Castro *lib. 1. de pœnali, cap. 5. document. 4.* Salon 2. 2. *quæst. 77. art. 1. controuerf. 8. col. 5. vers. ex his sequitur,* Carbon *de legibus, lib. 7. disput. 4. ad finem,* Valquez 1. 2. *disput. 138. cap. 3. num. 24. qui hoc limitat. num. 25.* præterquam in legibus contentis in iure Canonico, & Conciliis, quæ per solum verbum Imperatiui modi obligant ad culpam. Quod intelligendum est iuxta materiæ grauitatem, & necessitatem. Alij denique volunt standum esse consuetudini acceptanti, & intelligenti ea verba: si enim ea explicuit tanquam verba præcepti, continebunt præceptum; si verò tanquam verba consilij, continebunt consilium. Vbi autem consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam, etsi ea magni ponderis, & necessitatis sit, & ita verisimile sit, eam sic à superiore ponderatam, continebunt præceptum, fecus autem si non. Sic Anton. *in cap. nam concupiscentiam, in fin. de constit. & ibi Panorm. num. 4.* Imola *num. 10.* Alexand. de Neuo *num. 26.* Angel. *verb. lex, num. 3.* & ibi Tabien. *quæst. 28. num. 29.* Armilla *num. 4.* Syluest. *verb. Præceptum, q. 2.* Euerard. *in suis Topicis, loco ab æquipollentibus, num. 11.* Sanchez *tom. 2. Summ. lib. 6. cap. 4. num. 39.* Hoc supposito Auctores primæ, & tertiæ sententiæ assererent iura Canonica, cum verbis Imperatiuis afferentibus Episcopos in Consecratione debere esse ieiunos obligare sub mortali: Auctores verò secundæ sententiæ hoc non admitterent. Et ideo doctus, & amicissimus Pater Tamburinus *Opuscul. de commun. cap. 1. §. 6. num. 49.* sic ait: Doctores quæruunt vniuersaliter, an verba Impe-

ratiui modi, & in actu exercito præceptum indicantia, absolute prolata, præceptum contineant, qualia sunt, facite, caute, soluite, abstineant omnes, nemo audeat, & his æquipollentia. Et primò sunt aliqui qui putant probabiliter hæc nequaquam continere præceptum, sed consilium. Alij secundò probabiliter censent quidem præceptum continere, sed solum sub veniali, non autem sub mortali. Alij denique tertio probabiliter idem dicunt prædicta imperatiua verba, tunc solum præceptum indicare sub mortali, quando sunt in materiæ graui; nec alias opiniones probabiles inuenies de hac re. Ita ille. Vnde probabiliter quis dicere posset in casu nostro Episcopos consecratos non ieiunos, peccatum mortale non committere.

Quod potest confirmari: nam Iura Canonica asserunt Episcopum ministrantem Sacramentum Confirmationis debere esse ieiunum, vt patet *ex cap. vt ieiuni, & cap. Episcopi, de Consecratione, distinct. 5.* Sed hoc non obstante Doctores asserunt dicta iura non inducere præceptum, sed consilium. Et ita ex Granado, Hurtado, Ochagauia, Henriquez, Coninch, P. Suarez, Layman, & aliis docet P. Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 3. d. 2. quæst. 12.* Ergo & idem dicendum videtur in casu nostro, videlicet iura quæ requirunt ieiunium in Episcopis consecrantibus non importare præceptum, sed consilium, ideo tu cogita, & in praxi contrarium obserua, & sic factos Antiquiores ieiunos alios consecrare videmus.

An Episcopus consecrando aliquem in peccato mortali, peccet mortaliter.

RESOLVTIO XL.

PRIMA facie videtur respondendum negatiuè; quia, vt supra visum est non desunt Authores asserentes, nec consecrationem Episcopi, nec Episcopatum esse Sacramentum: ergo. Verum contrariam sententiam tenendam esse puto. Vnde Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 3. quæst. 12.* sic ait: Quæritur an Episcopus lethaliter delinquat, si lethalis peccati conscius consecratur? Quidam affirmant ea ratione, quod per consecrationem potestatem Ordinis suscipit, quæ est facultas quædam Sacramenta conferendi; igitur eo ipso, quod cum lethali peccato accipit consecrationem, facit contra sanctitatem Sacramento debitam: indignè enim suscipit

suscipit potestatem spiritualem Sacramenta ministrandi. Negant alij, quoniam per Consecrationem nullum Sacramentum, nullumque characterem suscipit, quamuis quædam Ordinis potestatem consequatur. Prima opinio videtur valde probabilis: nam quamuis per Consecrationem Episcopi character non imprimatur, datur tamen Ordinis potestas, qua Episcopus fit aptus, & idoneus; & proinde dignus minister ad quædam Sacramenta ministranda. Ita ille; qui tamen videtur sententiam contrariam improbabilem non putare. Sed hoc non admitteret Marchinus *de Sacram. Ord. part. 1. tract. 1. cap. 11. num. 18.* nam sic asserit. Probatur eadem conclusio ab absurdis; si ordinatio Episcopi non est verum Sacramentum, & verus Ordo, sequitur Episcopos ordinantes, & etiam qui ordinantur, si in peccato mortali tunc essent, nullum nouum peccatum admissuros, cum solum in praua Sacramentorum administratione noua peccata committant: hoc autem alienum esse ab omnium consensu quis non videt? Hæc Marchinus; & ideo nostram sententiam docent ipsimet aduersarij, qui contendunt Consecrationem non esse Sacramentum, vt Hurtadus *var. tom. 2. tract. vel resolut. 3. §. 4. num. 111.*

An si Episcopus incipiat Consecrationem in peccato mortali, si in mea sententia paulò ante impositionem manuum, & verborum prolationem, Accipe Spiritum sanctum, &c. eliciat actum contritionis excusetur à peccato mortali.

RESOLVTIO XLI.

ALII respondebunt negatiuè exemplo Confessarij, qui si incipiat audire confessionem alicuius in peccato mortali; etiam si ante absolutionem conteratur, non erit liber à peccato mortali. Et ita docet Franciscus Lugo *de Sacrament. lib. 1. cap. 1. quæst. 4. num. 38.* Auerfa *de Sacram. quæst. 64. sect. 4.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 28. sect. 1.* Posseuinus *de offic. Parochi, cap. 5. num. 41.* & alij. Probatur, quia totum illud opus est sacrum, & tendit ad sanctificationem recipientis; ac subinde prærequirit sanctitatem ministrantis, & ita peccaret mortaliter qui vel abluere, vel vngere inciperet in mortali.

Sed his non obstantibus affirmatiuè aliqui respondent; & ita me citato tenet Eminentissimus Lugo *de Sacrament. disput. 8. Anton. Diana Pars XII.*

num. 158. vbi sic ait: Verius tamen existimo, non esse peccatum mortale audire præcisè confessionem in peccato, dummodo quis habeat propositum confitendi, vel habendi actum contritionis, antequam proferat verba absolutionis, vt docet Henriquez *lib. 6. cap. 18. num. 6. in gloss. litt. V.* Et Diana *loco citato*, qui id probat ex eo, quod tunc Sacerdos non ministrat Sacramentum, sed solum quando absoluit. Verum de hoc ipso reddenda est ratio: nam aduersarij dicunt Sacramentum non solum administrari, quando proferitur forma, sed etiam quando apponitur materia, vt constat in Baptismo, Vnctione, & aliis, quæ non solum ministrantur quando proferuntur verba, sed etiam quando fit ablutio, vnctio, &c. Ergo in Sacramento Pœnitentiæ idem dicendum erit. Ratio ergo à priori, ex qua oritur discrimen ab aliis Sacramentis, hæc esse videtur, quod Sacerdos audiendo confessionem non agit, sed habet se passiuè, cuius signum est quod etiam si Sacerdos præter intentionem audiret peccata alicuius, subito accusantis se apud ipsum, & petentis absolutionem, posset proculdubio illum absolueret: auditio ergo, licet sit aliquo modo actus iudicialis, latè sumpro nomine *actus*, non est actio tamen strictè Confessarij, sed effectus actionis pœnitentis terminata ad Confessarium iudicem, qui habet se passiuè; & ideo non prærequiritur intentio Confessarij, sed pœnitentis, cuius illa est actio; & propter eandem rationem non requiritur status gratiæ in Sacerdote; quia tunc non agit, sed patitur à pœnitente, vt possit postea agere, & absolueret ipsum. Ex quo patet responsio ad argumentum supra adductum pro contraria sententia. Fateamur enim requiri potestatem in Confessario, vt auditio illa sit valida, & pars Sacramenti Pœnitentiæ, quia debet confessio fieri iudici, & ab eo audiri: hoc tamen non probat illam esse actionem iudicis, per quam Sacerdos agat, & operetur gratiam. Sicut etiam nunc Sacramentum Matrimonij sit validum, debet fieri apud Parochum, vel eius locum habentem; ipse tamen Parochus non agit, aut operatur gratiam illius Sacramenti, sed habet se passiuè, vt testis audiens consensum vtriusque coniugis, qui non erit validus, nisi exprimat apud Parochum. Sic confessio non erit valida, nisi fiat apud iudicem; iudex tamen non agit, vel operatur gratiam, quatenus

audit, sed quatenus operatur proferens sententiam absolutionis. Et hæc omnia docet Lugo, quæ quidem probabiliter applicari possunt in casu nostro.

An si Episcopus in peccato mortali consecraret, verbi gratia tres Episcopos, unum tantum peccatum committeret; vel tria.

RESOLVTIO XLII.

Suppono cum Alzedo de praxi Episcop. part. 1. cap. 4. num. 13. quod duo, vel tres, & quinque Episcopi simul consecrari poterunt sine dispensatione. cap. cum sit, §. de consecrat. Eccles. vel Altaris, & ibi Panormit. num. 1. & omnes Scribentes.

Hoc supposito, aliqui negatiuè respondent, quia licet administraret plura Sacramenta ordine, & numero diuersa, tamen quia successiuè administrantur, videntur administrata per modum vnius; & ita constituere vnum tantum peccatum in genere moris, sicuti si confirmaret plures personas in peccato mortali, vel illas ad Sacerdotium, vel alios Ordines promoueret, exemplo confessorij, qui si, verbi gratia, centum personas in peccato mortali successiuè absolueret, non centum, sed vnum peccatum committeret. Et ita docet præter alios à me alibi adductos doctus P. Tamburinus Opusc. de confess. lib. 2. cap. 1. §. 8. num. 55.

Verum contrariam sententiam de Confessorio alij sustinent; & sic in nostro casu de Episcopo dicerent. Sed quia prima opinio est probabilis, probabiliter puto sustineri posse in casu nostro Episcopum, non tria, sed vnum peccatum committere.

An irregularis, vel excommunicatus electus, & confirmatus Episcopus non obtenta absolutione, aut dispensatione, possit absque peccato mortali sumere consecrationem.

RESOLVTIO XLIII.

Suppono talem electum, & confirmatum Episcopum, ante consecrationem omnem adhibuisse diligentiam in sacra Pœnitentia, & non potuisse absolutionem ab excommunicatione, vel dispensationem ab irregularitate obtinere, nec posse Episcopatum renunciare, vel diutius suam Consecrationem differre absque aliorum scandalo; in tali, inquam, casu potest absque peccato se

consecrare, & postea progredi in diligentissimis adhibendis pro absolutione, & dispensatione. Probat, quia præceptum de vitando scandalo, & tuenda propria fama fortius est præcepto Ecclesiæ imponentis excommunicationem, & irregularitatem: ergo. Quod patet ex his quæ asserunt Doctores; & ideo Magister Serra in secunda secunda Diui Thomæ quest. 11. art. 4. sic ait; *Si quæras quid faciendum si heretico occulto, qui ad mentem rediit, & nec ab Episcopo, nec ab alio absolutionem in foro conscientie obtinere potuit?* Respondetur, non teneri se prodere, nec crimen suum fateri coram testibus, & notario, vt sic in vtroque foro ab inquisitoribus absoluat, sed posse per viam Pœnitentiariæ non detecto suo nomine ad Summum Pontificem mittere, vt sui absolutionem alicui committat. Quod si non possit facere, nec Romam ire, & instat tempus implendi præceptum annuæ confessionis, & communionis quam sine graui scandalo, aut infamia non potest omittere, poterit cuilibet confessorio approbato confiteri, qui illum directè absoluens à peccatis non referuat, indirectè absoluat à crimine hæresis. Et idem est de eo, qui misit ad Summum Pontificem; vt sui absolutionem alicui committat, & interim si non communicet, aut celebret, grauem infamiam incurrat, & scandalum magnum oriatur. Nec obstat excommunicatio; qua hæreticus pœnitens innodatus est, & à qua, nec in iusto casu potest Confessorius absolueret: nam sicut prædictus hæreticus naturaliter, & inuincibiliter oblitus peccati hæresis, quam post consensum occultè protulit, bona fide, & cum debita aliàs dispositione accederet ad Sacramentum pœnitentiæ, & confiteretur peccata non referuata, & absolueretur, maneret in foro conscientie indirectè absolutus à crimine hæresis referuato, non obstante excommunicatione, qua est innodatus: ita & in casu prædicto, indirectè absolutus manebit à peccato hæresis, cum onere tamen illud iterum confitendi, cum copiam Confessorij autoritatem habentis habuerit. Est & huius rei aliud exemplum de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & nese prodat, & crimen eius fiat manifestum, celebrat, & confiteretur sua peccata Confessorio, qui non potest illum absolueret ab excommunicatione. Sunt etiam qui dicant, secluso quoque scandalo, & periculo grauis infamie supradictum hæreticum occultum procurantem pro viribus absolutionem, sed, ob paupertatem, aliudve legitimum impedimentum non valentem Romam adire, vel mittere, neque ab Episcopo, vel Inquisitore abso-

abso

absolutionem obtinere, si verè pœniteat, & contritus sit, posse interim Missam celebrare, si Sacerdos, vel Eucharistiam sumere, si est Laicus. Sed hoc alii non placet & merito; cum secluso scandalo, & infamia, nulla sit vrgens causa fumendi Eucharistiam in tali casu. Aliàs etiam Sacerdos, qui alium occidit, si non posset irregularitatis dispensationem obtinere, Missam celebrare posset secluso periculo se prodendi. Huc vsque Serra. Ex quibus patet ratione scandali posse alicui Missam dicere, vel Eucharistiam sumere non obtenta absolutione ab excommunicatione post diligentias adhibitas.

Vnde ex hac doctrina, me citato, doctiss. Pater Paulus Maria Quartus in Rub. Missalis part. 3. tit. 7. sect. 3. dub. 3. difficult. 2. collegit regularem; qui per pium Confessorium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absolueretur à referuatis; si absque nota non posset omittere sacrum, vel communionem, posse aliquo ex prædictis modis, vel communicare cum sola contritione, vel confiteri solum non referuata, vel simul etiam referuata, super quæ cadet in directo absolutio, & hoc etiam si peccata referuata adnexam habeant excommunicationem, vel aliam censuram referuatam: quamuis enim posset confiteri Superiore, quia tamen inter Regulares hoc censetur notabile incommodum, adeo censent probabiliter Doctores illum carere copia Confessorij. Ita ille, cui adde de Theologia morali optimè meritum Patrem Tamburinum Opusc. de Communione, cap. 1. §. 6. num. 44.

Confirmantur superius dicta ex alia doctrina P. Thomæ Hurtado varior. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 21. num. 1156. vbi sic ait; Irregularis etiam ex delictis, si sit occultus non tenetur restituere fructus, quia vsque ad iuridicam priuationem habet titulum Beneficij, & sic facit fructus suos; dummodo per se, vel per alium præstet onera Beneficij, excepta pensione diuini Officij, quam non potest per alium præstare, cum sit onus personale. Ita Coninch. disp. 18. num. 5. Filliucius tract. 19. num. 69. & 70. Si tamen non possit per alium alia onera Beneficij præstare, nec obtinere dispensationem irregularitatis, tenetur in conscientia Beneficium resignare, nisi alia maior necessitas vrgeat, vt quia bene opinatus famam amitteret, vel est necessariam ad sustentationem vitæ, & cogetur mendicare cum dedecore. Ita ille, cui adde Bonacinam de censur. disp. 1. quest. 1. punct. 3. num. 6. verb. *Item potest.*

An Episcopus eadem die sua Consecrationis possit Ordines conferre.

RESOLVTIO XLIV.

Suppono, quod in Episcopo Ordinante requiritur, vt non solum sit electus, & confirmatus, sed etiam consecrationem Episcopalis characteris imprimatur, & matrimonium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam suam consummatur. Quare ante Consecrationem postquam fuit electus, potest quidem dici Prælat, & habere potestatem iurisdictionis; non tamen dici Episcopus, aut habere potestatem ordinis, vt habetur in cap. inter corporalia de translat. Episcop. Nihilominus postquam fuit electus, & confirmatus, licet ante Consecrationem non possit ea munera exercere, quæ sunt Ordinis Episcopalis, potest tamen delegare alteri Episcopo consecrato omnia quæ sunt Ordinis Episcopalis. Abbas in capit. cum ex illo de translation. Episcoporum numer. 10. & in cap. suffraganeis de elect. num. 6. His suppositis, ad dubium propositum respondeo, Episcopum ea die qua est consecratus, non posse alios ordinare, licet si ordinet, ordinatio sit valida. Ita habetur in capit. quod sicut, §. Super eo de elect. & ibi Panormitanus, & alij Doctores. Et ita docet Marchinus de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 2. cap. 11. num. 2. cui ego addo Mauritium Alzedum de Præstantia Episcop. cap. 4. num. 15.

An si aliquis ex tribus Episcopis non imponeret manus super caput consecrandi, vel non proferret formam, Accipe Spiritum sanctum, Consecratio esset inuvalida.

RESOLVTIO XLV.

Hæc questio maximè procedit in sententia, quæ docet materiam, & formam consecrationis Episcopalis consistere in supradictis ritibus. Ad hoc dubium sic respondet Fragosus de Regim. Republica Christiana, tom. 2. lib. 8. disput. 18. §. 15. Ambigi etiam potest, an quilibet trium Episcoporum, qui manus imponunt super caput Episcopii, & tenent codicem Euangelij, consecret Episcopum. Negant aliqui nullum ex tribus per se solum consecrare, sed omnes tres simul, & coniunctim. Ita Glossa, & Hugo in cap. Episcopus, distinct. 23. Syluester tamen in verb. Consecratio primò, num. 1. melius

D 4 melius

melius, ac veriùs tradit post Hostienfem, & Gofredum vnum totam consecrationem peragere, alios verò adiutores esse. Requiritur tamen, quod assistant consecrationi, & adiuuent saltem tres Episcopi, *cap. ne Episcopi, per textum, sine tribus, de temporibus Ordinationum Henriquez in Summa, lib. 10. cap. 24. §. 1. Paulus Comit. responsorum moralium, lib. 1. quest. 48. num. 13.* aliàs non esset consecratus, *per Gloss in dict. cap. ne Episcopi.* Confirmantur quæ dicta sunt ex verbis Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 17. vbi sic ait; Nota, quod vnus Episcopus principaliter totam consecrationem perficit, & alij sunt quasi coadiutores secundum Hostienf. & Goffred. quos refert Syluester in verbo *Consecratio* 1. num. 1. & hoc dicit esse melius, vel secundum Hugonem & Rayner. quos refert etiam Syluester *ibi*, sunt tres actiones, & vna passio, sicut cum tres portant lapidem, & notat bene Syluester, quod essentialia consecrationis necessariò faciendæ sunt ab eodem ministro: si enim vnus imponat manum, & alius dicat verba, nil agitur, vt patet etiam in alijs Sacramentis. Sed audiamus Azorium *part. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 3.* sic asserentem; An quilibet trium Episcoporum manus imponentium, & Euangelij codicem tenentium, consecret? Sunt qui dicant, nullum per se solum consecrare, sed omnes tres simul, sicut cum tres trabem portant, trahuntur, nullus eorum per se solus id facit, sed omnes simul, & coniunctim, sic Gloss. & Hugo in *cap. Episcopus, distinct. 23.* Sed verius est ait Syluester in verb. *Consecratio* 1. num. 1. quod Hostienf. & Goffredus docuerunt, vnum totam consecrationem efficere, alios verò adiutores esse. Vnde Nicolaus sambert. in 3. part. *Diui Thoma de Sacramento Ordinis, disput. 6. art. 1.* dixit, duos Episcopos assistentes propriè, & in rigore non esse ministros ordinarios Consecrationis Episcopalis, sed solum consecratores. Vide etiam Pacem Jordanum *tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 24.* Sed quidquid id sit de mente supradictorum Doctorum, qui non tam clarè, & definitè explicant, assero, quod resolutio propositæ difficultatis pender ex diuersis opinionibus: Nam Authores qui tenent ternarium Episcoporum esse de iure Ecclesiastico, respondebunt hanc consecrationem esse validam ex his quæ ex mente eorum dicit Hallier *de sacris Electionibus, part. 2. cap. 2. art. 1. §. 2. num. 11.* Rationibus (ait) etiam agunt istius sententiæ defensores, tum quod in Pontificali Rom. Item. que veteri Romano Ordine, vbi de Consecratione Episcopi agitur, vnus solum consecrator vocetur, reliqui assistentes duntaxat

dicantur; atque adeo vnus solum fit verus Minister, qui Sacramenti effectum operetur, reliqui ad solemnitatem duntaxat, & ritum consecrationis adhibeantur, quibus proinde sublatis, validam necesse est manere Episcopi consecrationem: tum quod vnus Sacramenti, cuiusmodi est consecratio Episcopalis, vnus per se debeat esse Minister, qui per se effectum Sacramenti operetur; quare cum consecratio Episcopalis Sacramentum vnicum sit, non debent eius plures dici per se Ministri, qui per se consecrationem perficiant, sed vni duntaxat id debet tribui, quamuis plures materiam præbere, & verba proferre videantur.

Nec obstat dicere cum Hallier, §. 4. n. 19. quod Episcopi assistentes principali consecratori materiam exhibeant, & verba consecratoria proferant: ideoque ab substantiam consecrationis pertinere debeant: nam, verbi gratia, Sacerdotes qui simul cum Episcopo sacrificium Missæ peragunt, materiam præsentem habent, quam consecrant, eodem modo, quo Episcopus, & consecratoria, seu transmutatoria verba panis, & vini in Corpus, ac Sanguinem Christi cum Episcopo quoque celebrante proferunt, neque tamen ad substantiam consecrationis Corporis, ac Sanguinis Christi, eo sensu spectare dici possunt, quasi ipsi ad eam necessarij sint, nec Episcopus vnicus sufficiens Minister esse possit. Itaque siue vnus tantum ministrorum, is scilicet, qui vocatur principalis Consecrator consecrationem Episcopalem perficiat; alij solum ad testificandum suum consecrationi assensum verba proferant, & materiam cum consecratore exhibeant, siue consecrationem ipsam, omnes, & singuli indiuisim operentur non sequitur tres istos consecrationi cooperantes ad necessitatem consecrationis esse requisiti, aut non ab eorum vno validè perfici posse. Hæc asserunt Doctores qui putant ternarium Episcoporum esse tantum de necessitate præcepti; & ideo, vt dixi, supradictam consecrationem validam esse putarunt.

verum Authores putantes ternarium Episcoporum esse de necessitate Sacramenti, respondebunt illam consecrationem esse inuvalidam; & ideo Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract. 1. part. 2. cap. 12. num. 8.* sic ait; vnus solus Episcopus consecrationem perficit, & alij duo assistentes, vt colligitur ex Pontificali, in quo vnus solus dicitur consecrator; ergo de necessitate Sacramenti non requiruntur tres Episcopi. Respondetur idem Pontificale etiam præcipere, omnes tres Episcopos debere simul manus super caput Episcopi ordinandi imponere, & simul verba profer-

re

re. Ex quo rectè colligitur, omnes tres essentialiter requiri, cum omnes materiam, & formam talis Consecrationis subiecto applicare debeant: quod si vnus ibidem dicatur consecrator, & alij assistentes, hoc non oritur, quia omnes, tres simul non consecrent; sed quia vnus, nempe Metropolitanus est principalis consecrator, & ipse solus omnes verè cæremonias perficit. Vnde afferam hîc ferè Doctoris Hallier vbi supra §. 5. n. 33. Prima ratio ait; quod in Pontificali Romano vnus solum dicatur consecrator, reliqui vocentur assistentes, non contuincit vnicum esse duntaxat necessarium Ministrum, qui solus consecrationem peragat: cum enim librum Euangeliorum omnes super caput ordinandi teneant, omnes manus imponant, omnes verba consecratoria proferant, omnes quoque consecratores verè dici possunt, cum in iis solum consecratio substantialiter consistat. Quod ergo vnus tantum consecrator dicatur, ratio est, tum quod penes vnum; puta Metropolitanum; aut eum qui eius vices gerit; præcipuè consecrati ius, & auctoritas resideat: tum quod vnus solus cæremonias omnes magna ex parte faciat; tum quod vnica sit consecratio, ad quam licet plures adhibeantur, omnes tamen præcipuo consecratori cooperentur, coniunganturque ad vnicam consecrationem peragendam, & vnitatem Ecclesiæ demonstrandam, quæ ex pluribus etiam Pastoribus resultat vni semper tanquam capiti vnitatis. Ex quibus altera quoque ratio diluitur: nam quod vnus Sacramenti vnus dicitur esse minister, hoc verum est de vnico totali ministro non de partialibus, qui omnes agant per modum vnus, quod speciatim in Ordinatione seruatum fuit, vt & à pluribus ministris Episcopi in vnam causam conuenientibus sacrentur, & tam consecrati in Episcopos, quam in Præbyteros consecratoribus suis concelebrent, ad vnitatem Ecclesiæ seruandam, quæ in Episcoporum vnione, inter se, & adhærentia populi cum Episcopis præsertim consistit, vt fusè ostendit Gyprianus. Ita Marchinus.

Sed quia ego, vt supra adnotaui ex dictis sententiis vtramque probabilem esse puto, vt rectè etiam tenet & obseruat Pater Contreras in *Scriptura contra Consecrationem Episcopi, de Paraguay art. 1. dub. 1. n. 3.* ideo assero in difficultate proposita talem consecrationem Episcopi, iterum sub conditione iterandam esse, ex doctrina inferius in particulari Resolutione firmanda.

An Episcopus consecrandus si non fuerit insignitus Sacramento Confirmationis peccet mortaliter, & Episcopi eum consecrando..

RESOLVTIO XLVI.

Videtur affirmatiuè respondendum: nã Concilium Tridentinum *sess. 23. c. 4. de Reform.* præcipit vt neque prima Tonfura initientur, qui Sacramentum Confirmationis antea non susceperint, & hoc sub obligatione peccati mortalis, vt docet Nugnus, Toletus, Fornariusque & alij, quos citat, & sequitur P. Auerfa *tom. 1. de Sac. Confirmationis, q. 72. sect. 6.* quia, ait, illa verba Concilij sufficientia sunt ad imponendum præceptum, & inducendam grauem obligationem: Et ita ipsa praxi, & vtu accepta videntur: siquidem Prælati coliarum Ordines, aut primam Tonfuram, diligenter de præuia Confirmatione inquirunt, & de hac re tanquam graui solliciti sunt; solentque documentum susceptæ Cõfirmationis, vel à Parocho, vel à proprio Prælato, quando alienus de licentiâ proprij quemquam initiaturus est, diligenter exigere. Accedit, quod alioqui posset quis non confirmatus promoueri absq; graui culpa, vsq; etiam ad Episcopatum ipsum, & tunc liberè confirmare alios. Quod sanè videtur graue inconueniens, & non sine notabili scandalo audiretur, si Episcopus quis pèteret confirmari, cum non esset antea cõfirmatus. Imo plerique ex Authoribus oppositæ sententiæ vltrò asserunt, quod peccaret mortaliter si quis non confirmatus teneret alterum in Confirmatione, & aliqui volunt, quod non contraheret spiritualem cognationem: vt planè multò plus est confirmare, quàm tenere in Confirmatione: & non minor transgressio videtur ordinari quempiam non confirmatū; igitur hoc non vacat culpa mortali. Et certè si Canon iubens, vt non confirmatus nō teneat alterum, accipitur cum hoc rigore, vt inducat obligationem sub culpa mortali: pariter accipi debet decretū Concilij, vt prima Tonfura non initietur qui confirmati non sunt; & similiter, vt non promoueantur deinceps ad Clericales Ordines. Et alioqui in singulis committeretur nouum mortale peccatum. Ergo si aliquis ex præcepto Concilij Trident. non potest suscipere minores Ordines, imò neque primam Tonfuram, si prius non fuerit confirmatus, quanto magis dicendum est in casu nostro Episcopum nō confirmatum peccare mortaliter, si consecrationem Episcopalem

reci

recipiat non insignitum Sacramento Confirmationis, & idem peccatum committere Episcopum illum consecrantem consequenter dicendum erit.

Sed licet hac sententia sit probabilis, non minus probabilem, imò probabiliorem contrariam esse existimo. Ita tenet Suarez *disp. 38. sect. 1.* Valent. *quest. 2. punct. 3.* Coninch. *hac quest. artic. 8. n. 90.* & de Ordine *disp. 20. dub. 10. num. 103.* Viuald. *de Confirmatione. num. 4. 1.* Victoria *de Ordine. n. 232.* Auila *de censuris, part. 7. disp. 9. sed. 1. dub. 3.* Nauar. *in summa capit. 22. num. 9.* Azor. *tom. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 1.* Molfes. *tom. 2. lib. 28. cap. 3. num. 24.* Zambran. *de Casib. occurrent temp. mort. cap. 2. dub. 3. num. 3.* Sotus *in 4. dist. 7. quest. 1. art. 7. propos. 3.* quibus omnibus adde, me citato, Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 3. disp. 2. quest. 8.* Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. vn. dub. 10. n. 100.* Martinon *de Sacram. tom. 1. disp. 66. sect. 1. num. 11.* afferentes verba Concilij Tridentini non importare præceptum sub mortali, nec in ordine ad recipientes Ordines nec in Ordine ad Episcopos ministrantes. Et ideo, me citato, Martinus de San-Ioseph. *in Monit. Confess. l. 1. tract. 2. de Confirmatione n. 16.* sic ait: *Aunque muchos Autores afirman que peccan mortalmente el que recibe Orden sacro sin estar confirmando,* Tolet. *lib. 2. cap. 71. num. 6.* Bonac. *de Sacram. disput. 8. quest. vn. punct. 5. num. 10.* y otros que piensan, que se haze contra precepto del Concilio Tridentino *sess. 22. cap. 4. de reformat. pero tengo por mas probable: que no es pecado mortal, porque el Concilio no habla con los Ordenantes, sino con el Obispo. Y confirmo con que, Cui verba legis non conueniunt, eidem non conuenit legis dispositio, lib. 4. §. toties, vbi Paulus. ff. de damno infecto, quod constitutum, ff. de milit. testam. l. ita autem in princip. & ibi Bartolus ff. de administ. tutorum, l. has accusare, §. omnibus, ff. de accusat. l. 1. §. loquitur, ff. de aqua quotidiana, l. si ancillas omnes, ff. de legat. 1. l. adingere, §. quamuis, ff. de iure patr. lib. 2. Cod. communia de legat. cap. indemnitatibus, §. sed cum eas de elect. lib. 6.* Sic Granados *tract. 4. disp. 1. num. 9.* (*que juzga, que ni aun venialmente no pecca*) Hurtad. *tract. de Confirmat. difficult. 11. y otros muchos. Y aun el Obispo juzgo, que no pecca mas que venialmente ex ordenar a los que no estan confirmados, porque no es materia graue que como dicimos arriba, tract. 2. num. 17. no es pecado mortal dexar de recibir este Sacramento, vltra Autores ibi citatos, Suarez disput. 38. sect. 1. Coninch. art. 8. num. 9. Valencia tom. 4. disp. 5. quest. 2. punct. 3. Sa verb. Confirmatio num. 11. Zam-*

branus de casibus reseruatis temp. mortis, c. 2. dub. 4. num. 1. y la razon es, por que el efecto deste Sacramento, se puede adquirir por otros medios, como por la oracion, y por la reception de otros Sacramentos. Y assi muchos se saluan sin recibir el Sacramento de la Confirmacion. Vnde ex hac opinione potest quis tenere Episcopum confirmandum non peccare mortaliter se consecrando non initiatum Sacramento Confirmationis, neque Episcopum illum confirmando: nam non inuenio Textum in contrarium hoc præcipientem sub peccato mortali, nisi Textum Tridentini Concilij, cuius verba, vt supra visum est, non importare præceptum sub mortali, satis probabiliter Doctores citati asserunt. Ergo, &c. Et ita in terminis de Episcopo consecrante Episcopum non confirmatum docet Serra *in 3. part. D. Thome quest. 72. art. 8. ad 3. fol. mihi 265.*

Sed hic casum curiosum inquirō, an hic Episcopus non confirmatus sic consecratus, peccet postea mortaliter conferendo aliis Sacramento Confirmationis? Et affirmatiuè respondet Tannerus *tom. 4. quest. 4. dub. 2.* At ego contrariam sententiam teneo. Dico igitur solum peccare venialiter, quia licet sit aliqua inordinatio ministrare hoc Sacramentum ex officio, & illud nolle suscipere, non tamen est grauis. Et ita docet Nauarrus *c. 22. n. 9.* Granad. *in 3. part. tract. 2. disp. 1. num. 11* quibus adde doctum Patrem Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 2. quest. 7.* Dicastillum vbi supra, *dub. 11. n. 126.*

An Consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili sit reiteranda cum conditione.

RESOLVTIO XLVII.

Videtur respondendum negatiuè; probatur: nam non desunt Doctores afferentes quod si quis ex obliuione Magistri Cœremoniarum Calice vacuo cum solo pane ei porrecto Sacerdotio initiaretur, talis ordinatio non esset repetenda. Et ita docet Henriquez, Bonac. Filiuccius alibi à me adducti. Et hoc satis probabile putat Dicastillus *de Sacram. tom. 1. disp. 1. dub. 10. n. 160. & 161.* Et tamen adest opinio contraria asserens esse de substantia Ordinationis Sacerdotalis in Ecclesia Latina traditio vtriusque speciei, videlicet Calicis cum vino, & Patenæ cum pane, quia id clarè videtur docere Florentinum, his verbis Presbyteratus traditur *per Calicis cum Vino, & Patenæ cum Pane porrectionem.* Sic Conc. & sic docent Gran. *tr. 1. de*

de Ordine, disp. 3. num. 12. & 13. dicens esse communem sententiam. Hurtadus *de Sacram. Ordinis, difficult. 11. disp. 5. prop. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 11. difficult. 4. n. 1.* Dicastillus vbi supra, & alij.

Probatu secundo, quia contactum physicum esse de substantia ordinationis Sacerdotalis, & aliorum maiorum Ordinum docent plures, & non ignobiles Auctores, & tamen Petrus Marchant. *in Tribunal Sacram. tom. 3. tract. 6. tit. 2. q. 3. cor. 2.* docuit Sacerdotem non tangentem Calicem, & Patenam in sua Ordinatione, non debere iterum ordinationem reiterare. Ergo.

Probatu Tertio, auctoritate Fornierij, & Filiuccij quos citat, & sequitur Gesualdus *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 35. cap. 3. n. 6.* asserens ordinatum in Sacerdotium cum Calice, & Patena non consecrata posse acquiescere sine scrupulo. Et tamen non desunt Doctores afferentes, quod saltem in Ordinibus sacris, in Subdiaconatus; & Presbyteratus Ordine instrumenta (nempe Calicem cum patena) quæ traduntur in manus Ordinatarum, debere esse prius ab Episcopo consecrata: Vnde dicitur eis: *videte quale mysterium vobis traditur. Et accipite potestatem offerendi,* &c. Non enim Sacrificium Missæ offertur, nisi in calice consecrato: talis enim videtur esse communis Ecclesiæ vsus: nam Episcopi in collatione sacrorum Ordinum semper videntur calice consecrato pro significatione mysterij: ita Paludanus *in 4. d. 14. q. 2.* Turreci emata, & Præpositus *in Can. per sacros, dist. 25.* Sulu. *verb. Ordo 2. §. 4.* Mar. Fornarius *in addit. ad Tolet. de Ordine, c. 2. n. 6. & alij.*

Verum, his non obstantibus, ego olim docui cum Granado Baptismum, Sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili esse, denuo reiterandum sub conditione. Et hanc sententiam tenet etiam scientia, & dignitate eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *in Respons. Moral. lib. 1. dub. 3. n. 11.* vbi sic ait: *Quicquid sit de alio Sacramento, an in eorum collatione, & susceptione liceat amplecti opinionem probabilem, in Baptismo tamen, Sacerdotio, & Episcopatu propter eorum necessitatem, & damnum irreparabile, quod ex eorum inualiditate consequeretur, debemus quoties fieri potest certam & securam viam amplecti,* & *dub. 33. num. 3.* sic ait: *Ego in prædicto casu dixi, Titium potuisse, in prima ordinatione quiescere absque vlla reiteratione, etiam conditionata; non tamen peccaturum, si ad maiorem sui animi quietem iterum sub conditione ordinaretur, quod etiam Episcopus poterat*

*licitè in eius gratiam facere. Vt verò fundamentum huius responsi intelligatur, recolenda sunt que dixi disput. 7. de penitentia, sect. 13. num. 273. & seqq. vbi ostendi obligationem quidem esse repetendi sub conditione Sacramentum Baptismi; & Ordinis Sacerdotalis, vel Episcopalis, propter maxima inconuenientiam, & damna, que ex inualiditate horum Sacramentorum sequerentur, quoties dubius est valor, vel quoties probabilis sententia dicit, non fuisse valida. Id tamen non procedere quando sententia negans valorem non estimatur probabilis; sententia affirmans obligationem reiterandi Sacramentum: sunt enim diuersæ questiones an sit validus, v.g. Baptismus taliter collatus: & an sit postea sub conditione repetendus; & coningere potest non esse probabilem sententiam negantem valorem, & tamen probabilem esse sententiam affirmantem obligationem reiterandi Sacramentum sub conditione. Quando ergo probabilitas versatur circa defectum valoris, fatemur esse obligationem repetendi Baptismum; quando verò probabilitas solum versatur circa obligationem repetendi, tunc non semper tenetur homo Sacramentum repetere, sed potest amplecti opinionem contrariam probabilem, negantem illam obligationem, quia sicut in aliis omnibus materiis practicis, sic etiam in obligatione repetendi Sacramentum, possumus amplecti iudicium probabile Doctorum dicentium, in eo casu non esse talem obligationem, quamuis alij probabiliter dicant esse; quia probabilitas hac non versatur circa valorem, sed circa licitum, & iudicium practicum, dictans hinc, & nunc posse licitè non repeti Sacramentum, quod iudicium probabile practicum, & vltimum in omni materia possumus licitè amplecti, vt explicauit loco citato. Huc vsque Lugo. Et ideo hanc sententiam tuetur etiam doctus Pater Escobar *in Theol. Moral. tract. 7. exam. 8. cap. 4. §. 3. num. 46.* Tannerus *tom. 4. disp. 7. quest. 2. dub. 4. num. 98.* & Franciscus de Contreras in fauorem Patrum Societatis Iesu contra Consecrationem Episcopi *N. art. 1. dub. 1. num. 6.* Et tandem nouissimè, me citato, hanc sententiam docuit noster Pater Quartus *in Rubr. Missalis part. 3. tit. 1. dub. 16.* vbi sic ait: *Tertia sententia media, quam omnino veram existimo, sic distinguit, si loquamur de Ordine Sacerdotali, & Episcopali, dicendum est in prædictis casibus, & similibus, quando sunt opiniones pugnantibus circa valorem Ordinis, necessariò iterandam esse Sacram Ordinationem sub conditione, & interim abstinendum esse à celebratione, secus de aliis Ordinibus inferioribus.**

Probatur primò, quia ex inualiditate Ordinis Sacerdotalis sequuntur grauissima incommoda, tum contra reuerentiam Sacramentis, tum precipue contra bonum animarum, quia non conficitur Sacramentum Eucharistiae, neque sacrificium; sicque fideles communicando non recipiunt verum Sacramentum, nec consequerentur fructum sacrificij, nec validè absoluerentur in Sacramento Penitentiae: ergo ne dum virtus religionis, sed etiam charitas omnino obligant ad cauenda ea pericula, & tollendam dubietatem iterata susceptione Sacerdotij. Probatur consequentia quia charitas obligat ad vitanda huiusmodi damna, & vitanda spiritualia, quoties fieri potest.

Quarta ratio est ratio de Ordine Episcopali, quae per se patet, ex cuius valore pendet etiam validitas Ordinis Sacerdotalis in alijs. Hæc P. Quartus. Vnde ego nuper interrogatus de his tribus casibus, respondi, Episcopum N. qui consecratus fuit ab vno tantum Episcopo, debere iterum consecrari. Secundò, Episcopum consecratum absque Vnctione Chrismatica, sed cum Oleo Cathecumenorum, esse iterum in alia consecratione cum Sacro Chrismate vngendum. Tertiò, idem sensu de consecratione Episcopi N. de qua scripsit latè Pater Contreras vbi supra: nam licet omnes supradictæ consecrationes fuerint factæ quoad validitatem cum opinione probabili, tamen ex rationibus superius adductis existimaui iterum illas sub conditione reiterandas esse.

Item ex his contra Doctores superius adductos, apparet me rectè olim respondisse, ordinationem Sacerdotis factam cum Calice vacuo fuisse reiterandam. Et ita, me citato, tenet doctus Pater Leander de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 1. quest. 9. Secundò interrogatus, an Ordinatio Sacerdotis facta cum Calice non consecrato esset sub conditione reiteranda, etiam respondi affirmatiuè; & ita, me citato, Pater Quartus vbi supra in Rubr. Missalis, part. 3. tit. 1. sect. 2. dub. 4. Tertiò, Ordinationem Sacerdotis, qui non tetigit Calicem, esse reiterandam per ea, quæ adducit Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 14. n. 205. & alij communiter.

Sed aduersus superius dicta vrgent duo fortissima argumenta, deducta ex factis Summorum Pontificum. Et primò, cum in India aliqui Episcopi fuissent absque dispensatione Pontificia in Episcopos consecrati, Pius IV. in quadam Bulla, data apud Sanctum Marcum die 11. Augusti 1562. Pontificatus sui, Anno 3. quam per extensum apponit Pater Contreras contra consecra-

tionem Episcopi de Paraguay; art. 1. dub. 2. n. 13. sic asserit. Nos igitur Sacrorum Canonum aequitatem à nemine ultra quam prestari possit, exigere perpendentes, ac omnes & singulos venerabiles fratres Archiepiscopos, & Episcopos in Indijs præfatis constitutos, qui hæcenus prædicto numero Prælatorum competenti ad id non adhibito, aliàs tamen ritè susceperunt, ab huiusmodi excessu, ac suspensionis, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis per eos propterea incurjis, Apostolica Authoritate tenore præsentium absoluentes, secumque super irregularitate, si quam inde contraxerint; & quoad munere præfato, sic per eos suscepto, suisque, & Presbyteratus Ordinibus, ac Officio Pontificali vti, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare; ac suis, & in Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs præesse liberè, & licitè valeant, & specialis dono gratia dispensantes. Ita Pontif. Ex quibus verbis apparet, quòd illi Episcopi fuerunt ordinari cum opinione tantum probabilij; nempe non esse de substantia consecrationis tres Episcopos, non obstante, quod opinio contraria non sit minùs probabilis, vt supra ostendimus: at tamen Pontifex non imposuit onus illis Episcopis, vt iterum consecrarentur sub conditione: Ergo hoc necessarium non est contra sententiam, quod supra cum Granada, Lugo, & alijs firmauimus alioqui dicendum esset, Pontificem in tali casu rectè non processisse ex absurdis quos nos supra adduximus, si illa consecratio Episcoporum in India sic administrata, non fuisset valida: sed hoc dicere absurdum videtur: ergo.

Vidit hanc difficultatem P. Contreras; vbi supra art. 1. dub. 1. & illam conatur dissoluere. Sic itaque asserit. Pero parece oponerse a esta: resolucion, y doctrina del Padre Granados, y los de mas, la Bula de Pio IV. que pondre en la duda siguiente: porque en ella su Santidad dice, que à los Obispos, o Arcobispos; que se huieren consagrado en este Reyno sin dispensacion de la Sede Apostolica ab vno Episcopo, los absolue de la suspencion, y de otras censuras, y penas, que por auerse assi consagrado huieren incurrido: y que absueltos, y dispensados, puedan administrar el oficio Pontifical, y Sacerdotal liberè & licitè: luego no se deue decir (supuesta esta Bula) que el Obispo que se huieren consagrado ab vno Episcopo, sin dispensacion del Pontifice, se deua consagrar sub conditione, por asegurar el Carácter Episcopal; y por el riesgo, que se podria seguir de no conferir el orden Sacerdotal en los ordenados por el tal Obispo. Pues su Santidad en caso, que huiese sucedido tal cosa

consagracion, passa por ella para que el assi consagrado, administre el oficio Pontifical, &c. sin hazer mencion del valor, o no valor de dicha consagracion; antes suponiendola por valida, como consta de la dicha Bula.

Para la Solucion de esta dificultad supongo, que a la Santidad de Pio IV. no le suplicò la Magestad del Rey Don Felipe I. nuestro Señor, que con la benignidad Apostolica pusiese remedio en algun Obispo, o Arcobispo por auerse consagrado sin dispensacion ab vno Episcopo, sino que le pusiese en que por la penuria, que auia en estos Reynos de Obispos, se pudiesen en ellos consagrar los electos ab vno Episcopo, sin tener necesidad de tres Obispos, como pide el derecho, y su Santidad obiter por si alguno se huiese consagrado de essa manera sin dispensacion de la Sede Apostolica, le absoluo de la suspencion, y de mas censuras, que certissimè auia incurrido, y mandò, que el de mas administrasse en el orden, y oficio Prouincial, y rroueyò à la suplica de su Magestad, dispensando para que los Obispos de estos Reynos se pudiesen consagrar ab vno Episcopo, &c. Esto supuesto respondo al argumento, y digo, que aunque tiene mucha autoridad de la Bula de Pio IV. citada en apoyo de la opinion, de que la consagracion del Obispo, facta sine dispensacione Pontificis ab vno Episcopo es valida, aunque illicita, y pecaminosa, no por esso condeño la contraria, que lleuan tantos, y tan esclarecidos Doctores, fundada con tan graues, y tan fuertes razones, como hemos visto, y se pueden ver apud Gabr. Vafq. vbi supr. Solo pues se ha de decir, que su Santidad en el caso dicho se acomodò con la opinion probable: Al modo de los que dizen, que el Sumo Pontifice en causa proporcionada, puede dispensar el en matrimonio rato non consumado, trayendo exemplo de muchos Pontifices que han y a dispensado à que los Autores de la contraria sententia, persistiendo en ella, dizen, que si tal vez ha dispensado el Romano Pontifice, ha sido conformado se con la opinion probable, no quitando la probabilidad de la que ellos defendeu. Imò el P. Thom. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 14. con sentir con los que lleuan, que el Papa puede dispensar en el matrimonio rato non consumado, trayendo en confirmacion de essa opinion los Pontifices, que auian dispensado en el mismo caso: dice que la opinion contraria es probabilissima. Luego lo mismo se ha de decir en nuestro caso, que no por auerse conformado su Santidad con la opinion dicha dio por improbable la otra, sino que nihilominus la dexò en su probabilidad, pues como es visto, no desinò aquella que siguiò cathedra, si no que solo la aprouò como probable, Anton. Diana Pars XII.

obrando obiter por ella ad preclamationem, por si a caso huiese sucedido el caso, &c. E confirmase validè la dicha solucion, con el cap. licet duorum, de sponsal. en donde se dice, que el matrimonio rato no consumado no se disuelue per aliud matrimonium subsequutum consummatum. Con luyè el dicho capitulo con estas palabras: quamuis aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum. Luego no todos la vezes, que los Pontifices siguen alguna opinion le hà de decir que loquuntur è cathedra, y que dan por improbable la contraria, vease à Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 3. n. 15. en donde excelentemente explica el capitulo dicho, y trata una doctrina muy a nuestro proposito. Ita Contreras.

Sed hæc solutio propositæ difficultatis habet etiam suas tricas: nam Pontifex etiam si adhæssisset opinioni asserenti ternarium Episcoporum non esse de essentia consecrationis, debebat tamen stante maxima probabilitate opinionis contrariæ dispensare illas ordinationes esse reiterandas; alioquin nimis probabiliter tunc esse dicendum illos Episcopos non esse consecratos, nec validè postea alios Episcopos potuisse consecrare, nec Sacerdotes ordinare; vnde tota illa Prouincia remaneret scrupulis, & anxietatibus implicata, cum consequentia tantorum absurdorum, quæ horrent aures audire. Ergo, &c.

Secundò adest aliud argumentum etiam ex factis Pontificum: nam in India sæpius dispensant, vt Episcopi possint consecrari ab vno tantum Episcopo. Sed Castrus Palaus, Syluester, & alij, vt supra notauimus, constanter asserunt Pontificem non posse in tali casu dispensare; quam opinionem tanquam probabilem videtur admittere Dicastillus de Sacram. tom. 2. Ergo dicendum est, doctrinam à nobis superius firmatam ex Granada, Lugo, & alijs, non esse admittendam: nam ex ipsa sequeretur Episcopos cum dispensatione Pontificia consecratos cum vno Antistite, esse denuo consecrandos sub conditione: cum secundum opinionem Castrus Palaus, illorum consecratio esset nulla, ex defectu valoris Pontificiæ dispensationis: sed hoc dicere videtur absurdum: ergo, &c.

Vidisti quantum laboramus in Charibdi; sed ad primum argumentum, aliquis posset dicere, Pium IV. forsitan ordinasse, vt secretò ad vitanda scandala illi Episcopi denuo consecrarentur sub conditione: vel admittenda est responsio superius adducta à P. Contrera. Ad secundum argumentum

mentum respondere quis posset opinionem Castri Palai carere probabilitate, cum sit contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim Sedis Apost. & Summorum Pontificum, ut supra probauimus, dispensantium, ut consecratio Antistitum aliquando possit fieri ab vno Episcopo. Confirmatur à simili: nam licet Philippus Faber, & alij asseruerint contactum physicum Hostiæ in ordinatione Sacerdotali esse de necessitate Sacramenti, tamen Doctores existimando talem sententiam carere probabilitate, non imposuerunt onus Sacerdotibus non tangentibus Hostiam reiterare, sub conditione Ordinationem. Ergo idem dicendum est in casu nostro cum opinio à nobis vnà cum Granada, Lugo, & aliis superius explicata, procedat, & habeat locum, quando opiniones circa administrationem Baptismi, & ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis sint æquè probabiles, & ut tales à Doctoribus communiter receptæ: non autem in opinionibus singularibus à paucis firmatæ, & contra communem sententiam, & praxim Ecclesiæ, ut est opinio Castri Palai; ergo, &c. Sed si hæc responsiones ad supradicta argumenta, Amice Lector, tibi non arrident, meliores tu cogita, & nobis illas prome.

An si infans consecraretur in Episcopum, eius consecratio esset valida.

RESOLVTIO XLVIII.

Idem quæritur de infante ad Sacerdotium assumpto, & negatiuè respondere videtur Durandus in 4. dist. 25. q. 1. num. 8. vbi affirmat rem satis dubiam esse. Primò, quia, inquit, satis videtur absurdum, quod paruulus carens omnino vsu rationis possit Sacerdos fieri, vel Episcopus ordinari. Secundò, quia ad susceptionem cuiuslibet Sacramenti requiritur propria intentio suscipientis, si sit adultus, vel interpretatiua, si sit paruulus. Sed in tali paruulo, si ordinetur de facto, non potest esse propria voluntas suscipiendi Ordinem, cum non habeat vsu rationis; nec interpretatiua, quia licet voluntas parentum, vel eorum qui parentum vices gerunt, posset esse interpretatiua voluntatis paruulorum, quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis ipsorum corporalis, vel spiritualis, propter quod intentio parentum eos ad Baptismum offerentium, vel Ecclesiæ sufficit illis ad susceptionem Baptismi salutaris: voluntas tamen parentum non videtur sufficere ad

hoc, ut paruuli suscipiant sacramentum Ordinis, quod non est de necessitate salutis, sed supererogationis, & constituit hominem in gradu dignitatis, quia quoad hoc non apparet quomodo voluntas parentum, vel quorumcumque aliorum sit interpretatiua voluntatis paruulorum, cum paruuli possint licitè talibus dissentire, postquam ad annos discretionis peruenerint. Item quia Baptismus ordinatur ad deletionem peccati originalis, quod contrahit paruulus ex actu parentum, congruum est quod voluntas parentum sufficiat eis ad suscipiendum Baptismum. Sed hæc causa in aliis Sacramentis non habet locum. Hæc Durandus, in cuius sententiam inclinat Petr. Sotus lib. de instit. Sacerd. lect. 5. de Sacram. Ord. §. Secundò etiam. Ad dique potest ad illius confirmationem, formam huius Sacramenti exigere consensum recipientis, quando illi dicitur, *Accipe potestatem, Accipe Spiritum sanctum*: acceptando scilicet rem quæ donatur, aut traditur, quod sine consensu non fit: paruulus autem est incapax talis consensus, perfecti scilicet, & rationabilis, qualis in re tanti momenti esse debet.

Et ita hanc sententiam ex Theologis neotericis tenet Granadus in 3. p. tract. 3. de Ord. disp. 1. num. 6 & 7. cum Marchino tr. 5. p. 4. cap. 4. num. 4. vbi sic ait: Rogatus si puer ante vsu rationis Episcopus consecraretur, talis consecratio esset ne valida? videtur enim dicendum esse validam; sicut si Sacerdos consecraretur, talis consecratio, ut dictum est, rata, ac firma foret. At oppositum cum D. Thom. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. & 3. p. 9. q. 39. art. 2. est dicendum. Et ratio discriminis est, quia Episcopatus includit potestatem in corpus mysticum; ad quam potestatem recipiendum requiritur vsus rationis: qui enim fit Episcopus, Pastor animarum essentialiter, exigit vsu rationis, ac cum aliquis ad Sacerdotium assumitur non fit immediatè, & proximè pastor animarum, sed in habitu, & in radice. Confirmatur à simili: nam si infans vnus anni ad Pontificatum assumeretur, nulla sanè esset talis assumptio; quia Vicarius Christi essentialiter debet ratione pollere, cum sit supremus, ac generalis ouium pastor. Idem pari modo dicendum est de Episcopo, qui est pastor particularis in actu.

Verùm his non obstantibus contrariam sententiam tenent Auctores magni nominis, & idem quod Ordines minores, & quoad Subdiaconatum supponitur in c. vn. de Clerico per saltum promot. Quod si infans

ans ante vsu rationis est capax dictorum Ordinum, etiam erit aliorum, adhuc Episcopatus, quia minores Ordines, & saltem Subdiaconatus non minus sunt Sacramentum, & non minus imprimunt characterem, quàm reliqui maiores. Et ratione probatur, quia infans capax est omnium Sacramentorum, quæ non requirunt essentialiter conditionem aliquam statui infantie repugnantem, quia est capax Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ, quia non requirunt talem conditionem, & non est capax Matrimonij, nec Pœnitentiæ, quia essentialiter requirunt actus liberos; nec Extremæ-Vnctionis, quia tantum instituta est pro his, qui pro tempore quo confertur, possint habere peccata actualia, aut debitum pœnæ restantis, & qui possint egere auxiliis ad resistendum Dæmoni; Sacramentum autem Ordinis, adhuc Episcopatus nullam requirit conditionem repugnantem statui infantie. Hanc etiam sententiam tenet Coninch disp. 20 dub. 10. n. 97. Meratius disp. 9. de Ord. lect. 1. Valentia q. 4. de Ord. punct. 1. Campanil in diu iur. Canon. rubr. 4. cap. 4. n. 17. Vasquez disp. 246. Bona cina de sacram. disp. 8. q. vn. punct. 5. num. 5. & Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 32. num. 4. & Bernal de sacram. disp. 49. sect. 2. n. 7. vbi sic ait: *Indecens est infantem esse Sacerdotem, & esse Episcopum consecratum*: ergo. Respondeo licet sit aliquod absurdum conferti illi ordinem talem, de quo in præsentibus non disputamus, non est absurdum posse; & quamvis sit absurdum, quod puer septennis ordinet alios, vel habeat iurisdictionem actualem, & exerceat ipsam in Ecclesia, sicut etiam si aliquis lunaticus, vel infamis, vel illiteratus id faceret: atramen nemo negat validè illos homines ordinari, quando cum vera intentione eos Ordines Episcopus, & legitimo ritu eos promouet: ergo nulla est obiectio ista. Nota hic D. Thomam, & alios Doctores videri excipere Episcopatum; quos tamen possumus interpretari de Episcopatu quoad iurisdictionem in actu secundo, siue quoad curam, & obligationem pastorem; nam de Sacramento ipso ordinis Episcopalis, & eius caractere eadem ratio militat in puero, ac de aliis sacris Ordinibus, Sacerdotio, Diaconatu, &c. Ita Bernal, cui adde Dicastillum de sacrament. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 11. n. 317. & me citato Leandrum de sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 6. quæst. 10.

Obseruandum est tamen supradictam sententiam procedere, ut rectè obseruat Anton. Diana Pars XII.

Gerunda de Episc. tom. 1. lib. 1. disp. 7. cap. 2. n. 2. si infans in Episcopum ordinatus, vel prius, vel simul presbyteratum suscepisset.

Restat modò respondere ad argumenta Durandi, & aliorum superius posita; & ad primum respondeo absurdum quidem esse, & valde indecens, grauitèrque illicitum infantem vel amentem ordinare in Sacerdotem, vel in Episcopum; sed non esse absurdum illum esse verè Sacerdotem, & Episcopum quoad ordinem, si Sacramentum illi conferatur: sicut valdè indecens, & absurdum est ordinari in Sacerdotem, vel Episcopum hominem publicè infamem, & scandalosum, puta manifestum concubinarium, ebriosum, homicidam, vsurarium: sed non est absurdum talem, si ordinetur, esse verè Sacerdotem, & Episcopum. Ad secundum, nego paruulis ad recipienda Sacramenta, quorum sunt capaces, ut Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiæ; similiterque Ordinis sacramentum necessariam esse intentionem, siue ipsorummet, siue parentum, aut tutorum, vel Ecclesiæ pro ipsis consentientis, & cuius voluntas sit interpretatiuè voluntas ipsorum paruulorum. Neque Baptismus illis applicatus, ideo validus est, quia Ecclesia consentit eorum nomine, sed quia institutio Christi nihil aliud requirit ad ipsius valorem respectu paruulorum, nisi ut ipsis applicetur materia, & forma Baptismi cum intentione debita, ut alibi ostendimus. Ad tertium dico, formulas illas loquendi in ordinatione vsurpatas; *Accipe potestatem, Accipe Spiritum sanctum*, non requirere necessariò consensum recipientis ea, quæ vi horum verborum conferuntur; quia hæc non donantur per modum pacti, & contractus ad quem consensus vtriusque partis requireretur, sed per virtutem ipsam, & efficaciam Sacramenti ex opere operato. Neque dicas saltem hunc loquendi modum supponere recipientem habere vsu rationis; quia alioquin ineptè inuitaretur ad accipiendum moraliter, scilicet, & rationabiliter. Respondeo enim primò dici infanti, quando Baptizatur solemniter: *Accipe sal Sapientia; Accipe signum Crucis Domini nostri Iesu Christi*: quod tamen sine insolenti temeritate dici nequit ineptè fieri, cum vbique ab Ecclesia fiat, iuxta regulam D. August. Epist. 118. ad Ianuarium Deinde dico, illo etiam verbo non inuitari infantem ad accipiendum moraliter, & rationabiliter (quod non potest sed significari potestatem dantis, & veram traditionem ex virtute, & efficacia ipsius

ipſius Sacramenti. Neque in Scriptura inuſitatum eſt ſimili modo ſignificari aliquem effectum erga res etiam inanimatas, quæ in illum conſentire nequeunt; vt quando Iofue *cap. 10. verſ. 12.* dixit ad ſiſtendum Solem, *Sol ſta, & Luna ſuper Gabaon ne mouearis.* Et Chriſtus ad ficulneam, Matth. 21. verſ. 19. *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.* Et Luc. 17. verſ. 6. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro: eradicare, &c.* Et Matth. 17. v. 19. *dicetis monti huic, Tranſi illuc, & tranſibit.*

Nota verò, quod aliqui ſupradicta admittunt in Ordine in infantem ordinatum in Sacerdotem, non autem ordinatum in Episcopum; & ita tradit S. Thomas, D. Bonauentura, Scot. Ricard. Sylueſter; Henriquez, Philibertus, & Granados loco citato, quorum fundamentum eſt, quod ordo Episcopalis ex ſuamet inſtitutione eſt magis proprius adultorum, quam ceteri Ordines: ille enim ſupponit neceſſariò, & intrinſecè characterem Sacerdotalem, & addit regimen animarum; ergo.

Sed ferè omnes Doctores ſuperius adducti cenſent hoc eſſe verum de Episcopatu. Dico igitur, poſſe quidem conferri validè dicto puero, quantum ad characterem, & poteſtatem Ordinis (in quo bene Doctores ſecundæ ſententiæ) non verò quantum ad iuriſdictionem, & curam animarum (in quo optime Authores primæ) nam hæc ſuſcipi nequit abſque uſu rationis, cum ad requirendum beneficium acceptatio requiratur, & hoc ſolum probat argumentum pro prima ſententia factum. Ad id quod nonnulli ex Authoribus primæ opinionis opponunt; videlicet Episcopum eſſe ſponſum Eccleſiæ, & matrimonium nullum eſſe, ſine contrahentium conſenſu; reſpondet enim, ſponſum profeſſò eſſe, ſed ratione iuriſdictionis, ad quam rationis uſum requiri vitro fatemur, & defendimus.

Ex his apparet, diuerſum eſſe, contra Coninch *diſp. 20. dub. 10. n. 100. in fin.* Bonacinam *de ſacram. diſp. 8. q. vnic. punct. 5. n. 3.* & alios, ſacramentum Ordinis, & Episcopatum validè conferri infano. Ita Gerunda in ſpecie *de Episcopatu, tom. 1. lib. 2. diſput. 7. cap. 2. num. 9.* cui adde Valentiam *tom. 4. diſp. 9. quaſt. 4. punct. 1.* & Reginald. *tom. 1. lib. 3. num. 3.*

Et hæc omnia latè, ac diſertius obſeruare volui vt appareret me interrogatum rectè reſpondiſſe contra quendam Theologum, poſſe Pontificem infantem ante

uſum rationis creare Episcopum, quanto magis Cardinalem, cum Cardinalatus non ſit Ordo, neque Sacramentum. Et ſi quæras, an hoc licitè à Papa poſſet fieri. Reſp. negatiuè, tum propter ſcandalum, tum quia Pontifex in conſcientia tenetur eligere ad Cardinalatum digniores, vt ex ſacro Concilio Tridentino probat Eminentiff. Lugo: ſed implicat vt Pontifex poſſit ferre hoc iudicium de puero, ergo.

Nota hic obiter, monſtrum nunquam viſum in Eccleſia Dei, ex Baronio anno Domini. 925. Hugonem nempe filium Hemberti Comitis Aquitaniæ, qui nondum quinquennis penè infans, Rhemenſis electus eſt Archiepiſcopus, & à Ioanne X. confirmatus, quod idem malis etiam artibus inductum exemplum, propagatum poſtea fuiſſe teſtatur idemmet Baronius ibid. Non ergo tamen ex grauiffima, & vrgenti cauſa poſſe Pontificem circa ætatem diſpenſare, & ideo Abb. Panorm. *cap. cum in cunctis, not. ab. 4. in fin. n. 2.* ex Ioan. Andr. refert, quendam virum nobilem promotum fuiſſe in Episcopum ex diſpenſatione Pontificis anno ſuæ ætatis decimo octauo, a quo non eſt abſimile, quod de Alphonſo Cardinali Carafa perhibetur, cum decimum nonum agenti ætatis annum in adminiſtrationem data eſt Archiepiſcopalis Eccleſia Toletana, vt refert Mandoſius in *tract. ſignat. grat. rubr. de diſpenſ. ſuper retent.* Propter promotionem ſub principio, ex quo alij; atque hac noſtra tempeſtate à Paulo V. Pontifice Maximo Ferdinandus Card. Sereniſſ. Hiſpaniarum Infans, qui ex ephebis non adhuc exceſſerat; vnde decimum annum agens, in Archiepiſcopum Toletanum promotus eſt.

An ſi ante legitimam ætatem quis conſecratur in Episcopum, incurreret aliquam cenſuram.

RESOLVTIO XLIX.

SVppono, quod ad Episcopatum requiritur ætas triginta annorum; vt patet ex Concil. Agarenſi *cap. 7.* Et eſt praxis Eccleſiæ. Itaque peccaret lethaliter qui ſciens, & volens ante trigefimum annum expletum, ſine diſpenſatione, in Episcopum ordinaretur, & eo mortaliter maiori grauitate culpæ, quo magis ab ea ætate diſtaret, cum minus ſupponeretur aptus. Colligitur ex omnium Authorum ſententia de ſingulis id ordinibus ſacris docentium, vt videre eſt apud Sotum *in 4. diſt. 25. q. 1. artic. 6. verſ.*

Ex

Ex quo aliòſque recentiores. Hoc verò ſolum, quod in aliis ſuſcipiendis Sacris Ordinibus notauit Nauar. *in conſ. 6. in antiq. de tem. Ordin.* hic libet abſcribere, ſi quis bona fide parentum teſtimonio innixus, legitimæ putans eſſe ætatis, in Episcopum ordinaretur, non eſt cur ſcrupulis poſtmodum angatur.

Difficultas eſt, an in tali caſu incurratur in aliquam ſuſpenſionem, vel cenſuram, & negatiuam ſententiam ſuſtinet Gerunda, *tom. 1. lib. 2. diſput. 7. cap. 3. num. 2.* vbi ſic ait: *Absolute de adulto aſſero ſponte etiam ad talem ordinationis Episcopalis ſuſceptionem cooperantem nulla cenſura ligari, probo, quia tametsi in cap. cum in cunctis de electione comprobato à Tridentino, ſeſſ. 7. cap. 1. de reformat. prohibeatur non modo conſecratio, ſed etiam ante trigefimum annum electio, nulla tamen ibi pena iniungitur; & quamuis me non lateat Conſtitutio Pij 11. pœnam ſuſpenſionis imponentiſ in præſentem tantum ante legitimam ætatem promoueri, vt ſcribit Tolet. lib. 1. cap. 6. 1. quam ſuſpenſionem ab exercitio, & uſu talium Ordinum, perpetuam eſſe docent Rebuff. in praxi benef. part. 2. tit. de Cleric. ad ſacros Ordines male promotis Gloſ. 4. num. 3. Tolet. in ſumm. citat. & adminiſtrantes in tali ſuſpenſione velit Pontifex incurrere irregularitatem, que quidem conſtitutio à Clement. VII. in moderatoria Bulla alterius Sixti V. contra Clericos male promotos, & Episcopos in Ordinum collatione peccantes confirmata eſt. Verum cum in ea nulla expreſſa de præſulis, vel Episcopatus ordine mentio fiat; hinc eſt, vt qui ad Episcopatum ante legitimam ætatem propria culpa promotus eſſet, ſuſpenſionem non ſubiret; quod patet primò ex multis illius conſtitutionis clauſulis, ex quibus in Episcopum ſancitum eam non eſſe, vt legenti obuium erit, conſtat: tum quia pœna ſuſpenſionis generaliter lata, ad Antiquitates non ſe extendere habetur cap. quia periculofum de ſententia excomm. in 6. Nec me fugit Hoſtien. Episcopos à ſuſpenſione beneficij non eſſe immunes ſentire, ſed ſolum ab officij ſuſpenſione. Verum quia Gloſſa contrarium conſenſu Doctorum habet, & neutram ſuſpenſionem generaliter latam ad Episcopos late patere meritò docet: & quia Bonifacius VIII. hoc videtur declarariſſe, cap. ſi compromiſſi. de elect. in 6. §. huiusmodi; vbi poſtquam compromiſſarium dixerat, qui ſcienter elegit indignum, ab Eccleſiaſticis beneficiis ipſo iure ſuſpendi, compromittentes quoque, id raturum ſcienter, ſi habuerint, ſubiungit; Huiusmodi pœnam Episcopos non contrahit, ſi ad eligendum fiat compromiſſarius, cum de Anton. Diana Pars XII.*

iure nullam ſententiam ſuſpenſionis incurrat, niſi de ipſo expreſſa mentio habeatur. Cuius ratio videtur eſſe aſſignata à Gloſſ. verb. de iure, quia nimirum ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt, que habent ſe vt connexa, 1. quaſt. 3. ſi quis obiceret. Idem dictum volo de ſuſpenſione contra illos lata, qui alio ſacro Ordine, per ſalutem inſigniti ſunt probabiliorum penes opinionem doctorem non irregularitatem eos, ſed ſuſpenſionem contrahere; vt habet Sotus diſtinct. 25. quaſt. 1. art. 3. col. pen. cap. 3. Henriquez, & alij quos ſequitur Auila diſput. 9. ſect. 2. concl. 2. Hanc inquam ſuſpenſionem per ſalutem ordinatis Episcopis ob dictam rationem non incurreret. Hucusque Pater Gerunda, cui ego addo Auilam *de cenſ. part. 3. diſput. 5. dub. 7.* nouiſſimè doctum Bernal *de Sacram. diſput. 49. ſect. 3. num. 13.* & Alzadum *de præſanti Episcop. cap. 4. num. 17.* Et tandem, me citato, non deſeram apponere hijs verba doctiſſimi viri Didaci de Narbona *in Annal. Iur. anno. 30 quaſt. 5. num. 6* ita aſſerentis: *Quocirca irrefragabile exiſtit Episcopum nullum conſecrari poſſe, niſi trigefimo ætatis ſuæ anno elapſo, vnde quaſi monſtruofum reſert Caſar Baronius tom. 1. annal. anno Chriſti 925. num. 8. puerum nondum quinquennem Archiepiſcopum Rhemenſem fuiſſe creatum.* Hac illius ſunt verba: *Illud plane tunc primum contigit in Eccleſia Dei videri monſtrum nunquam hactenus in orbe Chriſtiano viſum, nec auditum; imo nec puto mente conceptum, cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax, vix ferula prima addiſcens elementa, Rhemenſis eligitur Archiepiſcopus; cuius rei fideliffimum teſtem adducit Trodoardum lib. 4. cap. 19. confirmat Henriquez Spondanus in eiufdem Baronij epitome *ad ann. Chriſti 1033. num. 2.* Subdens illi fuiſſe ad functiones Episcopales obeundas coadiutorem Episcopum datum, cuius ſimile ſupra tradiderat ann. Chriſti 933. his verbis: *Quo tempore res accidit, que nunquam in ea Eccleſia fuerat audita; vt poſt Stephanum non alius niſi temporaneus ſubſtitueretur Antistes, nempe Triphon Monachus, qui ſedit uſque dum Theophylactus filius Romani Imperatoris adoleſcens, tunc ſexdecim annorum legitima eſſet ætatis, vt poſſet fieri Patriarcha. Quem tamen hoc anno reuera creatum fuiſſe Patriarcham, ex Ciropalata conſtat, dum numerat annos ſedis eius viginti tres, ſed loco ipſius Triphonem conſtitutum eſſe adminiſtratorem eius Eccleſiæ.* Quamuis ſi trigefimo anno minimè expleto Episcopos initiaretur, non ideo in ſuſpenſionem ex-*

E 3 traua

trauagantis Pij II. quæ incipit, *Cum sacrorum* incideret; quia, vt docet Suarius *de censuris*, *disp.* 31, *sect.* 1. *num.* 29. quem sequitur Rodericus Acuña *in d. cap. Episcop. num.* 18. ex ipsius verbis, & circumstantiis satis colligitur ibi sermonem non esse de Episcopis, sed tantum de promotis ante legitimum tempus ad reliquos Ordines sacros.

Et procedit hæc nostra resolutio non tantum in ipsis Episcopis, verumetiam in coadiutoribus eorum, siquidem ex sententia Syluæ *de benefic. 2. part. quest. 4. num.* 9. Cupuraquen. *decis.* 127. *part. 2. Rotæ dec.* 347. *num.* 9. & *per rotam, par. 3. diuers.* & aliorum quos refert, & sequitur Gonzales *in regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 9. num.* 6. in coadiutore eadem ætas, & idoneitas ac in titulari desideratur: quo circa inquit, *si Episcopo assignatur coadiutor, triginta annorum esse debet.* Et hæc omnia docet Narbona. Quæ quidem à fortiori procederet in infanti, vel infano in Episcopum consecrato. Vnde ex his apparet me rectè annis elapsis respondisse quendam Episcopum hic Romæ vt dicebatur, ante legitimam ætatem 3. annorum consecratum, nullam suspensionem, vel censuram incurrisse.

Notandum est hic obiter, quod Episcopi ante præscriptum triginta annorum ætatem electio inualida est, secus postulatio. Prima pars habetur *cap. cum in cunctis è Concil. Lateranen.* vbi Abbas, ac cæteri communiter: secunda pars probatur, quia quando postulatur aliquis in Episcopum solum à Romano Pontifice rogatur, vt eum soluat pro eius potestate à canonico impedimento, in quo dispensatus eligi possit, & in Episcopum creari: Secus verò se res habet, vbi quis ante legitimam ætatem electus Pontifici exhibetur confirmandus: tunc enim confirmatio sola peteretur, quæ idoneum esse electum, an requisitis à iure donatum ornamentis, omnique canonico impedimento solutum certè supponit.

Aliquid relictum in consecratione Episcopali quomodo postea sit reiterandum.

RESOLVTIO L.

Reliquit v.g. Episcopus vñtionem chrismaticam, traditionem libri, vel aliquid; Quæritur quomodo sit talis ritus reiterandus.

Respondet dubio Pax Iordanus *tom. 1. lib. 5. tit. 1. num.* 30. vbi sic ait: *Si quis igitur in locis præfatis non fuerit vñctus, vel Chrismatis loco adhibuit fuerit Oleum Cathecumenorum, vel infirmorum, debet iterum inun-*

*gi, & suppleri, prout cauetur latius in cap. vnic. & in cap. de Sacram. non iteran. traduntque Doctores supra cit. Secundo loco inter solemnia non substantia numerantur manuum impositio, quæ completis litaniis fieri debet ab omnibus Episcopis consecratoribus, dicentibus; Accipe Spiritum sanctum, & quidem super caput, illudque tangendo, pro vt cauetur in Pontificali, neque sufficit sola extensio, sed requiritur tactus, alioquin supplendus esset, cap. 1. & fin. de Sacramentis non iteran. Hostien. Ioan. Abbas, & alij: imo, & in casu suppletionis, non tantum essent imponenda manus, verum etiam simul proferenda iam dicta verba Accipe, &c. prout in aliis ordinationibus fieri debet, quando contingit suppleri, quoniam ceteris textus indist. cap. 1. de Sacram. non iter. Simpliciter statuat non esse aliquid iterandum, sed tantum cautè supplendum, quod incautè fuerat omissum; Hostien. tamen ibi, Ioan. Andr. Abbas, & ceteri communiter concludunt illud esse intelligendum de actibus, & orationibus diuersis; non autem de illis, quæ simul cum ipsa impositione proferruntur. Vnde inferunt quod si v.g. Confirmationis Sacramentum fuisse cum Oleo Cathecumenorum collatum, Episcopus in suppletionem cum Chrismate debet forsitan proferre; Signo te signo Crucis, &c. & sic de ceteris, facit Gloss. (supplendum) in cap. fin. de Sacram. non iteran. In Sabbatho (inquit) quatuor temporum vocabitur Sacerdos, & manus impositio, quæ desuit in ordinatione modo supplebitur, & dicentur orationes quæ præcipiuntur dici quando fit manus impositio, quia ipsæ manus impositioni adherent, & de manus impositione fit mentio in orationibus. Quamuis igitur alterum tantum fuerit omissum, nempe manus impositio, aut verba, vtrumque tamen debet simultaneè suppleri. alij verò actus integrè præstiti prima vice minime sunt iterandi; & ita intelligitur textus in dict. cap. 1. de Sacram. non iteran. Hucusque Iordanus. Itaque dicendum, quod si relinquatur in qualibet ordinatione Episcopali, Sacerdotali, &c. aliquid de necessitate Sacramenti, non est reiteranda omnis ordinationis, sed tantum quoad partem relictam, & ita obseruat etiam Ioann. Pontius in *Curs. Theolog. disput. 48. quest. 2. conclus. 8. num.* 15 *in fine.**

Hinc nota obiter, quod consecratio inchoata ab aliquo Episcopo, si postea propter aliquod vrgens impedimentum, illata perficere non possit, ab alio suppleri debet; quem admodum in altaris Sacramento cautum reperitur, *cap. quorundam 3. dist. in c.* Vnde non deferam hic apponere ea, quæ etiam notauit

tauit Iordanus, vbi supra, numero 53. nempe quod repetitio fieri debet tantum ab Episcopis, siue iisdem, siue aliis tempore congruo, hoc est iis tantum diebus, quibus eiusmodi Episcoporum Ordinationem permissam esse diximus & cum paramentis, & reliquis solemnitatibus requisitis in prima ordinatione, quoniam ab ipsa nihil differt, v.g. si capitis vñctio fuisse prætermissa, vel manuum, supplenda erit ab iisdem tribus Episcopis si haberi poterunt, sin minus ab aliis Episcopis pontificaliter indutis, die Dominica, aut alias concessa, seruato ieiunio ab ordinationibus & Ordinato, & in actu delibutionis, proferenda erunt verba, & orationes à Pontificali præscriptæ pro ipsis functionibus, *Vngatur, & consecratur caput tuum, &c. vel manus tue, &c.* prout in ipso Pontificali, & sic de ceteris supplendis; prædicta deducuntur ex dict. cap. vnic. de Sacram. vñct. & ibi Doctores, signanter Abbas *in 5. not.* Innoc. Hostien. Butr. & alij, necnon ex *cap. pr. & vet. de Sacram. non iter.* & ibi iisdem DD. item ex *§. ecce 1. q. 1.*

Sed ad confirmationem supradictorum, & ad maiorem declarationem, non deferam hic apponere ea quæ circa supplementum pro aliqua omissione facta in ordinatione obseruat Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. dub. 13.* dicit enim primò, quod si id quod omititur, sit de substantia Ordinis, vel sit dubium an sit de substantia, totum Sacramentum est iterandum, vt si omitatur pars formæ &c. Ratio, quia Sacramentum est nullum, vel quando dubitatur, est dubium, an sit nullum. Et non dicitur iterari, quod dubitatur, aut citur non esse factum; *cap. solemnitates de consecrat. dist. 1.* Hoc tamen est intelligendum, quando Sacramentum nõ habet duas cæremonias distinctas, & essentialies, quarum vna non pender ab altera, vt in Sacerdotio manus impositio à traditione calicis, & patenæ; tunc enim licet vtraque cæremonia essentialis sit, omitatur manus impositio, non est altera iteranda. Secundò, si id quod omissum est, sit certum non esse de essentialia, tunc non est iterandum Sacramentum, sed suppleri debet quod omissum est.

Nota quod id, quod supplendum est debet suppleri ab eodem, qui ordinauit; si est possibile, cum pertineat ad eiusdem Sacramenti, quod ministravit, perfectionem: si verò id fieri non potest, debet suppleri ab alio, sic Armilla verb. *Ordo n. 8. & 10.* Tabien. *Ordo 2. q. 10.* Rosella *Ordo 2. n. 8.* Henriquez *l. 10. de Ordine, cap. 10. n. 2.* Innocent. *d. cap. presbyter, num. 3.* Item nota, quod talis suppletio non potest fieri quouis tempore;

sed tantum illo tempore, quo Ordines possunt celebrari, vt expressè definitur *d. cap. presbyter, & docet ibi gloss. Panorm. & Innocent. n. 1. Armilla n. 10. D. Anton. supra Sylu. Ordo 2. q. 5.* Angel. *Ordo 1. n. 14.* Henriquez ibi Nota iterum, quod si suppleretur aliquis actus, debent iterari orationes actui annexæ. Syluest. *Ordo 1. q. 10.* Innocent. *supra n. 2.* Vnde si facta est inunctio, & non dicta oratio, vel è contra, est vtrumque repetendum, quia non sunt actus diuisi, cum in oratione fiat mentio de vtroque, sed se habent sicut materia, & forma. Sic Innocent. *ibi n. 3.* Panorm. *n. 2.* Tabien. *Ordo 2. q. 5.* D. Anton. *supra Syluest. Ordo 2. q. 12.* Rosella *Ordo 2. nu. 8.* Et tandem, quod si altera manus inuncta est, & dicta oratio, non debet iterari, sed debe inungi alia manus cum oratione, & vbi in ea dicitur manus in plurali, debet dici manus in singulari. Sic Panorm. *supra n. 2.* Innoc. *n. 3.* Tabien. *Ordo quest. 5.* Syluest. *Ordo 1. q. 10.* Rosella *Ordo 2. num. 8.* D. Anton. vbi supra. Si verò pars Orationis est omissa; est tota iteranda, vt benè Syluest. Tabien. Panorm. ibi.

Et ex supradictis in casibus contingentibus potest quis respondere quando aliquid esset supplendum in consecratione Episcopali.

Sed quid dicendum si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo deliquio, vt timebamus in consecratione nostri Patris D. Alexandri. Porro facta ab Eminentiss. Cardinali Domino meo Franciotto: tunc respondi perficiendâ fore sequenti die Dominico, incipiendo ex loco vbi relicta fuit: & hoc ex doctrina adducta à Bernal *de Sacram. disp. 4. 7. sect. 4. num. 8.* vbi sic ait; *Partialis cæremonia vnius totalis Ordinationis dari potest tempore aliquo licet longo priusquam alia cæremonia eiusdem Ordinis adhibeatur, quoniam illa pars ritè peracta perseuerat mortaliter in subiecto, donec ponatur alia, & compleatur cæremonia.* Ita colligitur ex *cap. presbyter cit. & est communis Doctorum sensus. Ita ille.*

An in consecratione Episcopali contrahatur ab Episcopo matrimonium spirituale cum Ecclesia.

RESOLVTIO LI.

Respondeo affirmatiuè. Dico itaque inter Episcopum, & Ecclesiam, cuius est Episcopus, quamuis ab Infidelibus occupatam, esse matrimonium, seu vinculum: tradunt Euaristus *Epist. 2.* Calistus *Epist. 2. cap. 3.* & refertur in *can. sicut alterius uxor 7. q. 1.*

& Innocentius III. in cap. *Inter corporalia de rursus. Episcoporum* Matrimonium autem hoc inchoatur electione, & fit ratum confirmatione, & consumitur consecratione, quamvis non omnino absque possessione; & dissolui nequit absque licentia Pontificis habentis ad id vicem Dei, ut constat ex Innocentio III. ubi supra, neque absque aliqua iusta causa. Unde translatio Episcopi ex vna Ecclesia ad aliam (quæ non fit absque dissolutione prioris vinculi) nequit fieri absque licentia Pontificis, & absque iusta causa de quo videri potest Vasquez *dispur. 241.* & Hurtadus *de Sacramento Ordinis, difficult. 4.* Probat hoc matrimonium inter Episcopum, & Ecclesiam ex canon. *Inter corporalia de translatione Episcopatus*, ibi, *dubitari non debet, quia Omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio seruauit dissoluentem, & cap. nisi cum pridem* de renunciat. ibi, *Propter laboris angustias, aut persecutio- nis incursum non debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum apud extraneum te fide media copulasti.* Hinc Hostiens. *in id. cap. Inter corporalia de translat. num. 18.* verè ergo (inquit) non solum dignius est spirituale matrimonium, quam carnale, honorabilius, atque spiritualiter fecundius, salubrius, atque securius, sed firmitus in aliquo sensu Hinc Euaristus, qui floruit anno 112. *Epist. 2.* de Episcopis electis ad Episcopos Gallia sic ait; *Ipsè enim (id est Christus) est sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus; & ideo vnum patrem habemus Deum in cælis; Sacerdotes verò vice Christi legatione funguntur in Ecclesia; & sicut ei coniuncta est sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopis coniunguntur Ecclesie vniuique proportionè sua; & sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere & iuste custodire, & amare, atque prudenter regere; sic Episcopus, & multò magis custodire, & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam, & velut vxor, que sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere, & amare, ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, hoc spiritualiter.* Plura in hoc argumento congerit summus Pontifex, quæ si lubet, poterunt facili negotio è cit. loco Epist. peti, quæ habetur. 1. tom. *Conciliorum*, ubi de Euaristo Papa VI.

Nota tamen, quod rectè Suarez *tom 3. de reliq. l. 1. cap. 16. n. 2.* monuit comparationem inter hæc coniugia, nempe spiritualia & carnalia non esse per similitudinem, seu cõuenientiam vniuocam, sed per quandam proportionalitatem; etenim matrimonium carnale solo coniugum perficitur consensu,

ut sic ratum; secus spirituale, quod præter electionem, atque acceptionem confirmatione Pontificis indiget, ut ex eodem in capitulo *Inter corporalia; & cap. licet de translat.* Constat præterea, carnale matrimonium per vsum confirmatur contrahentium, quod coniugij vinculum maiorem subit indissolubilitatem, è communi Doctorum consensu, Catholicaque doctrina: at spirituale, ut modò dicebam, nihil firmitatis maioris habet per consecrationem. Insuper matrimonium carnale consummatum; neque Papæ dissolui potest autoritate: quos enim Deus coniungit, homo non separet. Secus spirituale, auctoritate Pontificis dissolubile.

Nec obstat dicere, matrimonium spirituale consistere minime posse inter Episcopum titularem, & Ecclesiam in partibus infidelium existentem: ergo de ratione Episcopatus non est ratio coniugij; Andreas Freyhub. in *disp. Lipsica*, fusili ausu est fundamento asserere huiusmodi non esse veros Episcopos, quod in Concilio Chalcedoneensi *art. 15. can. 6.* statutum sit, nullum absque Ecclesia in Episcopum ordinandum esse, & manuum impositionem absque certa Ecclesia nullam esse. Cæterum (ut bene Vasquez *disp. 241. c. 1. n. 6.*) Canon citatus non modò de Presbyteris, verum de Diaconibus, ac de quibuscunq; in Ecclesiastico gradu constitutis loquitur. At errat profectò Andreas Freyhub, putans idè esse ablutum ab omni Ecclesia, vel absque omni Ecclesia ordinari in Episcopum, atque ordinari ad Ecclesiam impeditam: nam eos qui hac ratione ordinantur error est asserere non esse Episcopos, quos ut tales agnoscat Tridentinum *sess. 14. c. 2. de reformat.* docetque modum ministrare debent; & sicut qui antequam ciuitas caperetur ab hostibus, verè illius erat Antistes; ita eadem capta, non priuatur ordine Episcopali. Quòd si è vita decedat, ille qui sufficitur, verum cum Ecclesia destituta Pastore, etiam ab inimicis detenta, spirituale iniret matrimonium, quam teneretur adire, atq; administrare, si quando è captiuitate illa emergeret. Quapropter in litteris, quas vocat dimissorias, seu expeditionis, eis tantum, non aliis Ecclesias expeditas habentibus. Pontifex Maximus iniungit, ut ad Ecclesias sibi commissas se conferant, non quasi statim ad illas ineundas obligare illos velit, quarum nulla est spes conuersionis, vel spiritualis profectus, sed moneantur spiritualis matrimonij vinculo teneri ad residentiam, earumque conuersionem, & curam statim, atque ab hostili fuerint iugo liberatæ, licet in præsentia ob periculum excusentur, quod tamen

men nonnulli fortes Episcopi propria constanter posthabita vita per summam charitatem adiuere; sic Bartholomæus Bononiensis auctore Leandro Bononiensi *in lib. de viris illustrib.* Et hæc omnia obseruat Gerunda *de Episcopo, tom. 2. l. 8. disp. 10. per totam*, ubi probat latè Episcopatum esse spirituale coniugium cum sit Ecclesia, & in quo sita essentia matrimonij inter Episcopum, & Ecclesiam; & an Episcopatus qua spirituale matrimonium est, dicendus sit Sacramentum de quo statim infra.

An Episcopus existens in peccato mortali peccet mortaliter, non solum quatenus suscepit Sacramentum Ordinis, sed etiam quatenus contrahit matrimonium cum Ecclesia.

RESOLVTIO LII.

Videbitur affirmatiuè respondendum. Probat, quia qui contrahit matrimonium carnale in peccato mortali peccat mortaliter, ut probat ex multis, me etiam citato Leander *de Sac. tom. 2. tract. 9. disp. 4. q. 11* Ergo, & qui contrahit matrimonium spirituale. Nec obstat dicere, quod matrimonium carnale sit Sacramentum: nam ut probat Gerunda *tom. 2. l. 8. disp. 10. n. 12.* Episcopatus qua spirituale matrimonium modo suo dicendum erit Sacramentum, pro quo suppono Sacramentum dupliciter sumi posse, lato modo pro quocunque signo rei sacræ diuinitus instituto. Secundò, propriè pro re, vel cæremonia diuinitus nobis data, quæ quidem si ut communis sumatur, etiam se extendens ad sacramenta veteris legis, solam habet rationem signi veræ sanctitatis, & gratiæ, vel ab eo non collatæ, quod colligo ex *Vasq. tom. 2. in 3. part. disp. 128.* Hoc supposito, assero Episcopatum qua spirituale matrimonium est, aliquo pacto rationem habere Sacramenti. Primo modo quia, quatenus coniugium spirituale inter Antistitem sponsum, & Ecclesiam sponsam, spiritualis est signum vnionis, & vinculi perpetui inter Christum, & Ecclesiam, de quo possunt à fortiori pronunciarì verba Pauli *ad Ephes. 5. Sac. hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & Ecclesia.* Cum Episcopus vicem gerens Christi Summi Sacerdotis, & Episcopi animarum nostrarum Ecclesiæ particulari se coniungat. Hinc, & secundo modo ratione etiam sibi vindicare constat, cum sit signum efficax gratiæ, & characteris què imprimi, quod eo sensu dictum volo, nõ quasi nouum

characterem, nouamque gratiam imprimi, atque infundi contendam, per hoc Sacramentum, quatenus coniugium spirituale est, quatenus ordo sacer, sed eandem gratiam per hoc Sacramentum multipliciter dari, etenim per illud, ut Ordo Sacer est, gratia significatur, & cõfertur instar sanctitatis requisitæ ad suprema Episcopali munera exercenda per auxilia illis proportionata, ab eoque gratia sanctificante requisita. At verò, ubi spirituale matrimonium est, gratiæ significat, & confert per modum vnionis, & spiritualis nexus vinculi, & coniugij quo Episcopus, & Ecclesia coniunguntur, siue spirituales filios producendos, atque educandos, prolemq; Christianis Sacramentis, legibus, & moribus imbuendam, siue ad perpetuitatè huiusmodi declarandam, firmandamque, siue ad admirabilem vnionem diuini Verbi cum humanitate firmam, omnisque expertem mutationis adumbrandam, siue hoc ipsum insolubile coniugium Christi vniuersali cum Ecclesia sua sponsa, cui adhære. bit usque ad consummationem seculi, dū erimus in via, & postmodum in cœlesti patria per æternitatem. Hoc ipsum de Characterè dico: nam ut Ordo Sacer illum imprimit, quo signatur, & significatur Antistes tanquã minister famulus, & suo modo seruus honorarius, an dispensator. At verò coniugium spirituale characterem imprimi Episcopatus, quo insignitur Episcopus, in sponsum intercedente consecratione, ut mox declarabitur, quod sicut ex Hostiens. & Abb. indicabam, non inuenitur in corporali coniugio, cui vel ex hoc ipso præstat.

Nec aduersus superius dicta valet dicere: Ergo plura Sacramenta habebimus in Ecclesia, & non septem: nam respondeo, hoc coniugium spirituale à nobis asseri esse Sacramentum non quasi distinctum à Sacramento Ordinis, sed Episcopatum dicimus non modo rationem subire Sacramenti, quatenus Ordo sacer est, & quidem in omni rigore, sed aliquo etiam pacto, quatenus spirituale coniugium est cum Ecclesia.

His suppositis ex Gerunda ad dubium propositum ipse *num. 10.* sic respondet; *Peccare existimamus Episcopum, si Sacramentum proprium Episcopalis consecrationis susciperet absque debita dispositione: at verò quatenus Episcopatus etiam rationem aliquo pacto subdit Sacramenti in ratione matrimonij, nec quando suam habet firmitatem, nodumque perpetuum natura sua, solimque dependentem ab absoluta Pontificis potestate: sed quando per impressionem characteris omnino cõsetur perfectum, cum quo, & infunditur gratia,*

ria, & deinceps auxilia ad illum ordinem exercendum, & gratiam & proportionata etiam auxilia ad matrimonium obeundum rite contractum. Quamobrem tunc si obicem poneret, atque in peccato esset, peccaret sanè peccato sacrilegij, uno quidem numericè, formalitates verò distinctas habente malitia, quatenus contra effectum Sacramenti propriè sumpti in ratione Ordinis: & aliquantulò accepti in rationem matrimonij spiritualis. Ita ille, & ego.

An si aliquis non Sacerdos consecraretur Episcopus, consecratio esset valida.

RESOLVTIO LIII.

Qvod est quærere, an consecrationis Episcopalis substantia per se iure diuino ordinem Sacerdotalem requirat; an verò solum ex Ecclesiæ præcepto id postulet? duæ sunt opiniones, teste Couarruua *l. 1. variar. Resolut. cap. 10. n. 15*. Prima ferè communi Canonici Iuris Interpretum consensu recepta est, eum ordinem sola iuris, & præcepti Canonici ratione requiri, ac proinde si quis nondum presbyter creatus sacretur Episcopus, verè Episcopus est, & Pontificiam Ordinis potestatem adipiscitur. Sic Ioannes Andreas Hostiensis, Abbas, Geminianus, & alij, partim in *c. 1. de Clerico per saltum promot.*, partim in *cap. ex literis, de excess. Prælat.* id colligunt ex eo, quod qui ante Diaconatum acceptum consecratur Sacerdos, verè presbyter fit, & Sacerdotis potestatem consequitur: nam Ordines Ecclesiastici sunt inter se distincti, & superior inferiorem præcepto Ecclesiæ, sed non ipsa rei natura, & conditione deposci: ergo pari ratione Pontificia Ordinis potestas, cum omnino à cæteris sit distincta potest sine reliquis, quamuis per saltum, & contra Canones, & iura suscipi. Afferit tamen Couarruuias quod talis Episcopus posset confirmare validè; non tamen validè conferre Ordinem Sacerdotij; quia non potest dare potestatem in verum Christi Corpus, quæ eam non habet.

Sed ego puto non esse recedendum ab opinione contraria, quam tuerentur communiter Theologi, vt Valentia, & Nunnus, quos citat Candidus *tom. 4. disput. 4. art. 1. dub. 4.* Idem docet Marchinus *de Sacramento Ordinis, part. 1. cap. 11. num. 20* Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 1. q. 13.* qui citat Gesualdum, Palaum, Sanchez, Hurtadum, & alios.

Probatur, quia Episcopus est præbyter, & Sacerdos perfectus, & summus: ergo sicut

non potest esse magnus, & vehemens calor, quin sit calor, sic nec perfectus presbyter, quin sit presbyter. Nec impedit quominus potestas Ordinis in Episcopo à potestate presbyteri distinguatur, quoniam hæ duæ potestates, quamuis inter se differant, superior tamen ipsa natura, & conditione rei, & non solum Ecclesiæ præcepto inferiorem requirit, cum differant sicut perfectum, & minus perfectum: quod locum non habet in aliis Ordinibus Ecclesiasticis, in quibus, quia potestates sunt omnino distinctæ, nec se habent sicut perfectum, & minus perfectum. Superior solum Ecclesiæ decreto inferiorem postulat.

Dico itaque, quod ordinatus v. g. per saltum ideo valet in aliis Ordinibus, quia non est essentialis subordinatio inter characteres eiusmodi Ordinum; ideoque ad illorum validitatem præcisè spectatam nihil referre quinam illorum prior conferatur: at inter Characterem Episcopatus, & Presbyteratus est subordinatio, tam essentialis, quam est inter Characterem Baptismi, & Confirmationis; ita vt quemadmodum qui caret Baptismo aquæ, non potest validè recipere Sacramentum Confirmationis, quantumcunque applicentur ei essentialia, tam ex parte materiæ quàm formæ, & intentionis ministri requisita; hoc solo, quod character Confirmationis prærequirit essentialiter in suo subiecto characterem Baptismi (cum Baptismus aquæ sit ianua omnium Sacramentorum nouæ legis) ita etiam Ordo, & Character Episcopalis præsupponit essentialiter in suo subiecto Ordinem, & characterem presbyteralem, cum prius sit esse Sacerdotem, quàm habere potestatem generandi, seu creandi presbyteros, sicut in naturalibus prius est esse verè, & essentialiter hominem, quàm verè, & propriè esse alterius hominis partem per generationem. Et ita docet etiam Lambertus in *3. part. D. Thom. tom. 3. de Sacramento Ordinis disp. 1. art. 3.*

Opponunt huic sententiæ Canonistæ, quod in Episcopo potestas Ordinis Pontificia à potestate Sacerdotis omninò distinguitur; est. n. potestas obeundi aliud omninò quàm quod efficit potestas Sacerdotis: At potestates diuersorū effectum penitus distinguuntur: concedunt tamen Iuris Canonici Doctores, si quis qui nondum presbyter creatus est, sacretur Episcopus, recepturum quidem cum Pontificiam potestatem, non tamen vsum, & administrationem, ac proinde si Pontificium munus præstet, & obeat, haud dubiè peccare, quamuis quod fecit sit ratum. Item fatentur ei Episcopo demandari, & delega

legari non posse, vt Presbyteros consecret, nimirum cum ipse Presbyter non sit: quare tamen si cætera malè ab eo, per talem potestatem Ordinis facta, vim, & locū habeant nullus tamen erit Sacerdos ab eo consecratus, etiam si illum consecret: Couarruuias *lib. 1. variarum resolutionum, cap. 10. num. 16. ad finem, cum Gloss. in cap. 1. de Cleric.* per saltum promot. in verbo *Ministrare*. Sed tunc ne deserat Theologorum opinionem, quam præter Doctores citatos tenent plures alij, quos plena manu adducit, & sequitur Sanchez in *Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 14. num. 8.* qui optimè tamen obseruat, quod si Sacerdos quocunque alio Ordine deficiente consecratur Episcopus, valebit consecratio, & omnes Ordines cõferre posset, dempro eo quem non habet *cap. gratia. quæst. 1.* Non tamen debet exequi officium suum ante susceptionem Ordinis prætermitti, nec secundum Hostiens. ante habet executionem, etiam quoad Ordines, quos suscepit. Obferua etiam, quòd quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter Sacros Ordines, scilicet ante Beatum Gregorium in *cap. nullum, distinct. 18.* nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoueri absque Papæ dispensatione, *cap. nullus Episcopus, distinct. 10.* At cum iam numeretur inter Sacros Ordines, potest Subdiaconus in Episcopatum promoueri, non autem qui Subdiaconus non est, vt patet *ex cap. à multis, de astate, & qualitate*, quod innouatum est in Tridentino, *sess. 22. cap. 2. de reformat.* Imo adducitur, quod antea saltem sex mensium spatio debet esse in Sacro Ordine constitutus. Sic Bellarminus *dicto lib. 1. unico de Sacramento Ordinis, cap. 7. §. olim* tamen Salzedo *dicto cap. 24. §. dicitur etiam*; vbi addit, quod nullus assumatur ad Ecclesiam Cathedrallem, nisi habeat Sacrum Ordinem; idem videtur dicendum de Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus. Vide etiam Azorium. *part. 2. l. 3. cap. 30. quæst. 9.* qui supradictis adhæret.

Qui sint incapaces Consecrationis Episcopalis, & fabula de Ioanna Papissa refellitur.

RESOLVTIO LIV.

Statis dictū est de Sacramento Consecrationis Episcopalis, de eius Characterem, de eius materia, ac de ministro: nunc tangenda sunt aliqua de suscipientibus, ac de modo ministrandi, & ad propositam quæstionem. Respondeo quoad illicitam susceptionem

esse Excõmunicatos Irregulares, &c. quoad inualidam Infideles, & fœminæ. De Infidelibus non est dubium, cum Baptismus de iure diuino ante Ordinis receptionem requiratur, sine quo aliorum Sacramentorum homo non est capax; & colligiur *ex c. Venimus de presbyteris non baptizatis*. Sed quoad fœminas, Hæretici dicti Pepuziani existimauerunt etiã fœminas ex Christi institutione esse capaces cuiuscumque Ordinationis Ecclesiasticæ, etiã Episcopatus. Primò, quia id indicare videtur Paulus in *Epist. ad Galat. 3.* dum ait; *Christo Iesu masculinum, & fœminam unum esse, & inter eos non esse discrimen*. Secundò, quia fœmina potest esse Prophetissa, qualis erat Maria soror Moysi, & Anna filia Phanuel *Luc. 2.* ergo potest esse Clerica, imò Episcopa. Tertiò, quia antiquitus in Ecclesia fuerunt Subdiaconissæ, Diaconissæ, Præsbyteræ, & Episcopæ, vt constat ex abrogatione Ordinationis illarum, facta à Græcis in Concilio Laodicensi *can. 11.* & referuntur *Canon. Mulieres 32. dist. 8.* à Latinis in Concilio Arausicano *1. can. 26.* Et hanc opinionem tenuerunt etiam Catholici apud D. Bonaventuram in *4. dub. 25. ar. 1. q. 1.* Et probari potest ex eo, quòd de Ioanna Anglicana fœmina ad summum Sacerdotium, seu Pontificatum assumpta, multi Scriptores tradidere absque villo tamen fundamento, quorū primus fuit Martinus Monachus Cisterciensis Ordinis, qui fuit Innocentij I V. Pœnitentiarius, & res gestas Pontificum vsque ad sua tempora conscripsit; vel, vt alij volunt, primus huius rei scriptor fuit Marianus Scorus, quem sequuti sunt Sigiberus, Otho, Frisingensis in *fin. l. 7. Sor. in 4. dist. 21. q. 1. art. 2.* Petrus Messias in Sylua *variarum Lætionum, part. 1. c. 9.* Platina, & alij, qui etiã addunt hanc Papissam post Leonem I V. & ante Benedictum III. duobus annis regnasse. Sed prorsus contrariam sententiam de fide tenendam esse puto, quia fœminæ de Iure Diuino ab Ordinum maiorum susceptione excluduntur Sic definitur in *cap. Noua de penitent. & remission.* & tenent omnes Sancti Patres, quos omnes Theologi, & Canonistæ sequuntur S. Thomas *q. 39. art. 1. D. Bonavent. d. 25. art. 2. q. 1.* Durandus & Scotus *quæst. 2. Sotus quæst. 1. art. 2.* Henriquez *l. 1. cap. 12. & lib. 10. cap. 16.* Hurtado *diffic. 20. Granada tract. de Ordine disputatione. 1. num. 2.* Philibert. *tract. 1. part. 4. c. 1. per totum* Perr à S. Iosepho *disp. 8. sect. 2.* Machado *tom. 1. lib. 3. par. 1. tract. 4. docum. 1.* Sanchez *tom. 2. consil. lib. 7. cap. 1. dub. 30.* Dicastill. *tom. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 19. num. 279.* Palaus *tom. 4. tr. 27. punct. 6.* Trullench *lib. 6. dub. 11. n. 3.* Dicen.

Dicendum est igitur, quod Catholica veritas est, foeminas Iure Divino ab Ordinum susceptione excludi, aut etiam si materia, & forma ab Episcopo illis applicaretur, irrita omnino foret earum ordinatio. Hæc conclusio habetur in *cap. Noua de pœnitentiis, & remissionibus*, quam omnes Canonistæ, & Theologi sequuntur, & eam tradiderunt multi Sancti Patres, vt S. Cyrillus *super c. 6. Ioannis*, S. Ambrosius *cap. 15. in Epist. ad Romanos*, Sanctus Chrysostomus, & alij D. Pauli expositores in illa verba: *mulier autem seducta in prauaricatione fuit, 2. ad Timoth. 2.* Leo etiam I X. in *Epistola ad Michaëlem Cerialanum, Constantinopolitanum Patriarcham, & Leonem Archidiaconum, qua est de Graecorum hæresibus, cap. 23*, illos acriter reprehendit, quod in Patriarchali Sede Eunuchum, & foeminas (hi erant Ignatius, & Nicetas) permiserint sedere. Rectè itaque Martinon de *Sacrament. tom. 1. disput. 67. sect. 1. num. 1.* sic ait, *Certum est apud omnes Catholicos, subiectum capax ordinationis Sacerdotalis non esse fœminam, neque non baptizatum. Nam collatio cuiusunque alterius Sacramenti præsupponit Baptismum. Etiam pridem explosa est ab Ecclesia hæresis Pepsiano-rum, qui teste Epiphano hæresi 49 & Augustinus lib. de Hæresibus, hæresi 27. Ordinabant mulieres in Sacerdotes; atque etiam, vt addit Epiphanius in *Diaconissus Altaris, & Episcopas*. Ita ille.*

Ad fundamentum hæreticorum respondemus, Paulum ibi tantum voluisse significare inter masculum, & fœminam nullum esse discrimen in Christo, quoad iustificationem, & meritum. Ad secundum concedimus foeminas posse esse, & fuisse Prophetissas, negamus tamen posse ordinari: quia prophetia absque indecentia potest in fœmina, & non ordinatio; quia prophetia non constituit fœminam superiorem in Ecclesia, benè tamen Ordinatio; & ideo ex Christi institutione non fuit facta habilis ad Ordinationem ab ipso institutam. Ad tertium respondemus olim aliquas institutas Diaconissas non ordinatione Diaconatus ad munus Ecclesiasticum Diaconi, sed ad curam fœminarum, vt eis in quibusdam necessitatibus assisterent, præsertim in Ordine ad Baptismum suscipiendum, & ad iam susceptum, vt indicat Epiphanius *hæresi 69.* & præter has fuisse alias Diaconissas non ob aliquod officium sed quia erant Vxores Virorum, qui separatione, facta, quoad torum, ordinabantur Diaconi, & similitatione erant aliæ Subdiaconissæ, aliæ Presbyteræ, & aliæ Episcopæ, quia earum viri simili separatione facta

ordinati erant, aut Subdiaconi, aut Presbyteri, aut Episcopi, de quo legendus est Vasquez *disp. 245. Laymannus cap. 6.*

Ad exemplum Papißæ respondeo esse fabulam, & figmentum merum, vt satis demonstrarunt Papyrius Maso Gallus in libro quem scripsit de *Vrbis Episcopis*; & latius Florimundus de Raymundo Regius Consiliarius in aureo illo commentario Gallica lingua edito, cuius inscriptio est *Error popularis de Ioanna, seu de Pontifice dicta Papißa, & Onuphrius Panuinus in suis annotationibus ad Platinam & Bellarm. lib. 3. de Pontifice Romano cap. 24.* & Baronus *tom. 10. an. Christi 953. n. 86.* Quibus adde doctum, eruditum, & amicissimum Leonem Allatium, & Andream Victorellum in *tractatibus de hac materia, & nouissimè Ioannem Stolenum in dissertatione historica Theologica de Papißa monstruosa per totam*, vbi eruditè, & latè hanc esse meram fabulam demonstrat; historix etiam mendosæ originem ducunt ab aliqua nouitate ex Panuino, putat Marchinus *tract. 1. part. 4. c. 1. num. 22.* & Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 5. q. 2.* hanc talem historiam ortum sumpsisse tempore Ioannis V II. Pontificis, apud quem cum in eius Pontificatu primas partes haberet dicta fœmina Ioanna, cœpit vulgò Papißa nuncupari, & ita paulatim vires acquirentes fama Ioannam fœminam inter viros Pontifices imperiti Scriptores enumerarunt. Vel dicendum cum Bellarmino fabulam hanc de Ioanna fœmina ad Pontificatum euecta, initium traxisse ab alia quadam fœmina, quæ teste Leone I X. in *Epist. ad Michaëlem c. 23.* in Patriarchalem Sedem Constantinopolitanam obrepit, quam quidem historiam Romanæ Ecclesiæ hostes à Constantinopolitano ad Romanum Pontificem conuerterunt; inde garriendi occasio sumentes, quod huiusmodi nomen ob temporis antiquitatem consenuerat.

Intra quod spatium temporis Episcopus electus, & confirmatus consecrari debeat, & si non faciat, in quibus pœnis incurrat.

RESOLVTIO LV.

Respondeo. Quod tenetur Episcopus, vel quicumque alius Ecclesiæ Cathedrali, seu superiori quocumq; nomine, ac titulo præfectus, etiam si sit Cardinalis intra tres menses consecrari, vt patet ex Concilio Calcedonensi *c. 25.* & habetur *cap. quoniam dist.*

dist. 75. cap. quoniam, distinct. 100. & in Tridentino *sess. 23. cap. 2. de reformat. & sess. 7. cap. 9. de reformat. & illa sess. 23. cap. 2.* decernit, quod Episcopus electus si intra tres menses non consecratur, teneatur ad fructuum perceptorum restitutionem, & si intra totidem menses id postea facere neglexerit, Ecclesia sit ipso iure priuatus, & *sess. 7. dist. cap. 9.* decernit, vt prorogationes vltra sex menses concessæ, nulli suffragentur, id est, vt explicat quidam Doctor Salmantinus, quod ad differendum vltra sex menses non proficit Episcopo vlla Papæ dispensatio, nisi Papa expressam illius capitis mentionem, & dispensationem fecerit, argumento *cap. 1.* cum ibi notat. *de constitut.* Hi autem tres menses, intra quos Episcopus consecrandus est, non sunt computandi à die electionis, sed à die confirmationis. Ratio, quia ante confirmationem consecrari non potuit, & ideo tempus illud computari non debet, vt patet *cap. quia diuersitatem, de concess. præbend.* vbi habetur, tempus suspensionis, in quo quis eligere non potest non esse computandum in semestri iure præfixo ad eligendum, vel conferendum beneficium, quia eo tempore eligere non potest; sic tenet Turrecremata *cap. quoniam, distinct. 100. num. 2.* & ibi Hugo, Tabien, verbo, *confirmatio, in communi, quest. 9.* Angel. verbo, *Consecratio Episcoporum, initio*, Rosella verb. *Confirmatio electorum, numer. 11.* D. Anton. *3. part. tit. 14. cap. 16.* Syluest. *consecrat. 1. quest. 3.* vbi bene addit cum Raynerio, quod si negligens fuit ad petendam confirmationem, tunc computandi erunt illi tres menses, nisi necessitas cogat amplius differre, vt patet *ex cap. quoniam, distinct. 705.* & *cap. quoniam, distinct. 100.* & tenet Syluest. Tabien. Rosell. D. Anton. Angel. citati, & Turrecremata *cap. quoniam, distinct. 100.* & *gloss. cap. quoniam, distinct. 75.* & ponit exemplum Turrecremata vt propter morbum Episcopi consecrandi, vel si impediatur ab hoste; multæ aliæ causæ (inquit) possunt accidere, quæ impediunt; imò dicunt ibi Turrecremata & Glossa posse contingere causam iustam, vt confirmatus Episcopus nunquam consecratur, vt si inculpabiliter ita vitietur corpore, vt postea non debeat ordinari, hic enim nunquam consecrabitur, sed dicit Turrecremata. quod administrabit, ea, quæ sunt Iurisdictionis, & supplebuntur, quæ sunt Ordinis per alium Episcopum, *cap. Pontifice 7. quest. 1.* Et hæc omnia di-

Anton. Diana Pars XII.

cit Sanchez *Opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 13.* sed audiamus post Theologum, Canonistam hæc omnia confirmantem, & alia addentem; Vgolinus itaque sic ait, *de potestate Episcopi, cap. 1. num. 2. fol. 8.* Intra tres menses consecratio hæc fieri debet, *cap. quoniam, distinct. 75.* & *S. tempus autem Consecrationis, eadem distinct. 75.* alioquin ipsis elapsis si consecratio facta non sit, ad restitutionem fructuum perceptorum tenetur, ita Trident. *Synod. sess. 23. de reformat. cap. 2.* Currit autem tempus hoc à die promotionis, ei qui præsens adest, ita Calderinus in *conf. 4. & conf. 50. de elect.* quem refert, ac sequitur Illustrissimus Cardinalis Tuschus in *littera C. conclus. 743. num. 3. & conclus. seq.* Vide etiam Squillantem de *obligat. & priuileg. Episcop. part. 1. cap. 1. n. 29.* Henriquez *l. 10. c. 23. num. vlt.* & Thesaurum in *praxi de pœnis, part. 2. verb. Episcopus, cap. 2. verb. nota primò.*

Excipitur tamen, vbi iusto impedimento detineretur, vt pote morbo, aliòve facti impedimento, tunc enim excusatur, & pœnam euadit, argum. *cit. cap. quoniam, & tot. tit. de Cleric. agrot.* Idque meritò, nam constitutio S. Synodi lex est, lex autem de re possibili esse debet, *cap. erit autem lex, d. 4.* ergo vbi consecrari nequit excusatur, argum. *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* atque sic habetur in *cit. cap. quoniam, & ibi gloss. dist. 75.* Vide Squillantem *vbi supra, Parisium de resignat. benef. lib. 11. q. 13. n. 1.* Vgolinum de *consecr. Episcop. cap. 1. § 2.* Leyuan in *exam. Episc. lib. 10. cap. 8. num. 4.* & Thesaurum loco citato.

Excipitur etiam, vbi de iure impediretur, vt pote, quia excommunicatus, censuræve alia irretitus est, & per ipsum non statur, quo minus absoluator; vel de aliquo delicto accusatus est, & antequam innocentem se probet, tempus hoc elabitur, non enim in pœnam hanc incidet; quandoquidem non valenti agere non currit præscriptio; ita Felinus in *cap. ex transmissa, num. 7. cum sequent de præscript.* & Paritius & alij ab eo citati, de *resignat. benef. lib. 1. quest. 13. num. 11.* Quare et si lis esset super Episcopatu, lite pendente excusabitur, si interim tempus elabatur; sicut etiam si esset promotus à Papa, & licentiam consecrandi non haberet, in eo enim casu licentia tunc petitur; ita Gemin. in *consil. 42.* quem refert, ac sequitur Tuschus *eadem conclus. 743. num. 8. & 9.* fecus autem si sua culpa vt pote si per indignationem membrum sibi mutilasset.

F Vel

Vel igitur de iure, vel de facto impediatur, pœnam propositam euadit, vbi culpa vacat.

Si post tres menses, itidem intra tres alios menses id facere neglexerit, ipso iure Episcopatu priuatus est, nisi & hic vt supra impediatur, atque ob eam rem dicitur in eodem *cap. 2.* Neglexerit; at qui impeditur, non negligit, & idcirco in prædictas pœnas incidere non debet; requiritur ergo negligentia, & incuria, quo prædictis pœnis efficiatur, atque sic etiam habetur in *cap. 1. distinct. 100.* Ex his apparet non habere locum in hac consecratione dispositionem, *cap. licet canon. & cap. commissa, de elect. lib. 6.* vt scilicet intra annum consecrari possit, sicut qui Beneficium curam animarum habuit, qui intra annum Sacerdos fieri potest, vt dicitur in eisdem iuribus, atque sic addit ad Diaz in *pract. Crimin. Canon. cap. 53. versic. deinde aduerie.* Hinc etiam apparet pœnam citato *cap. 1. distinct. 100.* contra negligentes, qui se consecrandos non curant locum omnino habere. Huc vsque Vgolinus, cui ego addo Azorium *part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 1.* Mascardum *tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 2. document. 6. numer. 1.* & Pacem Iordanum *tom. 1. lib. 1. tit. 2. numer. 4.* & Marchinum de *sacrament. Ordinis, tract. 1. part. 2. cap. 1. 1. numer. 6.* Notandum est tamen hic, quod si Episcopus ex dispensatione ultra tres menses consecrationem distulit, posse omnia beneficia retinere, quæ à consecrationis die vacarunt: nam eo ipso, quod dilatio illa non est culpabilis ratione legitime dispensationis: nulla est ratio, cur beneficia vacantia retinere non possit. Deinde hoc colligitur ex *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* vbi definitur, Parochum, cum quo erat dispensatum, ne intra annum promoueretur, non amisisse Beneficium illud, aut aliam pœnam incurrisse; & ideo hanc sententiam sustinet Felinus, Rebuffus, Euerardus, Decianus, Abbas, Gambera quos adducit, & sequitur Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disput. 1. num. 24.*

Postquam verò Episcopus est consecratus, & habuit pacificam possessionem Ecclesiæ, si prius aliqua beneficia habebat ipso iure vacant, vt probat Parisius *lib. 3. de resignatione Benefic. quæst. 1. numer. 26.* omnino legendus, necnon Rodriguez in *summa, part. 2. cap. 10. in fine,* potest tamen retinere pensiones, si quas in aliquo Episcopatu habebat, cui deinde

si in Episcopali dignitate succederet, postea dimitteret, vt notat Gigas de *pensionib. quæst. 49.*

An Episcopi negligentes consecrationem suscipere incurrant pœnas de quibus supra, ante iudicij sententiam.

RESOLVTIO LVI.

Affirmatiuè respondet Reginaldus in *praxi tom. 1. lib. 13. numer. 181.* Squilant. de *obligat. & priuileg. Episcop. part. 1. cap. 4. numer. 33.* & Thetaurus in *praxi de pœnis, part. 2. verbo Episcopus, cap. 2.* vbi sic asserit: Nota secundò, quod pœna dicta priuationis fructuum ligat in foro conscientie ante omnem sententiam, vt patet ex Trident. ita Nauarrus *cap. 25. numer. 108.* quia constitutus est Episcopus sub ea conditione, vel modo; vel quia non fecit, quod debuit, vt esset idoneus minister. Itaque, qui etiam hoc firmat ex eo, quod Urbani V I I I. in Breui reformationis Sacræ Pœnitentiariæ, prohibuit maiori Pœnitentiario, & cæteris Officialibus Pœnitentiariæ super pœnis præfatis Concilij Tridentini dispensare, scilicet, vt non valeant titulum reualidare, vel fructus condonare, & quoad restitutionem fructuum; ita tenet etiam Bonacina de *legibus, disputat. 1. quæst. 1. parte 7. §. numer. 28.*

Verum licet hæc opinio sit probabilis, vt notat Lessius de *iustitia, lib. 2. cap. 34. numer. 103.* tamen ipse & merito contrariam sententiam tenet. Dico igitur, obligationem restituendi fructus, & Episcopatus priuationem ex dilatione consecrationis in foro conscientie non habere locum nisi post sententiam. Ita præter Lessium docet Henriquez *lib. 20. cap. 23. numero ultimo, in glossa litera V. X. Suarez de legibus, lib. 5. cap. 8. numer. 13.* Filliucius de *Benefic. tractat. 41. cap. 5. numer. 23. versic. & quidem primò,* & Fagundez in *Decalog. tract. 2. lib. 8. cap. 29. numer. 15.* quia vtraque est pœna priuans iure quæsitò, & verba illa, *sunt ipso iure priuati,* per se non significant voluntatem Legislatoris esse, vt talis pœna in foro conscientie incurratur ante sententiam declaratoriam; & intelliguntur de priuatione post sententiam cum retrotractione. Item illa verba, *ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur,* nil alio addito non sufficiunt ad inducendam, vel indican-

indicandam obligationem in foro conscientie incurratur ante, sed tantum post sententiam quoad priuationem Episcopatus. Ita sentit etiam Bonacina loco citato. Alteram tamen sententiam non parum corroborat Breue illud Urbani, si adest. Potest tamen dici prohibitionem Breuis procedere in casibus, in quibus clarè constat Tridentinum in foro conscientie ante sententiam inducere priuationem tituli, & restitutionem fructuum. Et hæc omnia docet etiam doctus, & amicissimus Angelus Bossius *tractat. de effectibus Matrimonij, c. 5. num. 96.* & omnino videndus P. Thomas, Hurtaudus *variaram tom. 2. tractat. ultim. resolut. 12. §. 4. num. 700.* qui hunc casum, & alios similes doctè, vt semper solet, pertractat.

Ex quibus ego interrogatus his diebus, an qui commisit crimen propter quod lege ita statuente incurrat ipso iure pœnam priuationis beneficiorum, & officij, an in foro conscientie statim illud amittat, & teneatur dimittere etiam ante sententiam declaratoriam. Respondi negatiuè. Ita Doctores, quos latè cumulat Garzias de *Benefic. part. 11. cap. 10. num. 8. & 9.* Farinacius de *heresi, quæst. 189. §. 6. num. 80.* Nauarrus sibi contrarius de *commodatis, & promissis, notab. 31.* Graffius de *decision. aur. part. 1. lib. 2. cap. 11.* Couarruias *dicto 8. num. 8.* & duobus sequentibus, Molina de *iustitia, disputat. 96.* Azorius *dicto lib. 5. cap. 8. quæst. 3.* Sanchez de *matrimonio, lib. 9. disput. 30. & lib. 3. disput. 22. num. 56. & in summa lib. 2. cap. 26. num. 7. & cap. 39. num. 39. & lib. 6. cap. 15. num. 65. & lib. 2. Opuscul. moral. cap. 2. dub. 23. num. 3.* Bellet *dist. 5.* Lessius *dicto cap. 29. nom. 63.* Ioan. Valer. *ver. pœna, dict. difficult. 20.* Samuel de *elect. can. tract. 2. dispuo. 7. controuers. 3. numer. 20. & 22.* Layman *dicto cap. 14. num. 6.* Suarez de *legibus, dicto lib. 5. cap. 8. num. 4. & 9.* Salas *dicta disput. 15. sect. 1. num. 49.* Valquez de *legibus, disput. 174. cap. 1.* Villalobos *dicto tract. 2. difficult. 26. numer. 4.* Bonacina *dicto §. numer. 11.* Reginaldus *lib. 13. numer. 284.* Fagundez in *Decalog. lib. 8. cap. 29. num. 8. & 9.* Filliucius *tom. 1. tractat. 21. cap. 7. num. 126. & tom. 2. tractat. 21. cap. ultim. dicto num. 423. & 424. & tractat. 40. cap. 6. numer. 149.* Lezana *tom. 1. cap. 10. num. 30. & tom. 3. verb. pœna, num. 8.* Peyrinus de *subdito, tom. 1. quæst. 2. cap. 2. §. 21. conclus. 3. & tom. 1. priuileg. in constitut. 6. Iulij 11. num. 19.* Portel. in Anton. Diana Pars XII.

amb. regul. verb. lex, num. 6. Probat hæc opinio, quia hæc pœna ad sui executionem exigit aliquam hominis actionem posituam; ergo non habet locum in foro conscientie, nisi sequuta sententia saltem criminis declaratoria, iuxta tradita numeris citatis. Confirmatur, quia vt quis re, quam possidet priuetur in pœnam criminis, oportet vt sententia aliqua præcedat cum natura abhorreat, vt idem sit agens & patiens; ac proinde lex humana videretur nimis acerba, & supra humanas vires, si cogeret ad exequendum in se pœnam valde grauem. Quare non censetur obligare cum tanto rigore, saltem nisi exprimat, vt in conscientia ante omnem declaratoriam quis teneatur dimittere ius, quod habet, & rem quam possidet ante omnem iudicij sententiam criminis declaratoriam. Neque ideo verba illa legis, quod delinquens ipso iure Beneficium, vel Officium amittat, sunt superflua, & carent effectu; nam efficiunt, vt statim post sententiam criminis declaratoriam pœna incurratur, & non requiratur sententia condemnatoria pœnæ. Item illa verba, *ipso iure,* seu *ipso facto amittant,* operantur. Sicut in casu confiscationis, vt sequuta sententia criminis declaratoria retrahatur illius effectus ad diem commissi criminis; ita vt rescindantur, & ipso iure annullentur Beneficia post crimen facta, rescindantur omnia acta ipso iure dicti beneficij, vel officij tanquam ex priuata auctoritate (nam quæ ex publica potestate), iurisdicção scilicet actu gesta sunt, quandiu delictum mansit occultum, valent, nec cessant per declaratoriam subsequutam; nam ad valorem actuum publica potestate gestorum tam in foro externo, quam interno sufficit beneficij, seu officij possessio & titulus coloratus iuxta Doctores communem; & l. Barbarius, ff. de offic. Præsidi.) Item repetuntur omnes fructus beneficij à die commissi criminis percepti. Quæ omnia non haberent locum, si beneficij, seu officij amissio, seu priuatio non esset imposita ipso facto, sed per iudicis sententiam esset imponenda.

* * *

An Episcopus ante consecrationem debeat prestare iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem.

RESOLVTIO LVII.

Consecrandus in Curia ante diem consecrationis facit solemne iuramentum. Ego N. &c. de quo in Pontificali genuflexus coram Cardinali Priore Diaconorum in ædibus solitæ mansionis, vel vbi libuerit Dominationi suæ Eminentissimæ. Qui verò consecratur alibi, Iuramentum emittit in actu consecrationis in manibus primarij Consecratoris, adstantibus duobus aliis, vt disponitur in Pontificali. Idem efficitur in consecrationibus extra Curiam; sicut etiam debet emittere professionem fidei, & ideò Machadus tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 2. document. 6. num. 2. sic ait: *Los requisitos con que el Derecho, y los sagrados Canones disponen, que el Obispo lleque a ser consagrado, son los siguientes.*

El primero, que segun afirma el Doctor Solorzano es antiquissimo en la Iglesia, y dispuesto, expressamente por Derecho común, y por el Concilio Tridentino, es que antes de consagrarse aya hecho el Obispo Profesion de la Fe, y iuramento de guardar fidelidad al Romano Pontifice en manos de algun Obispo, a quien el Pontifice lo suele ordinariamente cometer. Vide etiam Azorium part. 2. lib. 3. cap. 0. quest. 3. sed difficultas est, an supradicta possint fieri per procuratorem, & affirmatiuam sententiam tenet Felicianus à Vega in cap. Postulasti, de Iudiciis, num. 7. asserens, posse Iuramentum per procuratorem præstari, & etiam fidei professionem, vt tradit Nauarrus consil. 11. de iureiurando, numer. 2. lib. 2. Thomas Sanchez in summa, lib. 2. capit. 5. numer. 7. Azorius 2. tomo institutionum moralium, lib. 7. cap. 2. quest. 6. Zerola in praxi 2. parte, verbo, Fidei professo, & Barbof. in lib. remissionum Concilij Tridentini super cap. 12. sessione 24. & in Pastoralis 3. parte, allegatione 51. numer. 20. Quod probatur præter alias rationes ex cap. Optatum, (Solorzanus fol. 673.) distinct. 100. Vbi Episcopus Agripinensis per suum Nuntium à Ioanne Papa pallium postulauit, qui illud ei ob has causas non concessit, quia Fidem Catholicam ad plenum in Epistola non exposuerat, & quia in Epistola non subscripserat, & quia nec aliquem Nuntium miserat, & qui pro eo iuraret, ibi:

nec aliquem qui hanc iureiurando firmaret. miserit. Ergo si hæc Episcopus ille fecisset, & speciale nuntium misisset, apertè innuit textus, quòd Pontifex Fidei professionem per procuratorem acceperat, & optatum pallium Episcopo contulisset. Et ideò Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 7. testatur, illis diebus quibus hæc scribebat, Episcopum de Malaga præstitisse iuramentum per procuratorem in manibus Episcopi de Guadix, qui solum triginta leucis distat à Diocesi Malacitana, qui vt faceret, retulit alium Episcopum similiter per procuratorem eandem Fidei professionem emisisse.

Verùm licet hæc opinio sit satis probabilis, mihi verò contraria magis placet, quam tuetur eruditissimus, & nunquam satis laudatus Illustrissimus Dominus meus Ioannes Solorzanus de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. cap. 6. numer. 12. vbi sic ait: *Contraria sententia communior videtur, & sic quod saltem in personis Episcoporum, & Archiepiscoporum, Fidei profectio, & dictum iuramentum fidelitatis Romano Pontifici præstanda, non possit per procuratorem admitti: quod adeò substantiale esse docuit Couarruias in dicto cap. quamuis, §. 1. n. 3. vt Prælati debeant illud facere, tactis sacrosanctis Euangelis, nec sufficit, quod iurent per suam consecrationem, vel imponendo manum ad pectus. Et ita videtur decidi per Concilium Tridentinum dict. sess. 24. cap. 12. dum apertè requirit, quod professionem fidei faciant per se ipsos, ibi: Orthodoxa sua fidei publicam facere professionem, & in Romana Ecclesia obedientiam se permansuros spondeant, ac iurent: iuncta declaratione sacra Congregationis Cardinalium, quam refert Farinacius ibidem pag. 328. in parois, quæ inquit: *Quod debent iurare per se ipsos, & quod si absentes sint, accedant ad hoc ad Ecclesiam, & iterum expressius, quatenus dubitanti an facturi publicam fidei professionem ad formam illius capituli, si sint absentes possint illam emittere per procuratorem, responsum fuit. Non possunt, sed debent professionem emittere per se ipsos: de quibus declarationibus mentionem faciens Nicol. Garc. dict. 3. part. cap. 3. dub. 12. num. 64. securè affirmat, hodie procuratorem non admitti, & addit, idem antea decisum videri per Rotam in causa Carthaginensi 19. Februarij 1588. quatenus declarauit hoc iuramentum debere corporaliter præstari, ex doctrina Abbat. num. 6. & aliorum in d. cap. ego N. Hucusque Solorz.**

Qui

Qui etiam postea num. 18. quærit, an si in Bulla Commissionis dicti iuramenti fidelitatis, & professionis fidei aliquem Prælatum, vel Prælatos designet, qui tempore receptionis mortui esse reperiantur, vel in partibus valdè remotis à loco, in quo Episcopus translatus, vel de nouo creatus, ac consecrandus, moratur, & ibi, vel in loco viciniore adsit alter Episcopus, vel Archiepiscopus, in cuius manibus velit facere dictam professionem, & iuramentum, an is licet, & validè eam recipere possit, quamuis cum eo Bullæ verba nequaquam loquantur. Et plura argumenta pro hac parte negatiua adducens, affirmatiuum postea variis rationibus confirmat, asserens in casibus suprà relatis, consului, & obtinui mortuo, vel longè absente Prælato, cui dicti iuramenti receptio commissa fuerit, bene & validè posset quemlibet alium supertitem, vel viciniorem illud recipere. Ad quod suadendum, & probandum, hæc quæ sequuntur, argumenta perpendi. Nam licet verum sit in rescriptis delegatorijs regulariter de vna persona ad aliam extensionem non dari, vt in cap. P. & G. de officio delegat. cum aliis quæ congerit Morla in Emporio iuris, tit. de iurisdictione omnium iudicum, quest. 21. art. 1. cum sequentibus, & alij, de quibus suprà num. 23. hoc non procedit vbi rescripta iunt ad alios casus, quàm ad lites, quia tunc in eis bene admittitur extensio ad aliam personam aptam ad executionem eorum, vt colligitur ex gloss. in proam. Decretal. verbo Bononia, & notat Felin. dicto cap. P. & G. num. 5. maximè quando talis personæ expressio, vel designatio rescripti substantiam non respicit. Nam si respiceret, nedum mandatum esset seruandum, sed etiam qualitas mandati, cap. cum venisset, vbi Bald. de eo, qui mittitur in possessione, l. qui Roma, §. Callimachus, numer. 10. D. de verborum obligat. Vbi verò (vt dixit) non respicit, & ad actum peragendum, velut quid accidentale se habet, & extrinsecam formam concernit, vt in nostro casu contingit, tunc parum curare debemus de modo, & forma dummodo effectum habeamus, & bene potest per æquipollens adimpleri, vt probat textus in l. cum seruus 102. D. de verborum obligat. l. vniuersis 6. C. de prohib. Imparat offer. l. si quis mihi bona 25. §. sed quid si mandauit, D. de acquirend. hæredit. l. si mater, C. de instit. & substit. l. 1. D. de ventre inspiciend. l. 1. D. de liberis & posthum. notat Alexand.

Anton. Diana Pars X II.

& alij, quos refert Cardinalis Tuschus littera E, conclus. 419. à num. 1. vbi num. 7. & sequentibus, loquitur de forma data in rescripto, latè D. Hieronymus de Leon. in decis. Valentia 108. numer. 3. part. 1. & Marius Muta, omnino videndus, ad Constitut. Sicilia 1. tom. cap. 39. num. 109. & sequentibus, vbi post Andream de Ifernina, & alios, quos refert, multum in nostris terminis, tenet quod si Summus Pontifex mandaret Archiepiscopo Panormitano: vt consecraret talem Prælatum in tali Ecclesia, potest ex causa alibi illum consecrare, & iustam causam reputat quamlibet, quæ præstet probabile impedimentum, ob quod ad designatum locum iri non possit; ex quo locus non est ex substantia consecrandi. & demonstratiuè potius quàm taxatiuè designatus esse ceteretur. Et sic in nostro casu, cum non magis operetur Fidei profectio, & iuramentum fidelitatis factum in manibus Episcopi nominati, quàm alterius, eligenda via est, per quam vtrique parti consulitur l. 1. cum ibi notat. C. de diuers. rescript. Hæc omnia Solorzanus, quæ nimis possunt deseruire pro nostra materia consecrationis Episcoporum in casibus similibus.

An aliquando valida sit Consecratio Episcopi antequam recipiat Bullas Romæ emanatas, vt possit consecrari etiam ab vno Episcopo, & opinio affirmatiua adducitur.

RESOLVTIO LVIII.

Casus accidit his temporibus in India, & quæstio fuit audenter agitata inter viros doctos, & quia casus est curiosus, assero affirmatiuam sententiam docuisse eruditissimum Dominum meum Ioannem Solorzanum in Politica Indiana lib. 4. cap. 5. in fine; vbi sic ait: *Lo que estos dias he iusto poner en question, y por esso lo iuzgo por digno de remarcar con ello esto capitulo; es, si podrá vn Obispo consagrarse en las Indias, & en otra parte antes de auer recibido las Bulas Apostolicas de su promocion, y confirmacion, y solo con la noticia, & certeca bastante de que ya le stan despachadas porque parece, que en esta forma se consagrò de proximo el Reuerendissimo D. Fr. Bernardino de Cardenas Obispo del Paraguay por mano del Reuerendissimo Tucuman, precediendo la informacion que tuuieron por bastante, de que ya estauan despachadas las Bulas, aunque por algunos accidentes no auian*

F 3

llegado

llegado à su poder. Y no faltó quien lo estranasse, y escribiesse ad Consejo, era caso nuevo, y en que ambos auian incurrido en graues penas, y censuras. Por que segun lo que despues de otros refiere Augustin Barbofa, aunque dentro de la Curia Romana se pueda consagrar un Obispo con sola la notoriedad, ò viux vocis oraculo, de que ya està criado por tal, fuera della no se permite, sin ver las Bulas y leerlas al tiempo de la Consagracion, y aun el Ceremonial, ò Pontifical Romano, diçe se pongan sobre la cabeça del consagrado. Por donde parece, que si se haze la consagracion sin preceder esto, incurrirà el consagrante en las penas de los que ordenan à Clerigos subditos de otros Prelados sin su licencia. E y en consagrado en las que incurre el Clerigo que se ordena sin licencia de su Ordinario. Fò el Obispo que se mete a exercer jurisdiccion en su Iglesia, antes de hauer despachado las Bulas della de que abla una extrauagante. En cuyo argumento, diçen unas glossas Abad y otros muchos Authores, que aunque la gracia del Obispado, o Beneficio, se haze con solo el verbo Fiat del Papa, hará mal el Cabildo que le recibiere por Prelado, sino mostrare el titulo, ò letras de su dignidad, aunque por otras vias le conste ser cierto, que està prouido.

Pero sin embargo desto, el Consejo despues de auer ponderado el caso con su acostumbrada atencion, y prudencia se contento con escribir à los dichos Prelados, informassen lo que auia passado en el, y con auertirles se auia estrannado, lo que se dexia, que auia dicho, y que podria estar sujeto à muchos fraudes, è inconuenientes, si en otras ocasiones se continuasse, y se per iudicaria el Patronazgo Real, que està en constumbre de embiar iuntamente con las Bulas la prouision para que se cumplan, y al Obispo se le acuda con sus frutos, y rentas, que llaman Executoriales.

Sin poner dnda de que la consagracion huiese sido valida porque esso no la recibe, supuesto la verdad de que ya estava criado este Obispo, como se colige de los textos citados y que ay Autores, que dicen, que los tres meses, que se dana los Obispos para consagrarse, despues de su promocion, ò confirmacion corren desde el dia de la noticia della, como lo diramos en otro lugar. La qual noticia tiene declarado la Rota Romana que la puede vno tener por cartas particulares, como lo refiere Farinaccio, y segun esto bien parece que en el caso de que se trata la huuo tan bastante, se pudo licitamente pedir, y recibir la Consagracion.

Especialmente en las Indias, donde por la gran distancia de los lugares, y riesgos de tan largos caminos, y nauigaciones puede suceder quem muchas vezes, no solo se detengan sino se pierdan las Bulas. Y donde por el mismo respeto està introducido que con sola la cedula de la presentacion Real entren luego à gouernar los Obispos nombrados, como lo dexo dicho en otro lugar.

A lo qual se llega, que aunque es doctrina comun, y corriente, que la confirmacion, y qualquiera otra gracia Apostolica regularmente se ha de probar por las letras Pontificias, como refiriendo otros muchos en seña Alexandro Ludouico. E esso no excluye que tambien en algunos casos, se pueda probar por testigos, ò por otro genero de probança, como lo resuelue una decision de Rota, y latamente Tamburino, y D. Francisco Salgado, y por lo menos en el fuero interior de la conciencia, es comun opinion, que ni para tomar la posesion, ni para ganar los frutos, es necessaria la expedicion de las Bulas, y basta saber que està hecha la gratia. Y aun en el exterior se admite lo mismo, si se presentaran antes de la sentencia definitiva del pleyto, que sobre esto se huuiere mouido, como despues de Ludouico Gomezio, y otros, lo enseña Nauarro. Y no puedo parecer mucho, ni nueuo, que digamos, que la confirmacion se pruebe por cartas particulares, pues la presentacion se prueba por ellas, como lo dize vn testo, y latinissimamente Nicolao Genoa.

Demas en el caso propuesto, no he hallado lei Canonica, inserta en el Derecho, ni fuera del, que imponga pena alguna al Obispo, que con noticia, aunque no sea plenamente probada de la confirmacion Pontificia consagrare, o recibiere la consagracion, y así aunque las aya de la suspencion, y otras en casos que parecen semejantes: no hablando como no hablan, con los Obispos en nuestros terminos, no estan comprehendidos en ellas, sin expressa mencion: Por que nunca sue len comprehendder, ni comprehend en las generales, y absolutas disposiciones penales, como està dispuesto en Derecho Y se estiende, no solo à los Obispos consagrados, sino a los electos, y confirmados como lo prueba bien Augustin Barbofa, trayendo algunos buenos exemplos.

A los quales yo añado, el del que se dexa ordenar por vn Obispo, que aya ya renunciado su Obispado, al qual se le pone espressamente pena de suspencion por Derecho Canonico Y vemos que esta pena no daña, ni comprehend al que se dexò consagrar por el tal Obispo, como lo resuelue Bonacina. Y lo mismo diçe el P. Suar. tratando de la pena de los que se

ordre

ordenan por salto, y resoluiendo, que no comprehende al Obispo, que en esta forma consagrare. Como ni tampoco la pena de la Extrauagante de Pio II. contra los promovidos, y ordenados antes de la edad legitima, que señala el Derecho; no comprehende à los que se consagran antes de la que para esso se requiere, como lo nota, y resuelue bien Mario Alterio, dando razones que conducen mucho à nuestro proposito.

Pero aun llegãdo mas a lo individual de las penas, que como diximos, incurren los que ordenan se dexa ordenar sin letras de sus Prelados, tampoco se aplican à nuestro caso, porque no hablan de la consagracion del Obispo. Y por que aun el caso en que hablan se limitan comunemente, quando no ay dolo ò quando se confieren las ordenes al no subdito con esperanza de que el Prelado proprio las ratificarà, y tendrà por bien conferidas como despues de otros Autores antiguos lo resueluen los modernos. Auria, Diana, y Marchino.

Y ultimamente, no es adaptable a este caso la Extrauagante, y autoridades, que ponderamos para probar, que no puede vn Obispo ser recibido por su Cabildo, sino presenta sus Bulas en forma probante: Por que sus terminos son muy diferentes de los del. Y solo hablan en los que sin letras Apostolicas quieren entrometerse en la administracion de sus Iglesias, y no de los que se consagran sin ellas. Y tampoco a quella Extrauagante pone pena a los mismos Obispos sino a los Cabildos, como por su contextura parece, y lo notan Vgolino, Iulio Laborio, y refiriendo a Parisio. Azor. Y otros Agustin Barbofa. Y mejor que todos el Doctor Nauarro, que doctamente adierte, que la disposicion de a quella Extrauagante, es exorbitante de la disposicion del Derecho comun, que regularmente ad tanta fee a los testigos, como a los instrumentos, y que por el conseqüente, no se hà da estender a otro caso, fuera del que allí expressa; exemplificandolo en algunos que vã proponiendo; y concluyendo finalmente, que no procede en el fuero de la conciencia. Lo qual sigue tambien Iuan Balero en el tratado que ha escrito de las diferencias, que ay entre esse, y el exterior. Ita ille.

Opinio negatiua contra superius dicta
stabilitur.

RESOLVTIO LIX.

SEd his non obstantibus, contra dictam consecrationem Pater Franciscus Contreras edidit scripturam Hispano idioma

compositam, & impressam anno 1647. approbatam à sapientissimis Ripalda, & Ouiedo, ac aliis præstantissimis sacre Theologie Professorib. ex inclyta Societate Iesu, quibus ego libenter adhæreo, & ideo apponam hic verba approbationis Patris Ouiedo, quæ summam continet ea, quæ latè Pater Contreras in dicta scriptura firmauerat, sic itaque asserit. He leydo con atencion este tratado, y los pareceres doctissimos, que en su fauor, y aprobacion se an dado, y le hallo muy digno de todos los Elogios, que en dichos pareceres se contienen, y abstengome de estos, porque aunque iuzgo que la erudicion, fuerca de razones, claridad, y magisterio con que esta tratado, merecen sobre lo que esta tratado, merecen sobre lo que podrá alcanzar mi alabanza, que quedará siempre corta, en mi estimaciones corta esfera vn parecer para mostrar se en el Orador ò Panegirista; reduciendo; pues con brevedad el caso a terminos Theologicos, digo que dos cosas principalmente se controuierten en este tratado: la vna es si el Señor Obispo tomò legitima mente la posesion, y en virtud della obtuuo la potestad de iurisdiccion La segunda si su consagracion ab vno tantum Episcopo fue licita, y valida. Entrãbas questiones dependè de si era necessario para estas acciones, tener, y mostrar las Bulas Pontificias de sa eleccion; de Obispos o si absit la informacion; que el Señor Obispo hizo, de que lo detenia maliciosamente las Bulas que estauan despachadas; de tal suerte que dicha informacion obrasse lo mismo, que la manifestacion de las Bulas, y a este articulo solo se reduce tota la dificultad del caso, y unicamente depende de la resolucion de ambas questiones, como probarè breuemente.

Què la Consagracion, que no se haze por tres Obispos; quando no interuiniere dispensacion de su Santidad, es inualida, es la sentencia mas comun, y recebida entre los Doctores, así lo sienten Bellarmin. Vasquez, Coñinch, y Tagnero, y nonissimè Castillo tom. de Sacramentis, tract. 6. disp. vnica, dub. 18. donde se pueden ver citados los de mas Autores. Por no alargarme solamente referire por fundamento desta conclusion, las palabras. Ioan. Tertij Epist. vnica, vbi ait. Omnia que que maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum qui minus quam à tribus Episcopis auctoritate etiam Metropolitanani fuerit factus.

Que interuiniendo dispensacion de la Sede Apostolica sea valida la Consagracion facta ab vno tantum Episcopo, se hà de tenere por cierto, por que de hecho los Pontifices dispensan en esta parte, y à peticion de su Mahe-

stad, tiene dispensado el Pontifice para los Obispos de à quel Reyno, que se consagren ab vno Episcopo post eorum assumptionem, & electionem: y en el caso, que se trata viniéron despues las Bulas con dicha dispensacion consecrandi ab vno Episcopo inserta en ellas.

De a qui se infiere legitimamente, que si la informacion de que dichas Bulas estauan despachadas equialier a la manifestacion de las dichas Bulas, la Consagracion auia sido legitima, y valida. y que sino equialie, sino que nes necessario obtenerlas, y mostrarlas, que la Consagracion fue inualida, segun la sententia mas comun entre los Theologos. Lo mismo se infiere de la possession del Obispo, en virtud de la qual se adquiere la potestad de iurisdiccion. De aqui se infiere legitimamente, que toda la dificultad se reduce, a si dicha informacion equialie a la manifestacion de las Bulas. Verdad es que el Señor Obispo, de quien se trata, parece intenta otro camino, diciendo obtuuo dispensacion para consagrarse ab vno Episcopo del Metropolitano: Este camino es muy flaco, porque no le ay para decir, que esta dispensacion la pueda dar otro que el Papa, y aunque vamos con la opinion de que Episcopus in his quæ illi non prohibent potest in suo Episcopatu quidquid Papa in tota Ecclesia, esto se à de entender en lo que conuiene al Papa vi suæ dignitatis, no en lo que le conuiene ex speciali commissione Christi, como es la legitimacion del numero de los Obispos para consagrar a otros Obispos. Y quando se entendiese generalmente, es iusto estar le prohibido, por la suma gravedad de la materia, como el dissoluer el matrimonio rato no consumado, dispensar en votes solenes, & alia huiusmodi. Ni la dispensacion dada para que los Obispos de a quel Reyno se consagran ab vno Episcopo puede obrar, sino es manifestando las Bulas, o con instrumento equialiente de su presentacion, por decir se en ella: post eorum assumptionem, & electionem que es decir se dispensa para que se consagren ab vno en las circunstancias ne que se podan consagrar à tribus. No hallo razon prudente para dudar si ay otra dispensacion, porque no costa della, y porque en caso tan graue controuertido con tanto empeño, no se huiera omitido haçer mencion de otro qualquier privilegio, o dispensacion que huiera.

Reduciendo pues el punto a si puede equialer la informacion que se hizo de que las Bulas se detenan maliciosamente, à la manifestacion de las dichas Bulas, digo, que atendiendo a los graues fundamentos con que se prueua a la parte negativa, a que por la afir-

mativa, si ay alguno, es muy flaco, a que dando lugar a que semejantes informaciones tuuiesen valor, y fuerca, podian resultar grauisimos inconuenientes, y fuerca en graue per iuzio de la autoridad de la Sede Apostolica: iuzgo que dichas informaciones, son de ningun valor, y fuerca, y que asi la possession como la consagracion fueron inualidas, e illicitas.

Añado, lo que es de grandisim consideracion, que aunque se conuenca euidentemente la probabilidad de que fueron validas la possession, y consagracion, se à de decir que fueron illicitas, porque en materia perteneciente a sacramentos, Aliud est probabile esse, validè fieri, aliud probabile esse, licite posse fieri, como lo sienten todos los Doctores. Y aunque lo que toca a la potestad de iurisdiccion, tiene menos inconueniente el usar de opiniones prouables en materia de Sacramentos, porque es opinion comun que quando se obra con opinion prouable, caso que no sea verdadera, la Iglesia suple el defecto de iurisdiccion, esto es solo prouable, y no cierto, como lo sienten el Padre Suarez 3. part. tom. 4. disput. 26. sect. 6. & Hurtad disp. 4. de consecr. distinct. 8. de hac re dubitat, & oppositum censet. Salas 1. 2. tract. 8. disput. unica, sect. 6. num. 100. & Ioann. Sanchez in selectis, disput. 4. cum Paludano, & aliis iuristis, defende que lo suple la Iglesia la iurisdiccion en este caso. Y los Doctores que dicen, que en la administracion de Sacramentos, es lecito usar de opiniones solamente probables, acerca de la iurisdiccion, lo limitan a casos en que no tenga inconueniente graue como en el Sacramento de la Confirmacion, o en el de la Penitencia con el Penitente, que se presume se confesarà otras vezes, però no quando si la Confesion fuera nula, el Penitente exponeretur periculo damnationis. Pudiera con facilidad referir en particular el sentimiento de los Autores en esta parte que tengo citados en mi 1. 2. tract. 5. controuerf. 3. punct. 4. donde se pueden ver, que yo no los referio par no alargarme mas. En la legitimacion del ministro es materia mucho mas escrupulosa, y aunque alguno dirà que en esta materia es lo mismo, por poder el Pontifice dispensar para que vn Obispo solo validè consagre, asi se ha de presumir, suple el defecto de lo dos, quando con probabilidad se haze la Consagracion ab vno, esto dirase sole con vna prudente conietura muy incierta.

Concluyo pues, que como del valor de la Consagracion del Obispo, dependa el valor de tantos Sacramentos necesarios necessitate salutis, que es illicito el Consagrar se solo con

opi

optinon probable, y que en este caso sera barato esforçar la probabilidad de la Consagracion que se hizo con dichas circunstancias, y no puede exceder la esfera de probable, y que como estan basta para exercer las acciones de Obispo, tendra obligacion el Señor Obispo, de quien a qui se trata, a boluerse a consagrar, y que non abra menester consagrar se sub conditione: proque basta ser probable, que no està Consagrado para que en orden a esto, se porte como no Consagrado, y de nueuo se consagre absolumente. Sic sentio saluo meliori. En el Colegio de la Compagnia de Iesus de Alcalá, a 12. de Julio. de 1647. Huc vsque Pater Ouiedo: quæ confirmant plura ex his quæ à nobis in superioribus Resolutionibus dicta sunt.

Et quidem contra amicissimum, & nunquam satis laudatum Solorzanum nimis vrgent verba Pontificalis Romani, ibi Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi: siue per litteras Apostolicas, si sit extra Curiam, siue per cognitionem viua vocis oraculo à Summo Pontifice factam, si Consecrator ipse sit Cardinalis. Et in eodem Pontificali dum Episcopus consecrandus præsentatur Episcopo consecranti dicitur Reuerendissime Pater. Postulat sancta Mater Ecclesia, ut hunc præntem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis: Statim interrogat Episcopus consecrans. Habetis mandatum Apostolicum? & respondet Episcopus Assistentis; Habemus, & Consecrans ait Legatur, ex quibus patet contra Dominum Solorzanum, quod in materia Consecrationis requiritur notitia Bullarum præsentium, quæ omnia satis confirmat Pater Contreras vbi supra art. 1. dub. 2. num. 23. cum sequent. Vnde art. 1. dub. 2. num. 4. sic ait. Sed quid si las dichas letras Apostolicas se perdieffen, à alguno, maliciosamente las vnieste occultado. Virum, si en tal caso bastaria el prouarse su despacho? Respondese, que no, porque segun constat de la dicha extrauagante, no se admite de ningun à manera otra alguna prouea que la de las mismas letras Apostolicas. Sic communiter Doctores, Canonistæ, & Theologi. Ita Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 1. §. Quares; Nauarrus cap. accepta de restitution. spoliat. opposit. 8. num. 24. en donde dize desta manera Exorbitat à lege communi prædicta extrauagans iniuncta, quia illud habet aequè probari posse factam per Testes, & per instrumenta, lege in excr-cendis, C. de fide instrumentorum: Extrauagans autem prædicta disponit probationem prouisionum Episcopatum, & ceterarum dignitatum probari non posse, nisi per Instru-

menta, imò neque per omnia Instrumenta, sed tantum per litteras Apostolicas expeditas, quales sole Bulla munita, dicuntur. Ita ille, cum Flamin. Parif. de resignat. Benefic. lib. 10. quæst. 1. num. 2. en donde propone vna quæstion assi; que res an Beneficio à Papa imperato, & Pontificio consecuto diplomate, quod deinde casu est amissum satis sit, si testibus probetur? Respondetur de iure Communi sufficere, de vsu, & more Curia non idem. Sic Parisius, idem Filiuccius de Benefic. tract. 41. cap. 6. num. 2. Huc vsque Contreras, & ad confirmationem suæ sententiæ non deferam hîc apponere verba Vgolini de potest. Episcoporum, cap. 2. §. 1. num. 2. sic afferentis; Vbi Episcopus apud Sedem Apostolicam, promouetur, litteras dictæ Sedis promotionem, consecrationemque continentis habere debet, alioquin ad suam Ecclesiam accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non potest, à nemineque abique huiusmodi litterarum ostensione recipi; obedientia ve ei præstari: atque audiri debet. Et si contra præsumptum fuerit, quod ab ipso gestum fuerit, irritum habetur; & de Ecclesia prouentibus nihil recipere potest. Capitula verò, & alij quicumque ipsum absque huiusmodi litteris Apostolicis recipientes, eidemque obedientia perceptione suspensi sunt, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere; ita habetur in cit. Extr. iniuncta nobis, & ita no. Abb. in cap. qualiter eodem, in antiq. & Gloss. in Clement. prima §. 1. in verbo Sede vacante de hæret. & idem Abb. in cap. nofti, n. 4. de elect. & Petr. Adten. in Reg. 224. num. 4. & Parif. de resignat. Benef. lib. 10. quæst. 1. num. 23. qui ait capientem possessionem litteris non expeditis intrusum dici, & omnie Ius amittere, quod habuit, & id locum habere etiam in Episcopo sub pena de qua in Extrauag. iniuncta. Quare dispositio cap. transmissa, de elect. & Gloss. ibi antequam prædictas litteras habeat Episcopus, & iusiurandum præstiterit locum non habet. Idem ex his patet non sat esse probare per testes aliquem in Episcopum esse pronunciatum, ex eo quia Episcopus in Ecclesia pronunciat, sed oportere, ut probetur per litteras Papæ, ut dicitur in cit. Extrauag. & ita Abb. in cit. cap. nofti, num. 4. Idem de collatione beneficij asseruit de magis communi opinione Parif. eadem quæst. num. 33. Huc vsque Vgolinus.

An

An Episcopus adhibendo unctiōem Chrifticam non cum Pollice, sed cum Indice, peccet mortaliter.

RESOLVTIO LX.

Pontificale dicit adhibendum esse cum Pollice; & videtur affirmatiuè respondendum exemplo Episcopi ministrantis Sacramentum Confirmationis, nam si vngeret alio digito, quàm Pollice peccaret mortaliter, vt tenent Doctores, quos ego alibi adduxi.

Sed secluso scandalo, & contemptu Ego non damnarem Episcopum de mortali; qui in consecratione vngeret caput alio digito quàm pollice; & ita de Episcopo confirman- te, me citato tenet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 3. quæst. 13. Probatur quia res leuis est, & parum refert, quod unctio fiat cum dextero pollice, vel indice, manu dextera vel sinistra: Item docet Martinus de Sancto Ioseph. in man. Confess. lib. 1. tr. 1. de Confirmat. num. 13. vbi sic ait: *Però non serà pecado mortal vngir con otro dedo, ni con la mano iz quierda, porque no es materia grave.* Dian. tract. 4. resol. 22. & 28. *Y lo confirmo, porque en Derecho minima non sunt in consideratione.* scid. ff. de in integr. restitut. l. 4. in fin. ff. de ædilitio edict. Et modica non nocent cap. si proponente 42. vbi gloss. i. de recript. l. in rebus, §. possunt, ff. commendati. Et hanc sententiam me etiam citato tenet Dicastillus de Sacram. tom. 1. tr. 3. disput. vnica dub. 12. num. 149. & nouissimè me citato amicis- simus, & nunquam satis laudatus Pater Escobar in sua doctissima Theologia moral. to. 2. lib. 12. sect. 2. cap. 13. pron. 14. num. 213. cui etiam adde Bufemtaum in Medulla Tho. 5. 1. moral. lib. 6. tract. 1. cap. 2. dub. 1.

An Episcopus aliqua Censura inmodatus, valide possit consecrare alium in Episcopum.

RESOLVTIO LXI.

Respondeo, quod quilibet Episcopus, siue sit hæreticus suspensus, degradatus, vel alia Censura Ecclesiastica inmodatus dummodo cum debita intentione adhibeat materiam, & formam legitimam valide semper ordinat. Ita communiter Doctores. Probatur ex eo, quod potestas ordinandi iuxta Christi Domini institutionem pender fundamenta- liter, & totaliter à Charactere Episcopali, Character autem ille ita est indelebilis, vt

quouis peccato, & censura accedente etiam maneat vnde Ecclesia non potest huiusmodi Ordinationes sic factas inualidare. Contra verò, quia potestas benedicendi Calices, Altaria, & id genus est tantum ex iure positiuo Ecclesiæ, quæ potest tollere istam potestatem benedicendi ab Episcopo: hinc quando 9. q. 2. cap. nullum, omnia quæ gessit Episcopus ordinarij alium Clericum, vel vsurpans aliquos actus non inuitatus ab Episcopo Pro- uincie, dicuntur vacua, & inania id non intelligitur de ipsa Ordinatione sacra, sed de iis tantum, quæ spectant ad disciplinam Ecclesiasticam, & negotia Ecclesiæ, vt patet ex verbis prædictam clausulam immediatè an- tecedentibus, & ex can. 13. primi Conc. An- tioch. sub Iulio I. ex quo citatum c. nullum, fuit desumptum. Dicendum igitur est ordinari- um ministrum Sacramenti Ordinis non esse alium, quàm Episcopum. Patet ex Florentino in decreto Eugenij, §. sextum Sacramentum, vbi hæc assertio iisdem ferè terminis traditur: *Et ex Trid. sess. 23. can. 7.* vbi sub anathemate definitur, Episcopos esse Presbyteris superio- res, & habere potestatem Confirmandi, & Ordinandi, quæ non est illis communis cum Presbyteris. Neque obest valori Sacramenti, quod Episcopus sit excommunicatus, aut hæ- reticus vel degradatus, dummodò verè sit Episcopus: vt rectè affirmat D. Thom. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. & communis sententia Theologorum, quàm satis probat Ecclesiæ consuetudo; quippe quæ Sacerdotes à Græcis schismaticis, & hæreticis ordinatos habet pro veris Sacerdotibus. Adde quod vt rectè ait D. Thom. 3. par. quæst. 64. art. 9. minister Sacramentorum operatur virtute, & autho- ritate Diuina quam Deus non aufert à mini- stro propter eius peccatum, aut infidelitatem: Sacramenta quoque ipsa non accipiunt suam à ministro eiusque fide, vel bonitate, sed à Christo, eiusque meritis. Quare vt sint, & operentur non requirunt necessariò fidem, aut bonitatem ministri. Plura in eam senten- tiam congerit Bellarminus lib. 1. de Sacram. cap. 26. ex sanctis Patribus, & Conciliorum decretis: sed res iam extra controuersiam est, quippe de qua, neque Catholici neque hæretici dubitant. Quod autem dicunt Inno- centius Primus, Damafus, Leo I. & Grego- rius Magnus verbis relatis à Cratian. caus. 9. quæst. 1. initio, Sacramenta collata ab hære- ticis inquinare magis, quàm mundare; & Or- dinatos ab hæreticis nullam accipere potesta- tem, &c. Hæc inquam sunt intelligenda, vel de quibusdam hæreticis qui formam Sacra- mentorum peruertebant: vel quia communi- ter peccant, & inquinantur, quia ab hæreticis

Sacra

Sacramenta recipiunt, quamuis validè reci- piant. Dicunt enim, Ordinatos ab hæreticis nullam accipere potestatem, legitimam scilicet, & qua possint vtilitè propter inde- centiã, in qua irregularitas fundata fuit, iux- tà multorum sententiam, qui censent tali- ter Ordinatos esse irregulares. Nam in iure moraliter loquendo, dicitur quis id nullo modo ferre posse, quod non potest licitè fa- cere. Alia quædam superioribus duriora habent nonnulli ex auctoribus citatis: sed quæ benignè explicari possunt, & communi Ecclesiæ ludicio postponenda sunt. Et hæc omnia docet Isambert. 3. par. de Sacram. tom. 2. de Sacram. Ordin. disput. 6. art. 1. Martinon in 3. par. de Sacram. tom. 2. disput. 67. sect. 1. n. 14. & alij communiter.

Dicendum est igitur potestate sua non priuari Episcopum ob excommunicatio- nem, suspensionem aut degradationem, quippe est potestas ex institutione Christi per consecrationem collata, & ac proinde à solo Christo & non ab Ecclesia tolli po- test, vt multis comprobant Greg. de Valent. rit. 4. disp. 9. quæst. 3. par. 2. Henriq. l. 10. c. 12. Vasquez de ord. disput. 243. cap. 1. & 2. Bar- bol. allegat. 3. de potest. Episc. num. 3. & colligitur ex cap. secundum, 19. distinct. & cap. Quomodo de consecratione dist. 4. Et licet in cap. Ecclesia aliisque Canonibus 1. quæst. 1. & 9. quæst. 1. afferatur ordinationem factam ab Hæretico, seu Excommunicato non esse rati- tam, & legitimam reputandam, intelligi de- bet quoad illius executionem, & usum; secus quoad substantiam Ordinis, & characteris. Quippe suscipiens Ordinem ab Episcopo deposito, vel excommunicato vitando, verum Ordinem suscipit: at ab illius executione suspenditur iuxta textum in cap. 1. & 2. de Schismatico, & ordinando ab eo, & tradit Couar. in cap. Alma 1. part. §. 6. n. 6. Nauarr. cap. 27. num. 241. & Palaus tom. 4. tract. 27. punct. 14. num. 1. Doctè itaque Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 4. difficult. 13. num. 1. af- ferit, *Algunos decretos ay, que parece que prue- nan, que el Sacramento de la Orden recibido de Obispo descomulgado, è herege, es irrito, y nulo: mas aquellos cexros hanse de entender de la Ordenacion ilegítima, como declara Hugolino, o se han de entender, no de los Ordenes, sino de la honra dellos, è del Sacerdocio, como dixe Suarez.*

An Consecratio Episcopi possit fieri quocunque die festiuo.

RESOLVTIO LXII.

Affirmatiuam sententiam tenet Salza- dus in pract. Bernardus Diaz c. 26. §. ad Episcoporum, B. P. Bernal de Sacram. disp. 46. sect. 3. num. 18. putat enim quod Ordinatio Episcopi potest fieri die Dominico, vel festiuo quocunque, idem docuit Isambert. in 3. part. Diui Thoma de Sacramento Ordinis, disp. 1. art. 3. n. 6.

Sed falluntur Viri Docti ita absolutè lo- quendo, nam non potest Episcopus conse- crari in quocunque die festiuo, nisi ex spe- ciali Summi Pontificis licentia, vt patet ex praxi communi, & Pontificali Romano, vbi sic habetur fol. mihi 75. *Statuta die consecra- tionis, qua debet esse Dominica, vel natalitium Apostolorum, vel etiam festiuo, si Summus Pon- tificex hoc specialiter indulerit: Et tam Conse- crator quàm Electus conueniens est, vt præce- denti die ieiunent.* Ita ibi, & ideo Pax Iordanus Episcopus Traguriensis, tom. 1. l. 1. tit. 2. n. 6. sic ait, *Consecratio non potest fieri qua- cunque die, sed tantum infra notandis, ex quo differt à Consecratione Ecclesiarum, & Altarium, qua permittitur absque differentia dierum, dicitur sub proprio tit. In primis fieri potest die Dominico, cap. Quis aliquo, dist. 51. & ibi Gloss. (Dominica) cap. quod die, distinct. 75. quod etiam videatur loqui de sola Dominica Resurrectionis; at tamen capitur pro quacunque Dominica, quia præter alia Mysteria, colitur in ea memoria Dominicæ Resurrectionis, & colligitur ex eodem textu, & clariùs ex cap. Sabbato de Consecrat. dist. 3. & notat Augustinus Barbosa de offic. all. Episc. 1. num. 43. post Henriq. in Sum. l. 9. c. 25. §. 1. in comm. littera D. Et quod hac die sit permilla Consecratio, habetur etiam in Rubrica Pontificalis de huiusmodi Consecra- tione, similiter in Natalitijs Apostolorum, vt in eadem Rubrica.*

In reliquis verò diebus Festiuis non aliter fieri permittitur, quàm de speciali concessione Summi Pontificis iuxta eandem Rubricam, & pluries in factis expertus sum. Ita Iordanus, & ante il- lum Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 15. n. 11. & alij penes ipsum.

Sed si aliquis querat hinc obiter, quare Consecratio Episcopi præcipuè efficiatur in die Dominico, sic respondent Stanislaus So- colouius orat. 4. *Et pronubi quidem nostrarum nuptiarum sunt hi 3. Circumstantia autem illa. Tempus quidem Dominici diei hora ter- tia,*

tia, idque vetustissimo more. Solam enim maiores nostri, inquit Sacer Leo, resurrectionis Dominica diem eo honore dignam, iudicauerunt ut Sacerdotes, qui sumantur, hoc die potissimum consecrentur: nam quidquid est à Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate est gestum. In hac mundus sumpsit primum exordium: in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum & vita accepit initium: in hac Apostoli à Domino predicandi omnibus gentibus tubam sumunt, & inferendum uniuerso mundo Sacramentum regenerationis accipiunt: in hac congregatis in unum discipulis, Dominus dixit: Accipe Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt: in hac denique promissus à Domino Spiritus sanctus aduenit; Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vt celesti quadam regula insinuat, & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum. Ita ille.

Quare Consecratio Episcopi non ministratur die Sabbathi, ut ministrantur ceteri Ordines.

RESOLVTIO LXIII.

EX hoc aliqui senserunt Episcopatum non esse Ordinem, ut seruat Mercer. de Sacram. q. 40. art. 5. & alij, sic enim argumentabantur: maiores Ordines non conferuntur, nisi in Sabbathis; Episcopatus tantum in Dominicis, vel ut supra: Ergo Episcopatus non est Ordo maior. Sed falluntur, ut supra probauimus. Dico igitur cum Mercer. ubi supra. Quod ad Ius positium spectat determinare tempora Ordinationum: conuenienter autem Ecclesia assignat Dominicam Episcopatu conferendo, quia est Ordo summus. Hinc & Hostien. notat. Campanil. in Diuer. Iur. Can. Rub. 6. cap. 4. uum. 4. quod alij Ordines ministrantur in die Sabbathi, Episcopatus in die Dominica, quia sicut vigilia feruit festo, ita Sacris insigniti feruiunt Episcopo. Nora verò cum Pace Iordano tom. 1. lib. 5. tit. 1. num. 34. Quod si quis consecraretur aliis diebus, quamuis reciperet Characterem, remaneret tamen suspensus ab executione, prout regulariter cauetur de aliis Ordinibus, cap. consultationi de temporum ordinat. Hostien. in sum. d. tit. de Sacram. vnt. §. à quo num. 1. Butr. in cap. unico eiusdem tit. in part. lectura, num. 7. & alij. Benè verum

est quod in casu isto non fieret de necessitate supletio, sed satis esset Apostolica dispensatio, ut prædicti testantur.

Quo loco, & hora debet fieri Consecratio.

RESOLVTIO LXIV.

Quoad locum assero Consecrationem faciendam esse in Ecclesia, quæ quidem in Vrbe eligitur ad libitum Consecratoris. Extra Urbem verò in propria Ecclesia promoti, vel saltem intra Prouinciam, si commodè fieri possit Trident. sess. 23. de reform. dict. c. 2. & Pont. Rub. sup. dicta. Nota verò locum non esse de essentia consecrationis, quæ non est de essentia aliorum Sacramentorum, neque Ordinum, ut rectè obseruat Sanchez Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 10. quibus adde Zozium in Decret. lib. 1. tit. 11. num. 12. ubi sic ait, Consecratio (si extra Romanam fiat Curiam) celebranda est in ipsa Ecclesia ad quam quis est electus, aut saltem in Prouincia, si commodè fieri possit. Trident. dict. cap. 2. Metropolitanis, siue Archiepiscopi Consecratio requirit omnium suffraganeorum presentiam, cap. 6. h. t. Episcopi ordinandi sunt ab Archiepiscopo; & duobus, aut tribus comprouincialibus per Archiepiscopum requisitis aliorum accedente consensu, cap. 7. h. t. Si in Prouincia desint ex vicina aduocandi, can. Episcopus, dist. 2. 3. & can. fin. dist. 75. Ita Zoelius. Sed Zerola in prax. part. 1. verb. Consecratio Prælatorum ad 3. obseruat, quod hodie tam Archiepiscopi, consecrantur vbicunque eis placuerit.

Difficultas tamen est: an si Papa committat consecrationem fieri in aliqua Ecclesia, utrum possit fieri in alia? & affirmatiuè respondet doctissimus Solorzanus in sua erudita Politica Indiana lib. 4. cap. 6. sic ait: Lo que muy en nuestros terminos despues de Andres de Ifernía, y otros, resuelue Mario Muta, conuiene à saber que si el Papa mandare al Arçobispo de Palermo, que consagre à tal Prelado en tal Iglesia puede con iusta causa consagrarle en otra, y tiene por iusta causa qual quiere ocasion, à agun probable impedimento por el qual no se pueda ir à lugar señalado. Dando por razón que el lugar no es de la substancia de la consagracion, y que se iuzga auer se puesto mas por via de demonstracion, que de precisio. Et tandem non deseram hinc apponere verba Machadi tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 1. docum. 1. num. 3. ubi sic ait: Acerca pues de la primera, se ha de auerter que segun Derecho el Arçobispo se deue consagrar en su propia Iglesia, si no es que la

neces

necesidad a costumbre en contrario pidan otra cosa: la qual consagracion se deue hazer con asistencia de tres obispos suffraganeos suyos, que asistan à ella, ò que por lo menos sino pudieren asistir, le embien su consentimiento por escrito y la misma diligencia se deue hazer con el Primado: y no concurriendo todo lo dicho se adquira el Arçobispo la execution del Orden mas como en España, y todas las Indias, y de mas partes sugestas a nuestro Catholico Rey se presentan todos los Arçobispos, y Obispos, y el Pontifice los confirma, no es necessaria para la Consagracion de los Arçobispos la asistencia, ni consentimiento de los Obispos suffraganeos, y del Primado; porque todo esto era necessario quando los Obispos suffraganeos eligian el Arçobispo, y assi en esta conformidad basta, que el Arçobispo el consagre vn Obispo Catholico el que el eligiere, como consta de las Bulas, que en esta razón despacha el Pontifice. Ita ille. Et hæc de loco consecrandi. Quoad horam verò, dico quòd deberet esse circa horam tertiam, cap. 1. distinct. 75. Gloss. Dominica in cap. final. distinct. 51. Augustinus ver. Consecratio. 1. §. 3. Azor. dicto cap. 30. quæst. 3. quoniam illa hora illapsus est Spiritus sanctus super Apostolos, cap. nocte, de Consecrat. distinct. 1. quorum locum tenere Episcopos dictum fuit supra, prælud. 1. & alibi, & quia Dominus eadem hora crucifixus est, & Apostoli ordinauerunt Paulum; & Barnabam; ac propter alias rationes de quibus in glossa (tertia) dicto cap. 1. distinct. 75. & ita optimum esset obseruari à Consecratoribus. Sed ut plurimum non aduertitur, & propter longitudinem ministerij solet anticipari. Et ita docet Pax Iordanus tom. 5. lib. 1. tit. 2. num. 8. & 9. Vide etiam Rodolphum Capres in tractat. de Ecclesia ad cap. oportebat 79. art. 20. de consecratione Episcop. num. 4. ubi sic ait: Fit Consecratio inter Missarum solemnias, cap. quod sicut, §. super eo, de elect. quam celebrari statuitur circa horam tertiam, gloss. in cap. fin. lib. 1. distinct. cap. tempus, & cap. ordinationes, & ibi Scribentes 75. distinct. Quia eadem hora Dominus est Cruci affixus, & Spiritus sanctus super Apostolos fuit descensus, de consecrat. distinct. 1. cap. nocte, tum etiam quia eadem hora constat in Episcopos fuisse consecratos. Paulum & Barnabam. Ita ille. Cui adde Vallenfem in Paratitla ad decret. lib. 1. tit. 6. §. 8. num. 3.

An si quis ex dispensatione ordinaretur in die Dominica Sacerdos possit in eadem die consecrari Episcopus.

RESOLVTIO LXV.

NEGatiuè responder Campanil. in diuersi. Iur. Canon rubr. 6. cap. 4. numer. 5. ubi sic asserit: Qui autem ex dispensatione Papali ad Sacerdotium promoueretur in die Dominica, non utique possit eadem illa die consecrari Episcopus, per Innocent. in cap. literas, de tempore ordin. explosa contraria glossa sententia in cap. quod à Patribus, verific. Sabbathi, in fine 75. distinct. Ita ille & ante illum Suarez de Consecrat. disput. 31. sect. 1. num. 4. & postea Fragofius tom. 2. lib. 8. disput. 18. §. 1. num. 16. sic asserens: Porro promotus ex dispensatione Summi Pontificis ad Presbyteratum in die Dominico nequit eadem die consecrari Episcopus, sic Innocentius in cap. literas, de temporibus Ordinationum reiecta glossa sententia opposita verbo Sabbathi, in fin. cap. quod à patribus 75. distinct. Ita Fragof.

Sed contrariam sententiam tenet Castro Palao tom. 4. tract. 27. punct. 13. num. 4. ubi ita asserit: Pro Consecratione Episcopi dies Dominica ex Ecclesie consuetudine designata est, vti colligitur ex cap. quod, dict. 75. distinct. & tradunt omnes. Solùm est dubium, an si die Dominica promotus fuisti in Presbyterum, vel quia Priuilegium suscipiendi Ordines extra tempora habuisti, vel quia ieiunium Sabbathi antecedentis continuatum est; possis in Episcopum consecrari? Suarez disput. 31. sect. 1. num. 41. existimat id fieri non posse, eo quod duplici Ordine sacro ne quis eo die insigniri. Id ipsum docuit Barbof. allegat. 1. in fine. Sed communis sententia, de qua Abbas in cap. Litteras, de temporibus ordin. Gloss. verbo Sabbathi, in cap. quod à Patribus 75. distinct. contrarium firmat: quia consecratio Episcopi non reputatur Ordo distinctus à Sacerdotio; sed illius perfectio, & complementum, ac proinde non potest comprehendi sub prohibitione, cap. Litteras, & cap. Dilectus, de tempor. ordin. ne eodem die sacri Ordines alicui conferantur. Ita Palao, & post illum Leander de sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 11. quæst. 11.

Sed ego negatiuè sententiæ adhareo, quia in tali casu Episcopus in eodem die bis communicaret, & bis consecraret, G prima

prima vice in Missa quando ordinaretur Sacerdos, & in Missa quando consecraretur Episcopus. Sed hoc facere esset contra prohibitionem sacrorum Canonum, seuere prohibentium in eodem die bis Eucharistiam sumere, vel celebrare: Ergo, in vno tantum casu hoc esset licitum, si illa dies, esset dies Natiuitatis, & tunc ego sentio, quod non solum posset in vtraque Missa communionem sumere, & cum Episcopo concelebrare, sed etiam dicere aliam Missam, vt infra in peculiari Resolutione probabo, quod valde notandum, tanquam curiosum, & nouum.

An quando quis ordinatur Sacerdos in die Sabbathi possit consecrari in Episcopum immediatè in die Dominica, ieiunio continuato.

RESOLVTIO LXVI.

RESPONDEO quod Ordine Sacerdotali die Sabbathi insignitus possit Dominica immediatè sequenti consecrari Episcopus, *gloss. 1. in fin. cap. quod à Patribus, 75. distinct. Syluester verb. Ordo, el. 2. num. 6. versic. Episcopatus autem, Angelus verb. Ordo 6. num. 2. in fin. Astaf. lib. 6. tit. 4. versic. & potest electus, Innocent. in cap. Literas, versic. Nec valet, ibidemque Hostiens. num. 4. versic. sed non fingitur, de tempore ordinand. & Henric. ib. 10. cap. 12. §. 2. in fin. Ita Campanil. Quoad ieiunium assero, quod si Ordines sacri debeant die Dominica celebrari, licet requiratur continuatio Ieiunij Sabbathi cum die Dominica, vt habetur *cap. quod à Patribus, distinct. 75.* & dicemus infra; non tamen requiritur hoc in consecratione Episcopi die Dominica facienda, sed fat est illa die esse ieiunos Consecrantem, & Consecratum. Ratio, quia Ordines sacri conferendi sunt de iure in die Sabbathi existentibus ordinante, & ordinandis ieiunis: vnde quando debent in die Dominica celebrari, vt censeatur quasi die Sabbathi continuatio, debet continuari omnino ieiunium diei Sabbathi in die Dominica; at cum iure statutum sit, vt Episcopi consecratio fiat die Dominica, fat est illa die ieiunium seruari. Ita Sanchez. Et hæc docet Azor. *in praxi cap. 4. numer. 10. Campanil. rubric. 6. cap. 8. numer. 3. Vgolinus de potestate Episcopi, cap. 2. numer. 4. Sanchez in Opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1.**

dub. 15. num. 14. & 15. quibus omnibus adde Leandrum de sacrament. tom. 2. tractat. 6. disput. 11. Marchinum tractat. 1. part. 2. cap. 15. & part. 7. cap. 6. num. 9. cum Laymano de sacrament. Ordinis, cap. 8. numer. 5. quidquid in contrarium sentiat Suarez de censur. disput. 31. sect. 1. num. 4. his verbis, Est autem die aduertendum, Episcopatum non numerari in his iuribus, inter Ordines sacros: & ideo non incurri hanc suspensionem, etiam si quis die Sabbathi, & Dominica, continuato ieiunio, ordinaretur Sacerdos, & consecraretur Episcopus, vt notarunt Ioannes Andreas in dicto cap. Quod à Patribus, & Abbas in dicto cap. Literas. sic ille. Sed tunc deferat contrariæ sententiæ adherere, videlicet posse, non continuato ieiunio, si quis in die Sabbathi suscepit Sacerdotium, suscipere die Dominica immediata Episcopatum.

An expediat Eminentissimos Cardinales in Episcopos consecrare.

RESOLVTIO LXVII.

AD hoc dubium sic respondet Patet Gerunda de Episcop. tom. 2. lib. 7. disput. 12. cap. 2. num. 3. Plerumque non expedit Eminentissimos Cardinales Episcopatibus insigniri, Ciuitatum præsertim non insignium: ad principes tamen, ac Metropolitanas à re Christiana, atque Ecclesia bonos reor esse illos promoueri. Probatur prima pars conclusionis ex cap. bona memoria superius allegato, in primo de postulat. Vbi cum Cardinalis sancta Praxedis in Archiepiscopum Rauennaten postulatus, ab Innocentio III. meritò denegatus sit. Considerauimus verò (inquit Sanctissimus) quod eiusdem Cardinalis presentia vtiliter sit non solum Romana, sed etiam Ecclesia generali tam apud Apostolicam Sedem, quam apud Ecclesiam Rauennaten. Vnde non immeritò præferentes speciali vtilitati communem, & minori maiorem, prædictum Cardinalem postulationi vestrae, non duximus concedendum. Vbi pondero vtilem sanè futurum fuisse Cardinalem illum Ecclesia Rauennati; at magis vtilem Ecclesia Catholica per assistentiam Papa ad vniuersales Reipublica Christiana causas. Deinde perpendo, si vtilitati Ecclesia Rauennati meritò præferatur maior vniuersalis Ecclesia, quanto potiori nomine, priuata cuiuscumque Cardinalis

dinalis vtilitati præferenda est ea, quæ ex illius speratur presentia Roma? quippe qui talis sapientia, consilij, prudentia, ac virtutis meritò à nobis supponitur esse, qualis ad tantum optatur, ac per sacros Canones destinatur munus. Huc etiam spectat Decretum Tridentinum sessione 24. cap. 1. sic asserentis, Cardinales Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit assumet, vt nimirum omnibus totius Orbis præsit Ecclesiis, quibus ex officio consulere tenetur. Quamobrem omni conatu, animique affectu orandus est Deus, vt semper Cardinales, ea, quæ par est eminentia doctrina, prudentia, ac virtutis eligantur: & ne tales electi defectu reddituum Ecclesiasticorum à tanto munere, vniuersali quidem Ecclesia in primis vtili, ad peculiare Ecclesias abducantur, minusque vtiliter, & maximo cum Reipublica Christiana detrimento alligentu.

Sed vt verum fatear, hanc Gerundæ opinionem videntur Pontifices non approbare; nam hodie in ciuitatibus notata magnis præfunt pro Episcopis Eminentissimi Cardinales scientia, & experientia insignes.

An Archiepiscopus ante pallium receptum possit delegare alijs Episcopis, vt consecrent Episcopum sibi Suffraganeum.

RESOLVTIO LXVIII.

NEGANT aliqui. Primò, quia ille videtur facere, cuius nomine fit, *cap. mulieres de sentent. ex commun. cap. qui per alium, de regulis Iuris in 6.* Secundò, quia *cap. quoniam, distinct. 100.* dicitur differri consecrationem Episcopum, & quod Archiepiscopus non petit pallium: ac si posset delegare alijs, non differretur.

At dicendum posse, dum non est in mora petendi pallium, scilicet modò petat intra tres menses, intra quos tenetur petere, & sic directè *cap. quoniam*, intelligitur quando est in mora petendi pallium: Regula autem Iuris citata, quando alter qui facit: per se non potest facere: at Episcopi quibus delegatur consecratio, habent per se consecrandi potestatem, & tantum eis delegatur iurisdictione. Probatur, quia tantum prohibetur exercere ea, quæ sunt Ordinis, & cogere

Concilium, vt patet ex dictis: at hæc delegatio est actus Iurisdictionis: ergo. Secundò, quia *cap. suffraganeis, de electis* expressè dicitur, quod Archiepiscopus confirmatus, licet non receperit pallium, potest facere consecrari suum Suffraganeum.

Nec valet, quod quidam dixerunt hanc non fuisse decretalem, sed quandam prouisionem fundatam super quadam æquitate, non Papæ, sed cuiusdam Ioannis Galensis; sed hoc, inquit Panormitanus dicto *cap. suffraganeis, num. 1.* non potest modò dici, postquam hæc decretalis fuit posita in tertia, quarta, & quinta compilatione, quia hæc fuerunt Papæ, & Papa mandat iuxta has decretales prouidendum esse in iudicio, & extra, & maximè hodie, quando in nouis decretalibus Gregorij XIII. est posita, sic tenent Panormitanus dicto *cap. suffraganeis, num. 1.* & ibi Innocentius & Gloss. ibi, *versic. Pallium*, & ibi communis teste Panormitano. Idem gloss. 1. *de translatione Pralat. & cap. quoniam, distinct. 100. Turrecrem. cap. Episcopo, num. 6. dist. 100.* Et post omnes Sanchez *in Opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 16. num. 13. & 14.*

Sed non deseram hic adnotare, ex Neotericis præter Sanchez hanc sententiam docere Boer. *tom. 2. lib. 3. cap. 29. q. 7.* & nouissimè Patrem Andream Gerund. *tom. 2. lib. 7. disput. 8. cap. vnic. num. 2.* vbi late pobat posse Archiepiscopum nondum suscepto pallio, ea quæ sunt Ordinis alij committere Præfuli, quod etiam concedit Episcopo electo, & confirmato, & acriter inuehitur aduersus contrarium opinantes. Primò, quia Præful electus, & confirmatus, non autem consecratus alteri consecrato Præfuli munera committens Ordinis propriam tantum exercet Iurisdictionem, proprios nempe subditos alteri Episcopo quoad illa munera submittendo, circa quos alter Antistes sua potestate in consecratione habita, vtatur, & probè notat Abbas citato *num. 3.*

Confirmatur, quia Sede vacante Capitulum committere potest alteri Episcopo, vt Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diocesis sacris initiandum Ordinibus consecret; *ex cap. cum nullus, de tempore Ordinandorum in 6.* seruata tamen forma præscripta à Tridentino *sess. 8. cap. 10. de reformat.* cum omnibus exploratum sit Capitulo facultatem non esse illum eundem Clericum ordinandi, quippe

quod Episcopo defuncto in his quæ sunt Iurisdictionis tantum succedit *ex cap. cum olim, de maior. & obed.* Sic pariter potest Capitulum Sede vacante, alium inuitare Præfulem ad exercenda Pontificalia per *cap. Pontifices 7. quest. 1.* & ex allato textu deducit Compostellanus, posse Metropolitanam Sede vacante, eius Capitulum demandare consecrationem suffraganeos, cum hic sit actus solius Iurisdictionis. Et hæc Gerunda.

Dicendum est igitur cum Abbate *in cap. suffraganeis, de elect. num. 6. in cap. cum ex illo, de translat. Episcop. num. 10.* posse ea committere; unde quamuis non possit Clericos suos ad Sacros Ordines promouere, potest tamen alteri Episcopo committere, vt eis Sacros Ordines conferat, Similiter tamen Archiepiscopus nondum consecratus suum suffraganeum Episcopum consecrare non possit: potest tamen aliis Episcopis facultatem concedere, vt eum consecrent, vt colligitur *ex cap. suffraganeis, de elect.* Pari ratione nequit Chrisma cōficere, pueros baptizare, ablutos confirmare; templa, vasa, & Altaria consecrare; & tamē potest Episcopo consecrato facultatem dare, vt hæc in sua Diœcesi faciat; nam ipse non dat aliis Episcopis cum hæc committit potestatem Ordinis, quam reuera non habet, sed solum tribuit facultatem, vt alij Episcopi in iis qui sunt ipsius potestati subiecti ea quæ sunt Ordinis, exequantur; ac idcirco solum aliis Episcopis Clericos, vel Laycos, vel Ecclesias suas subiicit.

Nec ostat *cap. pro suo, de regul. iur. in 6.* Quod nostro nomine non licet, nec alieno licebit, & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur *in cap. qui per alium, de regul. iur. in 6. & cap. mulieres, de sentent. excommun.* Respondeo hæc in præfenti locum non habere: quia cum Episcopus electus, & confirmatus, qui nondum est consecratus, committit Episcopo consecrato, vt suæ ditionis hominibus ordines conferat, nequaquam illi dat potestatem Ordinis, ac proinde alius Episcopus ad Ordines non promouet Clericos potestate Ordinis accepta ab Episcopo, qui consecratus non est, sed ea quam ipse per suam consecrationem adeptus est, solum igitur habet liberam facultatem consecrandi Clericos alienos, quos antea Sacrare iure non poterat. Nam pari ratione Collegium Canonicorum suo viduatum antistite, potest Alteri Episcopo committere, vt Clericos consecret, *cap. cum nullus, de temp.*

ordinand. in 6. & tamen certi iuris est, non posse Collegium Clericos ordinare, solum enim gerit vices Episcopi in quibusdam, quæ sunt Iurisdictionis. Glossæ & Doctores, *in cap. cum olim, de maior. & obed. & in cap. 1. eodem titulo in 6.* potest idem Collegium Sede Episcopali vacua, alieno Episcopo facultatem dare, qua in Diœcesi munera quædam Pontificalia obeat, *cap. Pontifices 8. quest. 1.*

Notandum est verò hic obiter, quod non potest Archiepiscopus, vel Patriarcha ante pallij receptionem portare ante se Crucem, quia est insigne dignitatis Archiepiscopalis, vel Patriarchalis, quam non plenè habet, nec nomen, vt mox dicemus. Sic Pontificale Romanum supra Turrecrem. *cap. Episcopus, distinct. 100. numer. 7.* Nec potest se nominare Archiepiscopum, vel Patriarcham; nec habet plenitudinem Pontificalis officij, *cap. nisi, de auctor. & usu Pallij*, & in Concilio Lateranense sub Innocentio III. *cap. 5.* Unde non potest exercere Pontificalia, & ordinare Clericos, conficere Chrisma, Episcopos consecrare, dedicare Basilicas, conuocare ad Concilium, vt expressè habetur *cap. quod sicut, de elect.* & in Pontificali supra.

Nota quod, vt refert Innocentius *cap. sicut, de elect. num. 13.* aliqui dicunt, quod potest sine pallio in aliena Diœcesi de licentia Episcopi illius Diœcesis Ordines conferre: sed oppositum tenet ibi Innocentius, & merito, quia textus generaliter loquuntur. Et tandem ponam hic pulchrum dubium resolutum à Sanchez *vbi supra, numer. 15.* vbi sic ait: *Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1. de reformat. præcipit Episcopis, ne à sua Diœcesi absint ultra tres menses, sine causa iusta, &c. Quidam est confirmatus, & consecratus Archiepiscopus peti à Papa pallium, quandone incipiant hi tres menses absentie quam potest facere? Credo quod à die receptionis pallij, quando non est in mora petendi instanter ipsum. Probat, quia (vt dixi dub. præced.) tres menses, intra quod Episcopus tenetur consecrari; procedunt à die confirmationis, quia antea non poterat consecrari. Ergo eadem ratione hi tres menses debent incipere à die receptionis pallij, quia ante receptionem pallij commodè nequit ad Ecclesiam suam venire: tum quia non potest antea Archiepiscopus nuncupari, nec gestare ante se Crucem, nec ordinare, nec confirmare, quod est magna sui officij pars: tum quia ignorat quem Prælatum Summus Pontifex destinabit, qui*

qui det illi pallium, & non sine magnis expensis, & laboribus tot itinera fierent. Ita Sanchez.

An si Episcopus Consecrator prius adhiberet vntionem Chrismaticam, & postea traditionem libri, Consecratio Episcopalis, esset valida, vel saltem illicita.

RESOLVTIO LXIX.

Quoad primum, difficultas procedit in sententia Isamberti, & aliorum afferentium, vntionē Chrismaticam esse de substantia Consecrationis, & hoc non obstante, puto in tali casu Consecrationē Episcopalem esse validam. Probat, à fortiori, nā si Sacerdos in Missa prius consecraret Sanguinē, & postea Corpus Christi, peccaret quidē mortaliter, sed consecratio esset valida, vt rectè obseruat, & docet Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 85. sect. 2.* & Auerla *de Sacrific. q. 15. sect. 26.* & post illos Pater Quarus *in Rubr. Missalis, quest. Præm. sess. 5. punct. 6.* quod idem dico de Episcopo in ordinatione Subdiaconi tradente prius Calicē, & Patenam, & postea librum, & sic in ordinatione Diaconi. Et hanc doctrinam pulchrè confirmat Pater Amicus in Cursu Theologico *10. 7. disp. 2. sect. 4. n. 5.* vbi sic ait: *Quod autē possit prior potestas conferri sine posteriori, pater tum in Presbyteratu in quo potestas consuevit conferri, & Sanguinem Christi conferri potest, non collata potestate absoluendi à peccatis: tunc etiā in Diaconatu; eademq; ratio est de Subdiaconatu: potest enim tam Diacono conferri potestas ministrandi in Altari non collata potestate legendi Evangelia, quam Subdiacono potestas tractandi Sacra Vasa non collata potestate legendi Epistolæ. Quin addo in Diaconatu, & Subdiaconatu conferri posse posteriorem potestatem non collata priori. Colligo ex præcitato cap. Presbyteri, in quo Pontifex præcipit vt si in Ordinatione Diaconi ommissa sit manus impositio nō debeat totus Ordo iterari, sed solum statuto tempore cautè supplendum quod per errorem ommissum fuit. Supponit igitur Pontifex validè collatam fuisse posteriorem potestatem legendi Evangelia absque priori, qua datur per impositionem manus Episcopi: alioqui non sat fuisset supplere solam manus impositionem, sed etiam reiterare Evangeliorum traditionem, si hæc validè conferri non potuisset, non collata priori. Hæc tamen doctrina non verificatur de Presbyteratu, cuius licet prior potestas conferri possit sine posteriori, vt ex eodem cap. Anton. Diana Pars XII.*

Presbyter constat, non tamen contra conferri potest posterior absque priori. Cuius ratio est, quoniam potestas supra Corpus mysticum Christi supponit potestatem supra verum Corpus eiusdem. Hucusque Amicus confirmans superius à nobis dicta.

Sed difficultas est, an in tali inuersione Episcopus consecrans peccet mortaliter, & videtur, secluso scandalo, & contēptu, peccare tantum venialiter. Probat, quia in tali inuersione non variatur substantia cōsecrationis Episcopalis, sed tantum modus: Ergo nō adest, nisi culpa venialis, sicut qui recitaret paruas horas ante matutinū non peccaret, nisi venialiter; nam in tali variatione tollitur tantum modus, & non substantia præcepti, vt etiam accideret in Ieiunio, si quis mane fumeret collationem ferotinā, & postea in nocte cœnaret. Adde quod dicti ritus in Cōsecratione Episcopi non videtur habere connexionē inter se, nec Ordinationē, ac relationem vnus ad alterum, & fat ego dicerē de Episcopo ordinante Subdiaconum, & Diaconū, si adhiberet inuersionē in porrigendis instrumentis. Verum quia pro firmanda hac sententia nullū habeo Authorem, & ego nolo esse primus ad illā docendam, ideo tu Lector cogita; & quidem me nimis vrgenti contrarium verba Cast. Palai *tom. 4. rr. 18. punct. 4. n. 1.* vbi sic ait, *At si mutatio valorum Sacram. non impedit, alicui videri possit nō esse graue, sed solum leue peccatum ea mutatione vti, quia est accidentalit mutatio. Sed omnino tenendum est per se, & seclusa necessitate mortale peccatum esse, quia est saltem contra præceptum Ecclesie in Christi institutione fundatum, Ecclesia namque præscribens modum in administratione Sacramentorū illum seruandum præcipit, aliās in re ita graui, qualis est modus administrandi Sacramenta, nihil firmum esset, si fideles obligati non essent vnicum, uniformem modum seruare.* Ita Palai, ideo, vt dixi, tu cogita.

An relinquere aliquem ritum in Consecratione Episcoporum sit tantum peccatum veniale ratione paruitatis materia.

RESOLVTIO LXX.

Pax Iordanus *tom. 1. l. 5. tit. 2. n. 2.* obseruat ex Abbate Butrio, & aliis sacros Ritus Cōsecrationis Episcopalis alios esse substantiales, quorum ommissio irritam reddat cōsecrationem, neq; suppleri possunt, sed ex integro repetendi sunt: alij solenes

dicuntur, qui non inuolunt ordinationem, sed suppleri omnino debent aut per Papam dispensari. Nonnulli vero sunt dubij, an sint substantiales, nec ne, & tunc fit consecrationis iteratio. Ceteri honesti reputantur leues, quorum ommissio, nec reiterationem, nec supplementum, requirit, quamuis tutius sit supplere. Ita Iordanus. His suppositis credo non dari paruitatem materiam in sequentibus: vt v. g. Primò in impositione Codicis Euangeliorum super ceruicem, & scapulas ordinandi, & in ipsa libri traditione dicendo, *Accipe Euangelium*, &c. Secundò in impositione manuum trium Episcoporum super caput Ordinandi, dicendo, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. Tertio in numero trium Episcoporum. Quarto in vnctione chrismatica manuum, & capitis. In his enim, & similibus ommissione, quidquid sit de validitate consecrationis, putò iemper adesse peccatum mortale.

Difficultas est de quarto genere Rituum, de quibus Iordanus, vbi supra n. 52. sic ait. *In Episcopi vero consecratione inter leuia, & honesta censentur traditio baculi Pastoralis, Anuli, Mitre, Chirothecarum, Osculi pacis, Intronizatio, & solemnitas per Ecclesiam benedictio, & huiusmodi, quae omitti quidem non debent, sed omissa non irritant, nec de honestate repeti debent secundum praedicta.* Ita ille; sed vt verum fatear, quoad traditionem Anuli, & Baculi Pastoralis habeo aliquam difficultatem, nam Nicolaus Iambertus in 3. par. 10. 3. de Sacram. Ordinis, disp. 3. art. 4. purat traditionem Anuli, & Baculi esse materiam substantialem consecrationis; ergo in ommissione istorum instrumentorum non potest dari paruitas materiam.

Adde, quod per traditionem Anuli significatur coniugium spirituale initum inter Episcopum, & Ecclesiam, & ideo non excusatur de peccato mortali eius ommissio.

Ad paruitatem materiam constituentis tantum peccatum veniale, reducenda forsitan esse ommissio vnus interrogationis Episcopo faciendae, vel ommissio Chirothecarum; vel Sandalium, vel Pluuiialis; pertinent enim ad ornamenta, sed non omnia simul, & collectiue omitti debent, & secluso scandalo, ac contemptu.

Si autem idem dicendum est de Mitra nego, & ideo alibi probaui Episcopum ministrantem Sacramentum Confirmationis absque Mitra peccare mortaliter, & idè postea, me tamen non citato, docuit Pasqualigus in qq. Canon. cent. 1. q. 31. n. 6. vbi sic ait. *An autem peccet mortaliter si non adhibeat vnum solum ex insignibus Episcopalis,*

adhibitis tamen ceteris. Respondeo, si omittet Mitram, peccare mortaliter, quia haec sola est illa, quae tanquam proprium insigne Episcopale adhibetur in exercitio ministrandi Sacramentum; sed autem existimo de ceteris, quia ommissio vnus tantum non tolleret substantiam apparatus exterioris Episcopalis, adhuc enim ratione ceterorum insignium appareret ille minister, qui reuera est. Ita ille.

Quam scientiam Episcopus ante Consecrationem habere teneatur.

RESOLVTIO LXXI.

Respondet ad hoc dubium Petrus Marchant. in tribunali Sacramentali tom. 3. tract. 7. tit. 2. quaest. 2. solut. 2. vbi sic ait: *Episcopus antequam consecratur, tenetur sub poena peccati mortalis moraliter scire omnia, quae in Scriptura, & Legibus, ac Canonibus Ecclesiae continentur ad sui officij executionem necessaria. Talia sunt mandata Dei, & Ecclesiae primaria decreta, & praecepta, articuli omnes ad fidem pertinentes, eorumque principia, & fundamenta; materia & forma Sacramentorum, ac ritus ea administrandi, & alia huiusmodi, sine quibus munia Episcopi verè exerceri nequeunt.*

Ratio clara est: *Quia alias se, & sibi commissos exponit periculo grauium peccatorum, & abusu, siue etiam negligentiae, & omissionis eorum, ad quae tam ipse quam oues ipsi commissa tenentur.*

Dixi (moraliter) vt excludam scientiam physicam, & numeralem, quae ex tempore omnia dici, & exprimi possunt: Talis enim scientia sapientissime etià in doctissimo viro impossibilis est: sufficit igitur, & requiritur in Episcopo praedictorum scientia moralis: moralem autè voco, quòd sciuntur illa in suis principiis, & fundamentis, itaut addito modico studio & diligentia cetera sciri, & penetrari possunt, utiq; inquisitione, consultatione, & deliberatione adhibita. Et hoc est quod inquiri mandatur in septima Synodo supra allegata. Si in promptu habeat legem scrutabiliter, & non transitorie: Ille enim scrutabiliter legem habere censetur, qui principia, & primas conclusiones legis habet, itaut modico studio, inquisitione, & diligentia occurreribus difficultatibus sibi, & aliis satisfacere possit: Excedit autem transitoriam scientiam, quae est eorum, qui audiuerunt quidem, & in genere perceperunt, sed ita transitorie, vt principia, & principales conclusiones animo formiter non inhereant, itaut per se ea scrutari non possint: Hi enim verè ignari, & inscientes dici debent.

Et hoc sensu intelligendum est, quod aliqui

ex

ex Graeco verbo pro Doct. ponunt διδακτὸν, id est, docibilem: *Docibilis enim ille est, qui ex primis principiis facile alia infert, vel modico studio cetera penetrat. Vnde Cyprianus ad Pöpeium Epist. 74. docibilis (inquit) ille est, qui est addiscendi patientia lenis. Oportet enim Episcopum non tantum docere, sed etiam discere. Quia ille melius docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora, & sanctus Ambrosius lib. de Officiis, cap. 1. de seipso qui in civilibus fuerat occupatus: nec Theologicis ita poterat imbui: Discendum (inquit) mihi simul, & docendum est, quoniam non vacauit ante discere: Et quantumlibet quisque profecerit, nemo est qui doceri non egeat, dum uiuit.*

Ex quibus infero: *Episcopum in consecratione sua debere duo saltem habere, Primum Principia, & fundamenta Doctrinae, & scientiae eorum, quae in Episcopo ad officij sui executionem requiruntur tam in Sacra Scriptura, & Theologica Doctrina, quam in Canonibus. Secundum diligentiam, sedulitatem, promptamque voluntatem se in illis firmandi, & proficiendi studio, inquisitione, Consultationibus. Qui aliter suscipit Episcopatum peccat mortaliter, & si non conetur se in dictis scienter perficere, in periculo continuo peccati mortalis versatur.*

Dices: Per alios quos adhibet in Consilium, ignorantiam supplere potest.

Respondeo primò, *Episcopi officium esse personale, & Pastorem posse ipsum, quantum impedimento urgente non praepeditur, debere gregem pascere: Vnde est illud 1. Petri 52. Pascite qui in vobis est gregem Domini. Et illud Act. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopus, regere Ecclesiam Dei: Vbi notanda sunt verba vobis, & vos, quae plane personalia sunt, & alienos, & macerarios excludunt.*

Respondeo secundò, *Consiliorum munus esse Consultationibus suum iudicium, & scientiam, ac consultationis causam, depromere: Idcirco sanctorum est consilia exponere, sed Episcoporum est resolvere, inter consilia discernere, & ex consiliis, quod satius videtur eligere: si verò Episcopus sit imperitus, & scientia fundamenta non habeat; quomodo inter bona, & mala, inter utilia, & utiliora discernere poterit, aut resolvere?*

Adde, *inter Consiliarios frequenter adhiberi qui vel Chusi, vel Achitophel partes sequuntur, & alij interdum, qui cum Consiliariis Roboram, vel inclinationes educationis sequuntur, vel obiuuentatem minus experti sunt, etsi forte multa legerint nullius vnquam praxim sunt adepti, aut qui ventum sequentes, placere volunt magis quam veritatem edicere: Ab his*

quomodo se tutari poterit imperitus Episcopus? Hucusque Marchan.

Nec deseram etiam hinc afferre verba Patris Gerund. de Episc. tom. 1. lib. 3. disput. 2. c. 1. num. 24. ita asserentis, *Fit tertio, Episcopum in sua ordinatione rogatum, an vtrumque sacrum sciat Testamentum: asserentemque cum re vera ignoret, nec aequialenter sufficienti saltem ad suum munus praeditus sit scientia, lethaler peccare, vt probè Riccard. quodlib. 3. quaest. 23. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. quaest. 9. Syluest. Episcop. n. 5. & alij. Ratio est, quia perniciosè mentitur, & in grane damnum animarum curam suscipit. Adde, quia proximè se exponit periculo sacrilegiorum, iniustitiae, aliorumque peccatorum, quibus scatur mala Praesulatus administratio. Quod si necessaria ad suum munus non ignoret, vt sunt, Authore Riccardo, mandata Dei, mysteria fidei, virtutes, vitia, iuramentum magis vsu frequentia, onus, ac rationem visitandi Ecclesias suae Diocesis, Ecclesiasticos distribuendi redditus, conferendi beneficia, immunitati Ecclesiastica seruanda, ac defendenda, ac si quae sunt alia prudenti iudicio ad Episcopale munus pro mediocritate scitu necessaria; tamen si praestantissima ceterarum, & harum, quas memorauimus, non praestet doctrinam, neque ea expressè teneat, quae vtroque praeerea continentur Testamento, non peccabit mortaliter, etiam si affirmatiue in examine responderit; quia consuetudo, quae est optima legum interpretis, c. cum dilectus de consuet. sic praedictam interpretantur quaestionem Episcopo factam ex supra citatis Authoribus. Haec omnia Gerunda, qui postea optimè notat hanc Episcopi ignorantiam. Vnde etiam ea quae dicta sunt, confirmantur per P. Fragonum de Regim. Republicae Christianae, tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 1. n. 10. Vnde ex his deducitur Examinatores promouentes Episcopum indoctum, ac sufficienti destitutum doctrina approbantes lethaler peccare, quod à fortiori deduco, tum ex doctrina communi de Examinatoribus ad examen constitutis, pericululumque scientiae, quod beneficiatis ineundum est; ac docetur à Petro de Ledema in sum. part. 2. tract. 7. c. 1. concl. 7. diff. 13. Rota Romana apud Farinacc. decis. 672. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 60. num. 93. & alij, tum quia ipsi causa sunt moralis damnorum spiritualium, quae ex docti Episcopi administratione promanant. Haec omnia idem Gerunda, quae explicare volui ad deterrendos Aulicos, & curiales ne Episcoporum ambient; nescio enim an ipsi possint in conscientia asserere,*

se scire ea, quæ superius authores citati statuunt se esse obligatos scire; ipsi tamen videant. Sed an eligendus sit ad Episcopatum Theologus, an Canonista eruditè nouissimè tractauit Gregorius Gobar Societatis Iesu, vir doctus, & ingeniosus, ac mihi arctissimis amicitia vinculis colligatus, in suis Vindiciis Theologicis, *sect. 16. n. 416. cum sequent.* in quibus defendit Theologos, & inter ipsos omnium minimum à stilo FERREO cuiusdam Authoris, qui contra Dianam, ac modernos scripserat, Theologos non debere in suis operibus tractare materias legales, & Canonicas. O lepidum caput!

An possit vnus Episcopus duobus Ecclesijs præfici?

RESOLVTIO LXXII.

Hanc quæstionem doctè vt sæpe solet, pertractat P. Andreas Gerunda *de Episcopo, tom. 2. l. 8. disp. 12. c. 2. per totum*, vbi firmat ex se vnus Episcopus ad duas præfici, & consecrari Ecclesias nequit, siue in titulum, siue in Commendam, sic per communem sententiam authores passim. Probatur *ex c. 2. Concil. Later. sub Alexandro IV. relato in cap. multa de præbendis, & dignit.* Secundò per Extrauagantem *execrabilis*, quæ tametsi de pluralitate loquatur beneficiorum, præsertim dignitatum, & Curam habentium animarum, potiori quidem iure competit Episcopatibus, quibus maximopere illa quadrat, & dum non sunt proprii in singulis Ecclesijs Rectores, priuantur multis cõmodis iniuriis variis expositæ, &c. Et quod amarior est dolendum, animarum cura negligitur. Tertio ex Tridentino *sess. 7. c. 2. de reformat.* nemo quamcumque dignitatem, &c. plures metropolitanas, seu Cathedralis Ecclesias in titulum, seu commendam, aut alio quouis modo contra sacrorum Canonum instituta recipere, aut simul retinere præsumat. Insuper probatur ratione petita à matrimonio spiritali, quod subire diximus Episcopatum, *disp. 10.* Argumentum autem à matrimonio carnali ad spiritali, & vsui esse in iure, & roboris non parum habere sæpè scripsimus *in capit. inter corporalia, & finali de translatione, cap. quoniam frequenter, S. porro, vt lite non contextata*, aliisque Iuribus eruditè allatis ab Euerard. *de locis, loco 77. à matrimonio carnali ad spiritali*; nemini licet duas simul habere. Vxoribus matrimonio carnali deuinctas vt communis & Catholica fert doctrina, ergò neque in matrimonio spiritali id licere dicendum est. Confir-

mantur superius dicta à necessitate resistentiæ, quæ summa est, neque præter quam ex urgentissimis causis maximè per Trident. indicatis dispensari poterit, & rarò.

His tamen non obstantibus potest Papa ex causa vrgenti dispensare in pluralitate Ecclesiarum Cathedralium. Deducitur hæc assertio à fortiori ex nostro supposito primò, authoribus ibidem citatis, atq; ex assertione prima, idque etiam præstitisse Papam colligitur *ex cap. Relatio adiuncto text. in cap. illud. 21. q. 1.* vbi expressa Pontificia habetur de duabus Ecclesijs dispensatio. Notandum tamen, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absque iusta causa, neque valida est neque licita, sic deduco ex D. Thoma *quod lib. citato. 9. art. 15. Syluest. benefic. 4. in prim. & q. 2. Angel. ibid. n. 35. Armilla n. 42. Tabienna benefic. 2. n. 28. Antonin. 3. part. tit. 15. c. 1. §. 8. & 10. Gabriel in 4. dist. 15. q. 8. art. 3. dub. 2. Gannauensi quodlib. 2. quæst. 27. Nauarr. capit. quando & in sum. cap. 22. n. 75. Panorm. cap. de multa de præbendis, n. 2. c. Ioan. Andr. Ibidem Turrecremat. cap. 1. dist. 89. num. 14. 15. & 16. Caiet. & alij, quos citat, & sequitur Sanchez l. 2. Conciliorum, p. 2. dub. 6. num. 13. & alij. Ratio est quia pluralitas horum præsertim beneficiorum absque causa honestate, iuris est naturalis diuini, in quo non potest validè Papa dispensare.*

Sed quam sit illicita multiplicatio Beneficiorum in eadè persona, cognoscat Lector ex amicissimo, & nunquam satis laudato Patre Theophylo Raynaudo in sua eruditissima lucubratione *de bonis Ecclesia male, sine captiuitate, sine dispensatis, l. 2. sect. 2. c. 7. per totum*: vbi doctè, vt semper solet, firmat multiplicationem beneficiorum quorumcumque in eadem persona, vltra quam necessè sit ad honestam eius sustentationem per se loquendo, grauius illicitam esse: tametsi per accidens in talibus quibusdã euentibus honestari potest. Vide etiam nostrum Patrè Thomam Pellicionum *Quinquagena Illustri quæstionum quæst. 50. cap. 1. num. 1. 2. 3. & 4.* sententiam Patris Raynaudi latè, & solidè confirmantem; sed non deseram hic apponere verba Ioannis à Cokchier. *in Vindiciis libertatis Ecclesiastica, par. 2. cap. 9. num. 7.* sic asserentis: *Ast ego abusum hunc acceptum fero ambitioni, & cupiditati multorum, qui seipsos in Deum decipientes, vt loquitur Sac. Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 17. plura simul beneficia retinere non erubescunt cum certissimo Animarum suarum periculo, cap. qui in tantum de præbendis. Nã cum plerosque mediocris sortis, licet interdum perhonesti,*

*vesta, vt vocationi suæ moram gerant iniuriæ sacris appetant, titulo patrimonij sit, vt Sacerdotiis carentes huic generi non respondente patrimonio concedenter viuere, & diuinit vacare ad utilitatem animarum nequeant. Quod si singula Ecclesia, sine singula Sacerdotia singulis conferrentur, arceretur à multis egestas, cum vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire, vt scribit Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. num. 20. sine paupertate plurimorum. Accidit quod beneficiorum fundatores fraudentur sua intentione, qui voluerunt Ecclesias prouidere suis mysteriis debitis, quod pluralitate tollitur, Vincent. Filiuc. *tract. moral. q. 11. cap. 7. n. 3.* Denique litterarum studia neglecta iacent: vtrumque enim spes bonorum debilitatur, scilicet, & quod meritorum ratio non habetur, & quod auidia ditiorum auaritia impedimento est, ne inhospes promoueantur. Cardin. Bellarm. in *Admonit. ad Card. Theanensem nepotem suum controu. 5.**

Quæ aliquæ causæ mouerunt sanctos Patres nouissimi Conc. Trid. *d. cap. 17.* vt statuerent vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferri, quod est conforme Iuri diuino: nam vt habetur *Isaia 5. Va qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Væ reuera talibus: quatenus sunt genere quodam, dum aliis alimenta subtrahunt homicidæ, vt abdomini solum in saturabili, luxui, aut vanæ gloriæ gratificentur: & tamen non saturantur pluralitate beneficiorum, inquit Rebuffus d. loco, & dum alter esurit, hic aufert alimenta aliis quos necare videtur *l. necare. ff. de liber. agnos.**

Neque obtineant isti, Papæ dispensationem; nam licet in foro fori, id est, exteriori tuti sint, non erunt tamen in foro poli, id est, conscientia, nisi causa dispensationis sit necessaria; quæ sententia est sancti Thom. quodlibeto *9. art. 15 & Diui Bernard. dicentis, qui non vnus, sed plures est in beneficiis; non vnus, sed plures erit in suppliciis, hæc autem causa debet esse in utilitatem Ecclesia, vel ob ipsius Ecclesia necessitatem. Quando causa non est in bonum Ecclesia, non est bona dispensatio, nec est homo securus coram Deo?* inquit Card. Tolerus lib. 5. Instruct. Sacerd. cap. 81. cap. non est *ibi Gloss. verb. adimplere. Card. Bellarm. in d. Admonit. ad Episcopum Theanensem nepotem suum, contr. 5. & in Consilio datis Clementi. VII. Pont. maximo, que extant in libro vitæ eiusdem Card. Bellarm. c. 5. vbi exponit Pontifici, Polygamiam spirituales esse Iuri Canonico, & natura con-*

*trariam, tantundem quoque ante eum scripsit Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. n. 55. Dum dicit Papam etiam non esse tutum in conscientia, qui sine causa dispensat; quia Papa ad adificationem positus est non ad destructionem, capitulo sunt quidam 25. q. 11. Meminerint, denique isti beneficiorum sacri sententia DD. Parisiensium inter quos verissimile est, teste Card. Bellarm. d. contr. 5. fuisse S. Thomam, & S. Bonau. qui omnes anno 1270. propter hoc congregati vnanimitè censuerunt duo beneficia haberi non posse, quibus cum duo tantum contradicerent; ex iis vnus Cancellarius, scilicet Parisiensis, paulò post mortuus, tertio ab obitu die, Gulielmo Episcopo Parisiensi visus est, eique dixit se apud inferos aternis suppliciis damnatum, quorum quod senserit pluralitatem beneficiorum, vnum sufficit Iuri naturali non improbari. Hucusque Cokier, qui citat Azorium, sed aliqui superius dicta aliquantulum mitigant, quos videre poteris apud Filiucium, *tom. 3. tract. 41. cap. 7. per totum, & Vallensem de Benefic. l. 3. num. 7. per totum;* Vide etiam nouissimè Theologum Parisiensem Ludouicum Bair de examine pœnitentium, *q. 15. n. 12.**

Nota etiam Pellicionum; vbi supra docuisse hanc doctrinam procedere etiam quoad facultatem testandi, sic enim ait: *Conclusio, quam huc vsq; firmauimus, extendenda est etiam ad facultatē testandi de fructibus beneficij nempe, vt non possit concedi sine causa absque peccato. Quod non placet Couar. cap. cum in officiis, de testam. n. 7. ex eo quia prohibitio testandi est de iure positiuo. Sed id asseritur ab Abbat. in repetit. cap. cum esses, n. 38. de testa. Barbat. dicto cap. cum in Officiis, Philipp. Franc. cap. 1. eodem tit in 7. & aliis; & sequitur ex dictis; licet enim sit de iure positiuo prohibitio testandi, est tamen consona iuri naturali, & inueneri pastorali. Ecclesia enim aurum non ob aliud vult, nisi vt pauperes aliat, cap. aurum 46. distinct. ergo iniuriam patitur si aurum, quod sibi debetur ad prophanos usus impendatur. Vnde idē Barb. in tract. de præstand. Card. part. 1. quæst. 4. dixit licentiam concessam de fructibus beneficiorum testandi, de dispositione ad pios usus, non ad prophanos esse intelligendam, quod probat etiam Molin. de Iust. & Iur. disp. Et si quis diceret licentiam testandi de beneficij fructibus ad pios tantum usus esse legitimam etiam absque causa, verum diceret, nã eo casu, Ecclesia non fraudatur, & Summus Pontifex videtur quasi translulisse in dispensantem per testamentum, voluntatem suam, illa bona in pios usus applicandi.*

candi. Per quam doctrinam possunt conciliari Abbas, & Couar.

Verum supradicta in dubio locum non habent cum semper praesumendum sit Summum Pontificem cum causa dispensasse, licet illam non expresserit, & illi in hac parte credendum non dubito, cum nemini rationem reddere teneatur, & dispensatio in omni casu semper valebit: Hucusque Pellicionus.

An possint consecrari duo Episcopi pro vna, eademque Ciuitate.

RESOLVTIO LXXIII.

Quod est quaerere, an Romani Pontificis concessu in eadem Ciuitate duo Episcopi auctoritate, & potestate pares institui possint; Respondet Panormitanus in cap. Quoniam de Offic. Ordinarij, num. 4. Glossam secutus in cap. non autem. 7. quast. 1. id iuxta de causa fieri posse; quod illi colligunt ex eo, quod Valerius Hipponensis Antistes, ut constat ex sancto Augustino, Epist. 110. sibi sanctum Augustinum Episcopum asciuit. Certè iure communi Canonico duo Episcopi aequè pares eiusdem ciuitatis esse non possunt, quamuis vnus possit esse alterius Vicarius, vel Auditor multis de causis, ut ait Abb. in cap. 1. de Parochiis. At quia Romani Pontificis potestas, est iuris Canonici auctoritate superior; potest in eadem ciuitate duos Episcopos constituere, nec enim hoc cum iure aliquo diuino, vel naturali pugnat: possunt enim duo in eandem ciuitatem habere iurisdictionem aequè communem: sicut etiam Titius, & Caius eiusdem rei, vel serui possunt habere aequè commune dominium. Obiicies ex c. inter corporalia de translat. Episcop. Inter Praesulem, & Ecclesiam contrahitur coniugium: at vnus sponsae duo sponsi, & Viri esse non possunt; Respondeo in hac parte non esse idem iuris de coniugio corporali, quod de spiritali: quia iure diuino, & naturali vxor non est, nisi vnus Viri, & sponsi: at ius diuinum, vel naturale non praecipit, ut vna ciuitas, vel Ecclesia vni tantum sit Antistiti subiecta.

Deinde obiicies, totius Ecclesiae Catholicae nequit esse nisi vnus Summus Pastor. Ergo similiter vnus tantum Ciuitatis vnus Episcopus: alioqui enim erunt eiusdem ciuitatis duo capita, quod est monstrum. Respondeo esse iuris diuini, ut Ecclesiae Catholicae vniuersae non praesit, nisi vnus Summus Christi Vicarius Petri successor, ac proinde humana potestate, ut loco citato docet Glossa fieri non potest, ut Ecclesiae Catholicae sint duo Summi Pastores: Christus enim

vnus esse voluit, non duos, cum dixit: Et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & alibi: Fiet vnus Ovilis, & vnus Pastor. Item natura in corporibus vnus tantum caput constituit, atque praeficit, & ideo naturaliter eiusdem corporis duo capita esse non possunt: at verò nec ius diuinum, nec naturale prohibent duos esse eiusdem ciuitatis Antistites Romani Pontificis potestati subiectos. Sicut etiam quia ius diuinum, vel naturale non vetat duos esse in Ecclesia Catholicos Imperatores, qui sint ipsius insolidum defensores, Custodes, & patroni Romani Pontificis auctoritate fieri potest, ut duo in Ecclesia Imperatores, potestate pares creentur, vnus qui toti Orienti, alter qui Occidenti praesit; ut glossa, Archidiaconus & Panormitanus locis supra citatis tradiderunt. Et haec omnia docuit Azorius tom. 2. l. b. 3. c. 29. q. 1; quem postea sequutus est Gerunda tom. 2. lib. 8. disp. 12. cap. 5. num. 3. & alij.

Dico itaque, quod communiter duo Episcopi nunquam ad vnā, eandemque Ecclesiam praefici possunt. Est communis, & Catholica sententia. Probatum tum perpetua in Ecclesia traditione ab Apostolis ducta, tum ex cap. quoniam de Offic. Iudicis ordinarij ibi. Prohibemus autem omnino, ne vna, eademque Ciuitas, siue Diocesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnus corpus diuersa Capita quasi monstrum: ad quam doctrinam dilucidandam multos text. refert Gloss. verb. Monstrum. Insuper probatur 7. quast. 1. quod autem ex nonnullis Concilijs ibi citatis. Praeterea id patet ex Gregorio Magno Regesti lib. 9. Epist. 41. ad Anatorium, & August. Epistol. 148. ad Valerium, relata distinct. 40. Ante omnia peto vbi secundum locum in Ecclesia Hipponensi, apertis faretur verbis, se habere. Vis mihi facta est merito peccatorum meorum; nam quid aliud existimarem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, Adde Glossam verb. gubernaculorum. Nec obstat dicere Venetos habere Patriarcham simul, & Episcopum, ergo, &c. Fecere mentionem huius obiectionis Abb. cit. & in cap. quoniam de officio Ordinarij, & in cap. si Episcopus de Parochiis. & gloss. in illis distinct. 80. ver. singulos, asserente illum non esse Patriarcham Venerum, sed Grandensem. Verum his non obstantibus non nego cum Azorio, & alijs ex vrgentissima causa posse Pontifices dispensare, ac duos praeficere vni Ecclesiae auctoritate; & potestate pares; Paris est, quia vnitas Pastoris singularum Ecclesiarum iuris est Canonici, in quo, ut saepe diximus, ex legitima causa Summus Pontifex dispensare potest,

vt

vt enim diuisio Ecclesiarum, & Parocharum iuris est Canonici, ita talis diuisio, vt vni Praesuli vna sit Ecclesia addita. Caeterum cum è traditione Apostolica continuo vsu firmata hanc in Ecclesia Dei vnitate se per esse seruata dixerimus, & cum maxime ad singularum Ecclesiarum vnitate, & Monarchicum regimē vnitas Antistitum summo perè faciat, merito assertum volumus, non absque vrgentissima causa id fieri debere, cum agatur de re proximè accedente ad praescriptionem iuris naturalis diuini. Quamobrem et si vt superiori assertionem indicauimus; Augustinus Valerij Episcopi penne vicarius fuisse, quod secundum ab illo in locum tenere factus sit; vt cum Episcopi iura videtur exercere, viuentem Valerio modo iam dicto, fertur dixisse, si ciuilem Ecclesiae prohibitionem, nunquam hanc ipsam administrationem Ecclesiae acceptauissem, sic Abb. in cap. Quoniam, de Officio Ordinarij. refert.

Quam potestatem accipiat Episcopus in Consecratione.

RESOLVTIO LXXIV.

Longum esset de illa tractare sed me breuiter expediam cum docto Patre Auerfa, nunc merito tertia vice Generali suae Religionis, is itaque sic asserit tractatu de Sac. Ordin. q. 2. sect. 11. Demum ad Episcopum praecipue etiam spectat, regere, & gubernare populum, & Clerum sibi commissum, & subiectum, Ipseque est verus Superior, & Praelatus, habens potestatem, & iurisdictionem in alios tanquam verè sibi subiectos. Quare habet auctoritatem praecipuam, & obligandi, atque transgressores peccandi, & puniendi: in rebus, inquam; spiritalibus, & ad salutem animae ordinatis. Sub quo genere continetur potestas ferendi Censuras, excommunicandi, interdicens, & suspendendi, ac subinde ab iisdem Censuris absoluedi: quae quidem est potestas ligandi, & soluendi in foro externo. Habet potestatem concedendi etiam Indulgentias ad certos dies, habet auctoritatem in causis matrimonialibus, & alijs Ecclesiasticis iudicandi, ac decidendi. Constituit Parochos, & dat eis iurisdictionem administrandi ea Sacramenta, quae à Sacerdotibus apta sunt conferri. Constituit Confessarios delegatos; dans eis iurisdictionem absoluedi à peccatis, & approbans Regulares ad idem ministerium ad quod nempe in Sacerdotibus non sufficiebat sola potestas Ordinis, etiam loquendo quoad validitatem. Hinc potest sibi reseruare certos casus non concedens Confes-

sariis delegatis, & auferens quoque Parochis facultatem ab eis absoluedi absque sua noua licentia speciali. Hanc Regimini potestatem, hanc iurisdictionem in externo foro, potest Praelatus exercere etiam si non sit ordinatus Episcopus. Et haec omnia Auerfa. Quae quidem ante illum obseruauerat Bartol. Vgolinus de potest. Episcop. c. 2. §. 2. num. 2. cum seq. & Meinard. in disput. de iur. Episc. c. 5. per totum.

Sed notandum est hic quod Episcopus electus, & confirmatus, sed non adhuc consecratus licet, vt supra diximus, facere non possit, quae potest Episcopus consecratus, de iure tamen communi potest exercere ea, quae sunt iurisdictionis, non quae Ordinis. Vnde potest excommunicare, suspendere, intercedere, visitare, corrigere, punire, Synodum conuocare, Beneficia conferre; Ecclesias minores coniungere, & annexare, diuidere, vni & iurisdictioni vincula soluere, constitutiones ponere, causas audire, & cognoscere; quorundam peccatorum absolutiones sibi reseruare. Nam ex c. Transmissam, &c. Nosti &c. Qualiter cap. nihil est de elect. & cap. Inter corporalia de translat. aperte colligitur Episcopum canonicè confirmatum potestatem iurisdictionis, non Ordinis nancisci, quod, vt ait Panormitanus in cap. inter Corporalia de translat. locum habet in Episcopo electo, & confirmato: quamuis Sacerdos nondum sit, nihil enim impedit quominus in eo Presbiter non existit Episcopalis iurisdictionis potestas.

An verò Episcopus confirmatus ante consecrationem, & Sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes, quas indulgentias vocamus? Respondeo cum Sancto Thoma in 4. distinct. vigesima, q. 3. art. 3. q. 4. art. 2. quem etiam Panormitanus in cap. suffragam. n. 3. de elect. & Calderin. in cap. accedentibus. de excess. Pralat. sequuntur posse, quoniam haec potestas non est Ordinis, sed iurisdictionis: nam per huiusmodi condonationes peccatorum non confertur Sacramentum, sed ex Ecclesiae thesauro, qui Christi Domini, & Sanctorum meritis constat bona impertiuntur nobis; quibus poenae peccatorum remittuntur.

Verum difficultas est, an talis Episcopus confirmatus possit de iure communi exequi ea, quae superius dicta sunt, antequam possessionem de Episcopatu acceperit: Hanc quaestionem tractauit Panormitanus in cap. transmissam de elect. num. 3. vbi refert duas sententias: Innoc. enim Hostien. & Io. And. quos ipse Abbas citat, affirmat, eò quod in cap. Nosti, &c. qualiter, cap. Nihil est, & cap. Transmis-

Transmis-

Transmissam de elect. Iura post electionem, & confirmationem nihil aliud in Episcopo requirunt ad plenam administrandi potestatem, ergo non est necesse, ut Episcopus possessionem nactus sit, nisi alicubi fuerit consuetudine receptum, ne Episcopus administret, quæ sunt Iurisdictionis, donec fuerit possessionem assecutus.

Cæterum Archidiaconus, Dynus, & Petrus Ancharanus, quos etiam ibidem refert Abbas, negant posse Episcopum exequi quæ sunt Iurisdictionis, nisi possessionem consecutum. Quicquid dicas Abbas loco citato illud prius probabilius videtur. Nam iure communi antiquo, de quo Innocentius, Hostiensis, & Ioannes Andreas loquuntur, non requirebatur possessio; factis enim erat electio, & Confirmatio, ut illi tradiderunt, nisi ubi aliud usu receptum erat: at verò iure nouo, quod habetur in Extrauaganti, Iniuncta de elect. inter Extrauagantes communes opus est, ut Episcopus si velit ea quæ sunt Iurisdictionis exercere, obtineat literas Apostolicas, sine quibus nec admitti, & recipi tanquam Episcopus, nec possessionem Ecclesiæ sibi collatæ cõsequi, potest; nam in ea constitutione sic habetur: *Presenti perpetuò valitura constitutione sancimus, ut qui apud Apostolicam sedem promouentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas eis Ecclesias absque Apostolica Sedis litteris huiusmodi eorum promotionem, consecrationem, seu benedictionem, continentibus accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, nullique eos absque d. litterarum ostensione recipiant, aut eis parcant, vel intendant.* Hæc in ea constitutione: quæ pœnam deinde constituit in Episcopos quidem, ut sit irritum, & inane quicquid fecerint, nec aliquid sibi ex prouentibus acquirant: in Canonicos verò, & Clericos qui ipsos sine huiusmodi litteris admiserint, vel ipsis paruerint, ut tandiu sint à beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec Apostolicæ Sedis gratiam meruerint obtinere. Panormitanus in cap. *qualiter de elect.* meminit huius Extrauagantis, dicens: Nullum Episcopum antequam habeat literas Apostolicas iure posse administrare, aut recipi ab Ecclesia tanquam Præfulem: alioqui recipientes, aut receptus incurrunt in pœnas prædictæ Extrauagantis. Et hæc omnia, & plura alia latè probat, & discutit Pater Gerunda de Episcop. tom. 2. l. 1. disp. 4. 5. & 6. cum aliis plenè.

Potestas, quam Episcopus in sua Consecratione accipit an possit à summo Pontifice auferri.

RESOLVTIO LXXV.

AD hoc quæsitum sic respondet Martinus Becanus de Sacrament. capite 26. quæstione 8. num. 3. per duas Conclusiones. *Prima sicut in Iurisdictione interiore, sic etiam in hac exteriori duo sunt. Primò potestas regendi, & gubernandi Ecclesiam. Secundò applicatio materie. Potestas regendi dupliciter conferri potest. Primò à summo Pontifice, quo pacto confertur Episcopo electo, & confirmato, nondum tamen consecrato. Secundò à Deo quo pacto confertur in consecratione. Applicatio materie tam semper confertur ab ipso Pontifice, vel Ecclesia; nisi quod Pontifex facta electione immediatè eam accipiat à Christo.*

Secunda Conclusio. Quando potestas illa confertur à Pontifice, ante consecrationem auferri, & mutari potest: quando autem confertur à Deo in consecratione, non potest auferri, licet usus eius possit impediri per subtractionem materie. Ita Becanus, sed ego magis clarè assero, quod Episcopo Iure diuino ex vi Sacramenti multæ potestates conferuntur, quæ ab illis nõ sunt vlla superioritate amouibiles, & à caractere indelebili procedunt: Tales sunt quæ subiiciuntur in definitione: Nimirum: Potestas conferendi ordines, Sacerdotes consecrandi, Confirmationis Sacramentum administrandi, quæ ita ex vi ordinationis Episcopo quantumuis degradato, excommunicato, suspensio Iure diuino competunt, ut si ab illo conferantur, validè & efficaciter conferantur, etsi ratione prohibitionis, vel impedimenti Canonici illicitè.

Et quamuis nonnulli ex Historiis antiquis referant, Abbates, & simplices Sacerdotes Pontificum concessione Subdiaconos, & diaconos consecrassè, & Sacramentum Confirmationis cum Chrismate ab Episcopo confecto ex delegatione summorum Pontificum administrassè (de quibus nõ est modo meum longas disputationes texere) In hoc tamen Potestas Episcopo ex vi suæ ordinationis concessa ab illa saltem distinguitur: Quod potestas illa delegata (supposito quod etiam ex Institutione Christi delegari potuerit) fuerit sèper reuocabilis, siue per cessationem, siue per suspensionem, aut quamuis prohibitionem, ita ut statè reuocatione effectum nullum habere

habuerit: Potestas autem Episcopo in sua ordinatione collata, ita Iure diuino ex vi Characteris eis competat, ut vlla humana potestate tolli, aut immutari possit. Vnde stat quod ex vi Characteris, & Ordinationis suæ indelebiter Episcopus ordines omnes conferat, & Baptizatos confirmet validè. Et ita docet Marchant. in Trib. Sacr. tom. 3. tract. 7. tit. 1. q. 2. concl. 1.

Verum pro resolutione dubij, etiam discutendum videtur, à quonam Episcopi habeant potestatem Iurisdictionis. Et quidem prima opinio est, Episcopos eam habere immediatè à Pontifice: Ita Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 1. Heruæus in l. de potestate Papa, Gab. lect. 3. in Canonem Missæ, Bellarmin. lib. 4. de Pontific. cap. 21. Probatum primò ex figura veteris Testamenti quia num. 2. Deus iussit in septuaginta Seniores acciperent de Spiritu Moyse, & iuuarent illum in regendo Populo. Quo Deus significare voluit in Moyse residere totam authoritatem, & alios si quam habent, à Moyse habere. At Pontifex in Ecclesia tenet eum locum, quem tenuit Moyse in populo Iudæorum. Secundò quia Regimen Ecclesiasticum est Monarchicum. Ergo omnis authoritas est in vno, & ab hoc in alios deriuatur. Tertiò quia Cyprianus in lib. de Vnit. Ecclesia, comparat Sedem Pontificiam Capiti, Radici Fonti, & Soli. At in omni corpore virtus membrorum deriuatur à capite, & in omni arbore virtus ramorum oritur ex radice, & in omnibus riuis aqua fluit ex fonte, & omnium radiorum lux est à Sole. Ergo omnis Iurdictio Ecclesiastica est à Pontifice. Quartò quia si Deus immediatè conferret Episcopis Iurisdictionem, omnes haberent illam æqualem; quod falsum est. Quintò Pontifex non posset illam auferre, aut mutare, quod tamen sæpe facit, ut patet ex Diuo Bernardo Epist. 131. ad Mediolanenses, non ita absolutè, sed dependenter Pontifice secunda opinio est, Episcopos suam Iurisdictionem immediatè habere à Deo, ita Francisc. Victoria in Relectione 2. de potest. Ecclesia, q. 2. Alphonsus à Castro l. 2. de iusta hereticorum punitione cap. 24. Petrus Soto lectione 5. de Confessione, Domin. Soto lib. 1. de iust. q. 1. art. 4. Et Ioan. Maior. in 4. dist. 17. q. 7.

Probatum primò, ex illo Act. 20. vers. 28. In quo Vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, Ephel. 4. vers. 11. Ipse dedit quosdam Apostolos, alios autem Pastores, & Doctores. Secundò ex Patribus Dionys. Hierarch. Ecclesiæ, c. 6. dicit Episcoporum Hierarchiam immediatè terminari in Christum, sicut inferiores Ordines Presby-

terorum, Diaconorum terminantur in Episcopum; Cyprian. lib. 3. Epist. 9. ad Rogat. dicit Episcopos à Christo fieri, à quo Apostoli creati sunt, Bernard. l. 3. de consideratione ad Eugenium dicit: *Erras, si, ut summam ita & solam institutam à Deo astimas vestram Apostolicam potestatem.* Tertiò ratione quia Episcopi succedunt Apostolis. Sed Apostoli acceperunt suam Iurisdictionem immediatè à Christo. Ergo, &c. Quartò, si Episcopi à Pontifice haberent Iurisdictionem, iam mortuo Pontifice expiraret illa Iurdictio, quod tamen falsum est. Quintò & melius: ad Ordinem Episcopatus exercendum necessaria est Iurdictio. Ergo Deus qui confert Ordinem, confert etiam Iurisdictionem. Confirmatur ex formula qua creantur Episcopi, & est hæc: *Prouidemus Ecclesia tali de tali persona, & præficimus eum in Patrem, & Pastorem, ac Episcopum eiusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.* Et hæc sunt diuersæ opiniones contra præsentem difficultatem.

Quid ego sentiam dicam breuiter: Secunda opinio est probabilis, quam tuetur etiam Errius in 4. sentent. dist. 24. §. 25. Vasq. discept. 240. can. 4. n. 45. & alij. Verum ego primæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, per ea, quæ tradit Suar. de potest. Iurisdictionis in foro penitentia, r. 4. iunctis iis, quæ idem tradit tom. 5. de potest. ferendi Censuras, & ex iis, quæ tradit l. 4. de legibus, l. 4. n. 5. vbi fusè ostendit, potestatem legislatiuam esse in Episcopis iure humano, quod idem insinuat etiam Palud. dist. 24. q. 6. art. 1.

Dico igitur Episcopum iure humano habere Iurisdictionem, & eo solo Iure quoad Iurisdictionem esse superiorem Sacerdote.

Probatum. Constat enim posse dari Episcopum consecratum, qui nullam habeat Iurisdictionem: nam minus probatur, quod dicunt alij habere Iurisdictionem actiuam, seu quidquid requiritur ex parte principij, sed non habere materiam applicatam, sed applicationem fieri per Ecclesiam.

Confirmatur primò Pontifex, ut refert Bellar. cap. citat. in fin. creans Episcopos utitur his verbis; *prouidemus Ecclesia tali, de tali persona, &c. committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus:* quibus verbis non solum materia videtur applicari, sed etiam videtur dari ipsa Iurdictio actiua, cum id sonet administratio, non minus quoad spiritualia, quam quoad temporalia: Cõcessio autem administrationis in temporalibus dicit concessione veræ facultatis,

tatis, & potestatis moralis agendi

Confirmatur secundò, Pontifex dicitur subtrahere Episcopis Iurisdictionem, restringere, ampliare: hæc autem propriè designant non applicationem, vel subtractionem materiæ, sed ipsius moralis facultatis.

Aduertendum est tamen, quod licet Episcopi non videantur immediatè iure diuino habere Iurisdictionem, Pontifex tamen eo iure obligetur eos in partem sollicitudinis adsciscere: nam constituto per Christum gradu Episcopali, simul videtur præceptum summo Pontifici, vt per se solum non regat Ecclesiam, solos Sacerdotes ordinando, sed etiam ordinet Episcopos, eisque Iurisdictionem aliquam concedat conuenienter illorum gradui, ita vt gradus Episcopalis iuxta suam exigentiam illam postulet, eamque maiorem quam communiter deceat concedi Sacerdotibus.

Per ordinationem ergo Episcopalem aliquis constituitur in Ecclesia in gradu Pastoris, id est, qui conuenienter suo ordini possit pascere, & cui Pontifex debeat Iurisdictionem suo gradui conuenientem concedere ob bonum Ecclesiæ; propter quod tamen dici non debet Episcopum habere Iurisdictionem immediatè iure Diuino, cum aliud sit summum Pontificem iure diuino debere concedere Episcopo aliquam Iurisdictionem, & conuenienter eius gradui maiorem, quam simplici Sacerdoti, aliud verò eandem Iurisdictionem immediatè iure Diuino Episcopo competere. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus in 3. par. de Sacram. Ordin. quæst. vnic. dub. 7. n. 48. cum sequent.

An Consecratio Episcopalis sit maior Ordinatione Sacerdotali.

RESOLVTIO LXXVI.

NEgant Hæretici, vt olim Ærius teste Ephiphanio 11. 75. & August. lib. de Hæresibus, tit. 6. cap. 53. Ærius enim cum esset Presbyter, doleretque quod non posset ordinari Episcopus, cœpit docere Episcopum non esse maiorem Presbytero, vt refert S. August. loc. cit. Idem postea docuit Ioan. Viclefius teste Valdensi l. 2. de doct. fidei, art. 3. c. 60. Et nostro tempore Caluinus l. 4. Inst. c. 4. § 2. vbi dicit solum iure humano maiorem esse Episcopum, & proinde se habere inter Presbyteros, sicut Consul se habet inter Senatores Idem sentit Chennitius in exam. sess. 2. Trid. & Erasmus in priorem ad Timot. c. 4. & nouissimè impius Calvinista, Claudius Salmatius de potestate Papæ.

Dico igitur post Tridentinum dubitari non posse, quin Episcopatus iure diuino sit maior simplici Sacerdotio. Nam Trident. sess. 23. can. 6. sic ait. *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, qua constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit. Et can. 7. immediatè post; si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores (diuina scilicet ordinatione Hierarchica, de qua superiori canone) vel non habere potestatem confirmandi: vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem, &c. anathema sit.* Idemque fusiùs docet c. 4. vbi ordinationem Episcoporum distinguit ab ordinatione simplicium Sacerdotum: afferitque Episcopos ad Ordinem Hierarchicum diuinitus institutum præcipuè pertinere, & in locum Apostolorum successisse, & positos esse à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, atque Presbyteris esse superiores.

Eandemque distinctionem inter Episcopum, & simplicem Sacerdotè tradunt Clemens Rom. in can. Apost. 1. & 2. Ignatius in Epist. ad Philadelphios, Dionysius cap. 5. Ecclesiastica Hierarchia, Anaclet. Epist. 8. cap. 1. vbi sic ait: *Sacerdotum Ordo bipartitus est (in Episcopos, & Presbyteros) & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari, & infra: Episcopi Domini, & Apostolorum Presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenent.* Quod iisdem ferè verbis dicunt Damalus Papa Epist. 5. Hieronymus Epist. 54. ad Marcellam de erroribus Montani; & Augustinus in Psalm. 44. circa illa verba, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:* Item Episcopos tenere in Ecclesia Christi eundem locum, quem in Sinagoga tenebat Ordo summorum Sacerdotum, nempe Aaronis, & successorum: Presbyteros verò tenere eundem, quem tunc tenebant filij Aaronis viuentis patre, id est, minores Sacerdotes: ac demum Diaconos tenere locum Leuitarum, docent SS. Patres Hieronym. Epist. 85. ad Euagrium in fine; Leo Epist. 88. ad Episcopos Germania, & Gallia. & Concil. Hispalense 11. can. 7. Atqui tres illi Ordines erant alij aliis superiores in Synagoga ipso iure diuino, & distincti consecratione, officiis, vestibus ex diuina institutione, vt patet ex c. 18. & 40. Exodi, c. 8. Leuit. & c. 20. & 34. Numer. Ergo similiter distinguuntur in Ecclesia Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, iuxta mentem illorum Patrum: atque ita ex Christi ipsius ordinatione Episcopi sunt superiores Presbyteris, vt Presbyteri Diaconis.

Ex his omnibus cōcludo primò, quod Episcopus iure Diuino maior est Presbytero, quantum

quantum ad potestatem Ordinis. Ratio est, quia Episcopus potest ordinare Sacerdotes, quod Presbyter facere non potest. Ita enim docet Damal. in Epistol. Epiphani. hæres. 75. Chrysostr. Theophylactus, & Oecumenius in 1. ad Timotheum, cap. 3. & 4. Leo Papa Epistol. 8. & D. Hieronymus in Epist. 85. ad Euagrium, vbi sic ait: *Quid facit Episcopus excepta ordinatione, quod Presbyter non faciat?*

Confirmatur experientia, quia nullus vnquam Sacerdos, aut Diaconus ordinatus est, nisi Episcopo. Quod autem hic sit iuris diuini; patet, quia ordinatio à Presbytero facta habetur irrita secundum Damasum loco citato, & Gregorium III. in Epistola ad Bonifacium. At non esset irrita, si Presbyter iure diuino haberet potestatem ordinandi.

Non obstat argumentum deductum ex Diuo Paulo ad Philippens. cap. 1. *Paulus, & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis qui sunt Philippis cum Episcopis, & Diaconis.* Hic per Episcopos debent intelligi Presbyteri, quia si intelligerentur Episcopi; quales nunc sunt, sequeretur fuisse in vna ciuitate plures Episcopos, quod est absurdum.

Respondeo cum D. Thoma in secunda secunda q. 184. art. 6. ad 1. Illa duo nomina, *Episcopus & Presbyter*, tempore Apostolorum fuisse communia omnibus Sacerdotibus tam maioribus, quos nunc Episcopos vocamus, quam minoribus, quos Presbyteros appellamus, licet res ipsæ, & potestates distinctæ essent. Itaque S. Paulus nomine Episcoporum complexus est omnes Sacerdotes.

Eadem solutio adhiberi potest ad alia quædam testimonia, vbi nunc Episcopi pro Presbyteris nunc Presbyteri pro Episcopis nominantur, vt v. g. 1. ad Titum 1. num. 5. *Huius gratia reliqui se Creta, vt constituas per ciuitates Presbyteros.* Et paulò post explicans, quales debeat constituere Presbyteros, ita subdit: *Oportet Episcopum sine crimine esse.* Vnde patet illum promiscuè vsurpare duo illa nomina, *Episcopus, & Presbyter.*

Secundò, non obstat autoritatem Diui Hieronymi in Epist. ad Titum, c. 1.

Ad hunc locum Hieronymi, Medina l. 1. de Sacrament. hominum continentia, cap. 5. asserit, Hieronymum, Anselmum, Sedulium, & alios Patres fuisse planè in errore Ærij, Ecclesiam tamen in illis non damnasse cum errorem, sed tolerasse, eo quod essent aliàs Catholici, damnasse autem eundem Anton. Diana Pars XII.

dem errorem in Ærio, quia ipse multis aliis punctis erat hæreticus. Sed contra, quia hoc est iniuriam facere antiquis Patribus, & toti Ecclesiæ, quasi illa vnus, eundemque errorem damnaret in vno, & toleraret in aliis.

Respondet igitur ad dictum obiectum ex verbis Diui Hieronymi sanctus Thomas in secunda secunda, quæst. 184. art. 6. ad 1. Antonius Delphin lib. 2. de Ecclesia; sed mihi magis placet responsio Becani de Sacrament. cap. 28. quæst. 2. Hieronymum sensisse, quod Episcopus licet iure diuino sit maior Presbytero quoad potestatem Ordinis, non tamen sit maior quoad potestatem iurisdictionis. Et hoc valde est conforme verbis Sancti Hieronymi. Et hanc Sententiam tenet, & magis explicat Martinon. de Sacrament. tom. 2. disput. 66. sect. 31. num. 37. vbi sic ait: *Nunc breuiter dico Hieronymum loqui de differentia inter Episcopum, & Presbyterum, non quoad Ordinem, quo superiorem esse Episcopum manifestè vni alibi tradit, vt supra ostendimus numer. 32. & 33. sed quoad iurisdictionem, & regimen Ecclesiæ, propter quod maxime honorari solent, quodque ille censet prius ad commune consilium, seu Collegium Episcopi & Presbyterorum pertinuisse. Postea verò, vt vitarentur schismata, fuisse commissum Episcopis, qui plenam, & independentem à Presbyteris iurisdictionem haberent. Qua verò ex Paulo obiciuntur, non aliud probant, nisi quod vtrò fatemur, quodque iam pridem aduertit D. Chrysostr. homil. 1. in epist. ad Philippens. fuisse tunc temporis nomen Episcopi commune Presbyteris, & Episcopis: sicut & nomen Diaconi commune fuit aliis ministris inferioribus. Omnes enim Ordines comprehendit Apostolus his verbis initio Epistola citata, *Paulus, & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis qui sunt Philippis (id est omnibus Christianis) cum Episcopis, & Diaconibus; id est cum Sacerdotibus cuiuscumque gradus, & reliquis ministris: sic enim per compendium omnes ordinum gradus complecti voluit. Quo etiam sensu D. Augustinus loco relato in obiectione, dicit se differre à Hieronymo, illoque superiorem esse secundum vocabula, & rem videlicet significatam nominibus Episcopi, & Presbyteri, quam vocabulorum differentiam vsus iam obtinuit, cum olim indifferenter pro eodem vsurparentur. Anselmus denique & Sedulius explicandi sunt, vt Hieronymus, cuius ferè verba repetunt. Ita Martinon. Cui adde Ioann. Præpositum in 3. part. punct. vnic. de Ordin. dub. 7. num. 38. & sequent. & Auerlam de**

Sacr. Ordinis, sect. 6, q. 1. Vnde ex his remanet fatis firmatum, id quod efficit Ecclesia, dum ordinationem Sacerdotalem celebrat die Sabbathi, Consecrationem verò Episcopalem, propter eius maiorem dignitatem in die Dominica, vt ex peculiari resolutione infra demonstrabitur.

An sit valida Consecratio Episcopalis Episcopi Titularis, cum non signatur ei aliqua Ciuitas.

RESOLVTIO LXXVII.

Suppono, quòd Episcopi Titulares verum in Consecratione recipiunt ordinem Episcopalem.

Probatùr, quia Episcopi Titulares habent Iurisdictionem super illas ciuitates, super quas constituuntur Episcopi, quia habent potestatem ad gubernandas illas, si conuertantur ad Fidem; & ista potestas est proxima non remota: Nam potestati in executione nulla facta mutatione ex parte ipsius Episcopi.

Tum quia si talis ciuitas conuertatur ad Fidem, non est necessarium quòd Episcopus recipiat nouam Iurisdictionem à Summo Pontifice, sed poterit, & tenèbitur gubernare illam ratione Iurisdictionis, quam antea habebat. Episcopi Titulares dicuntur, qui certis Ecclesiarum titulis constituuntur, quibus olim Episcopi præfuerunt, & nunc à Saracenis, & Turcis, in quorum potestatem deueniunt, tenentur. Difficultas est, an Consecratio dicti Episcopi sit valida, cum non signatur ei aliqua ciuitas, vel populus, super quem habeat Iurisdictionem? Aliqui affirmant nullam esse consecrationem Episcopi, nisi signetur ei ciuitas, vel populus, super quem habeat Iurisdictionem.

Quia licet Iurdictio super ciuitatem, vel populum non sit in rigore metaphysico de de essentia consecrationis Episcopalis, est tamen quædam conditio necessaria à principio requisita, vt verè fiat Consecratio; ergo. Ita Nugnus *tom. 2. in 3. p. q. 39. art. 2. in expositione articuli S. Thom. ad fin. vers. Circa quartam Conclusionem.*

Sed verius, & probabilius mihi videtur dicendum; supradictam consecrationem Episcopi validam esse, etiamsi de facto ei non signetur aliqua ciuitas. Nam Iurdictio actualis non est de essentia consecrationis Episcopalis, vt ipsemet Nugnus fatetur, quia solum sufficit ad essentiam consecrationis Episcopalis cura animarum signanda à Romano Pontifice, quam positam

exercere posset ordinatus Episcopus, nulla facta mentione ex parte ipsius.

Tum quia, sicut Episcopus simpliciter Ecclesiam, cuius est Pastor Romani Pontificis autoritate dimittens verè, & propriè est Episcopus, & tamen sine certa Ecclesia manet *cap. inter corporalia, de transl.* sic etiam potest initio Episcopos sine certæ Ecclesiæ titulo creare. Ita tenent Host. & Abbas *in cap. inter corporalia, de transl.* Et ita ex Theologis sustinet Azor. *tom. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 3.* vbi sic ait: *Hostiensis & Abbas docent, posse absolute, & simpliciter aliquem Episcopum consecrari, quinnulli certa Ecclesia obligetur, Episcopus igitur ordinari, & consecrari poterit absolute; hoc est si tantum Episcopalem consideremus autoritatem, ita vt solam accipiat Ordinis potestatem absolute Iurisdictione; & hic consensu alterius Episcopi posset in illius Diæcesis obire, & exequi ea, que sunt Ordinis; posset Chrisma conficere, pueros confirmare, Clericos ordinare, Tempia, Altaria, Vasa consecrare. Potestas verò Iurisdictionis non datur alicui, nisi in certum populum, cui possit ius dicere. Item ex cap. Quoniam, de offic. Iudic. ordin. constat iure aliquando Episcopum posse sibi Vicarium adiungere, qui habeat etiam Pontificiam Ordinis potestatem; vbi Abbas annotauit in hunc modum ex quo fit, vt quis absque Episcopatu creetur Episcopus: quoniam eiusmodi Vicarius consecratur, Episcopus erit sine Episcopatu. Ita Azer.*

An Consecratio Episcoporum Ecclesia Latine differat à Græca.

RESOLVTIO LXXVIII.

Respondeo affirmatiuè etiam in Ritibus substantialibus, sed difficultas est, quomodo hoc eueniat, quia materia, & forma Sacramentorum debet esse æqualis, vt pote instituta à Christo Domino, nec potest variari ab Ecclesia. Pro hac difficultate enodanda suppono, Christum Dominum sic instituisse materias Sacramentorum, vt in aliquibus Sacramentis non determinauerit rem ponendam, vel exhibendam talem secundum speciem infimam, sed solum per se designasse in materiam positione alicuius signi externi, vel traditionem externam alicuius rei sensibilis aptæ, vt per ipsam significetur talis effectus Sacramentalis: verbi gratia, potestas Ordinis, & gratia specialis, quæ confertur, monuisse verò Apostolos generaliter vt res apta, & commoda ad

ad talem significationem ferendam apud homines, traderetur pro talis Sacramenti materia propria, relinquendo Ecclesiæ determinationem magis specialem rei adhibendam.

Et est optimum exemplum. Instituta est pro materia Sacramenti Pœnitentiæ propria manifestatio peccatorum sensibilis, vnde quæcunque manifestatio peccatorum talis sit per verba, vel sine verbis est sufficiens, quia tale signum externum peccatorum habet substantiam signi instituti à Christo, hoc est, habet rationem illam quam Christus voluit determinatè poni, vt sit Sacramentum, & non aliter in Sacramento Ordinis instituit Christus pro materia in aliquibus Ordinibus traditionem alicuius rei accommodatæ, ad significandum talis Ordinis ministerium, potestatem, & gratiam, ipse tamen non designauit rem determinatam numero, vel specie, sed reliquit eius rei determinationem specialem Ecclesiæ, vt hæc opportunè determinaret rem talem istam, vel illam esse tradendam, verbi gratia, Librum, vel Vas, Cereum, vel Candelabrum, vel vtrumque, &c. Ratio cur ita Christus instituit, præter sanctissimum eius beneplacitum, videtur esse maior congruitas ipsius rei ob diuersos status temporum & locorum, in quibus Ecclesiæ Ministri erant ordinandi: non enim ita congruum, ne & facile semper esset eodem vti signo: nam initio Ecclesiæ non poterat esse materia ordinationis liber Euangeliorum, vel Epistolarum, vel exorcismorum, sicut modò est materia apta huiusmodi traditio libri, vt dicemus. Et hæc omnia docet Bernal. *de sacrament. disput. 47. sect. 1. num. 2.* cui ego addo (me citato) Franciscum Lugo *de sacrament. lib. 1. cap. 1. quest. 7. num. 78.* Martinon *tom. 4. disput. 9. sect. 5. num. 48.* Ioannem Pontium *in Cur. Theolog. disput. 48. quest. 2. conclus. 8. numer. 15.* cum Cardinali Lugo, Amico, Isamberto, Auerfa, Marchino, Fornario, Arcudio, & pluribus aliis à me alibi adductis. Hoc supposito respondeo: Consecrationem Episcoporum, vt fuit instituta à Christo Domino in genere, esse non diuersam in Ecclesia Latina, & Græca, sed in specie à Pontifice fuisse hanc, & hanc in dictis Ecclesiis determinatam.

* * *

Afferuntur aliqua ex Consecratione Episcoporum Græcorum, que firmant plura ex superius dictis.

RESOLVTIO LXXIX.

Notandum ex Ordinatione Græcorum varia posse colligi, quæ inter Doctores fuerunt hæctenus fatis dubia; nam apud eos Episcopus consecratur imposita manu cum pallio super caput consecrandi, sub hac forma: Diuina gratia, quæ semper infirma sanatur, & imperfecta perficit promouet N. Deo amabilissimum Presbyterum in Episcopum, à Deo custoditæ Ciuitatis N. Oremus igitur pro ipso, vt veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus, deinde Pontifex aperit librum Euangeliorum, & imponit capiti, ac ceruici illius, qui ordinatur, simul vna tangentibus aliis Pontificibus, & facta trina cruce in capite illius, impositaque manu, precatur dicens: *Domine Dominus noster, &c.*

Ex his enim videtur sequi primò ad substantiam Ordinis Episcopi non requiri, vt vtraque manus superponatur capiti, quia particula, imposita manu, de vna potestati intelligi; sicut intelligitur in Ordinatione Presbyteri. Secundò non requiri immediatum manus contactum, cum Græci interponant pallium. Tertio non requiri contactum manus plurium Episcoporum. Quarto impositionem libri Euangeliorum super caput, & ceruicem eius, qui consecratur, non videri de essentia materiæ, cum ante sit consecratus per formam relatam. Quintò, vnicum Episcopum esse ministrum huius ordinationis; nam aliorum contactus videtur omnino accidentaliter. Primò, quia, vt patet ex dictis, ante huiusmodi contactum est creatus Episcopus. Secundò, quia ex parte illorum nulla respondet forma (nam prædicta oratio ab vnico recitatur) cum tamen is, qui materiam adhibet, debeat etiam formam proferre. Tertio id indicat Dionysius *Ecclesiastica Hierarchia, cap. 5. 2. parte.*

Neque obstat, quod in prædicta oratione dicitur: Tu Domine omnium, & hunc qui suffragiis electus est, & dignus factus, qui subiret iugum Euangelicum, & Pontificiam dignitatem per manum mei peccatoris, & presentium ministrorum, & Coepiscoporum, aduentu, & virtute, ac gratia Sancti Spiritus corroborata. Id inquam non obstat, quia solum designatur ritus

H 3 quidam

quidam accidentalis, per quem declaratur tantum, quod Episcopo vi suae ordinationis peculiariter competat Euangelium praedicare. Et haec omnia obseruat Ioannes Praepositus in 3. parte D. Thomae, *quast. unica, de sacrament. Ordinis, dub. 10. num. 75.* sed pace Viri docti non recte infertur à consecratione Graeca ad consecrationem Latinam; nam possunt esse aliqua substantialia, quae differant inter dictas consecrationes, non in genere, sed in specie, eo modo quo in superiori Resolutione obseruatum est.

*Observantur aliqua circa consecrationem
Apostolorum in Episcopos,
& de tempore*

RESOLVTIO LXXX.

ASfero, quod Episcopatus secundum illam potestatem propriam, quam addit supra Sacerdotium, & Presbyteratum, institutus est post resurrectionem à Christo Domino. Ita Pater Vasquez, & plures alij contra Filiuicium, & alios opinantes fuisse in nocte Coenae simul omnes Apostolos ordinatos Episcopos. Probat: quia potestas, & character Episcopalis essentialiter praesupponit in suscipiente Presbyteratum perfectum, nempe characterem, & potestatem sacrificandi, & absoluedi à peccatis: ergo ille non est concessus Discipulis ante istum. Istum autem datum esse post resurrectionem, constat ex secunda Conclusionem, atque eitam est communis sensus Doctorum iuxta Concilium Tridentinum *sessio. 6. cap. 14. & sessio. 14. can. 3.* Consequentia verò patet, quis enim valeat si debito modo accipiat sacros Ordines, Episcopatum accipere, hoc est potestatem ordinandi, & confirmandi, & iurisdictionem aptitudinalem, siue actiuam in Ecclesia recipere, prius quam habeat potestatem, & characterem absoluedi fideles à peccatis? Ergo Christus non ita contulit Discipulis Episcopalem characterem, & Ordinem antequam potestatem ligandi, atque soluendi, quam traditam esse post resurrectionem constat ex dictis Concilij Tridentini.

Sed difficultas magna est inter Doctores de tempore, quo Christus Dominus aliquem ordinauit, & instituit Episcopum, sicque promulgauit in sua Ecclesia talem dignitatem, & ordinem. Prima opinio asserit, quando *Matth. ultim. co-*

ram Discipulis pronunciauit, *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes, &c.* Ita Vasquez, & plures recentiores, quia tunc Apostoli habebant completam potestatem Sacerdotalem, & mittebantur ad praedicandum manifestè Euangelium, etiam Gentilibus: ergo erant Episcopi, vel facti sunt Episcopi, quorum munus est praedicare Euangelium. Confirmatur, quia ad tale munus necessaria erat potestas Episcopalis: ergo tunc concessa fuit ista, quando commissum fuit illud.

Alia sententia est, Episcopos fuisse ordinatos quando Ioan. 20. *Stetit Iesus in medio eorum & dixit: Pax vobis, accipite Spiritum sanctum, &c.* Haec opinio displicet, quia tunc solum data est potestas Presbyterij ad remittendum peccata. Deinde, quia constat aliquos Apostolorum non fuisse tunc ordinatos Episcopatu nempe Sanctum Thomam, qui erat absens: neque Sanctum Mathiam, qui postea adnumeratus est cum vndecim Apostolis, & accepit Episcopatum, neque Paulum, & Barnabam, qui postea sunt consecrati, vt *Actorum 3.* narratur: neque ex his, qui praesentes aderant, tunc fuit ordinatus Sanctus Iacobus minor, cognominatus Frater Domini, sicut testatur Anacletus Papa & Gratianus refert in *Decreto 66. cap. Porro, & Sanctus Hieronymus lib. de viris Illustribus*, quia fuit Iacobus ordinatus Episcopus Hierosolymitanus à tribus Apostolis, scilicet Petro, Ioanne, & Iacobo Zebedaei. Vnde sequitur non dari fundamentum, vt dicamus esse tunc ordinatos in die Resurrectionis Domini, aut immediatè ab ipso Christo omnes Apostolos in Episcopos.

Alia sententia asserit, Episcopos ordinatos die Pentecostes, quando Spiritus sanctus igneis linguis descendit. Probat, quia tunc super Apostolos fecit signum sensibile, scilicet, ignis quasi dispersis: & modo super illum qui ordinatur Episcopus, ponitur liber Euangeliorum apertus, propterea, quod liber clausus sit lingua tacens, apertus autem lingua loquens, munus verò Episcopi est praedicare Euangelium.

Contra, quia sequitur inde, non solum duodecim Apostolos, sed etiam ferè 20. recepisse tunc Episcopatum: quod dictum falsum est: nam Stephanus, & Philippus tunc aderant in eadem domo, qui postea ab Apostolis fuerunt Diaconi ordinati: ergo neque Apostoli ipsi per linguas igneas facti

facti sunt Episcopi Et tandem Salmeron late docet Apostolos constitutos esse Episcopos à Christo Domino, cum in Monte Oliueti, iam iam Coelos post resurrectionem ascensus eleuatis manibus eis benedixit Haec enim benedictio vt pote tam sanctis manibus impertita non potuit non conferre singularia dona dilectis Discipulis, atque adeo supremum Ordinem, seu Episcopatum, praesertim cum apud Graecos per manuum eleuationem creari soleant Magistratus, iuxta quam doctrinam consequenter dicendum videtur, tunc temporis Episcopalem Ordinem institutum fuisse. In re tam incerta, ego puto Episcopalem ordinem institutum fuisse à Christo Domino post resurrectionem, cum Petro commisit Ecclesiam, & eum Summum Pontificem creauit, *Ioan. 21. dicens: Pasce Oves meas.* Probat, supponendo id quod asserunt Turrecrem. *lib. 2. Summæ de Ecclesia cap. 32. 33. & 34.* Bellarminus *tom. 1. lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 23.* & Dominicus Bannez *secunda secundæ, quest. 1. art. 10. in fusiori commentario, lib. 4. §. Pro quo notandum*, scilicet; solum Beatum Petrum fuisse à Christo Domino creatum Episcopum, & ab ipso reliquos Apostolos consecratos; id quod maximum fundamentum habet in iure Canonico, praesertim *cap. Porro, distinct. 66.* Ex hoc enim principio fit; hanc Ordinationem Beati Petri non fuisse celebratam in nocte coenae, vbi aderant omnes Discipuli, nec post resurrectionem cum *Ioan. 20.* dixit: *Accipe Spiritum sanctum;* nec in die Ascensionis, cum omnibus benedixit, quia in his euentibus nihil peculiare dictum est Petro, quod hanc Ordinationem indicaret. Ergo verifimilius est accidisse post resurrectionem in ea apparitione, in qua accepit Summum Pontificatum illis verbis *Pasce Oves meas:* rectè enim cohaerebat Ordinatio Episcopalis cum constitutione Summi Episcopi, atque Pastoris: ergo ibi institutus est Ordo Sacerdotalis, cum Apostoli instituti sunt Sacerdotes, ita institutus credendus est Episcopatus, cum Beatus Petrus Episcopus constitutus est. Et ita hanc sententiam sustinet Granadus in *3. parte, controuers. 9. tract. 1. disput. 1. num. 10.* Bellarminus *lib. 1. de Romano Pontifice, cap. 23.* Salmeron *tom. 12. in Acta Apost. tract. 13. §. Verum hoc posito Marchin. de Sacramento Ordinis, tract. 1. pract. 2. cap. 12.* Bernal *de Sacram. disput. 46. sect. 1. num. 53.* Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disput. 2. quest. 33.* & alij. Vide

Turrecrem. *lib. 2. cap. 32. 33. & 34.* vbi late probat.

His tamen non obstantibus non nego opinionem asserentem Apostolos fuisse à Christo Domino, & non à Diuo Petro consecratos Episcopos esse satis probabilem, & illam ex Patribus tenet Diuus Augustinus *lib. 3. 22. vers. & noui Testamenti.* Cyprianus *libro 3. Epistola 9.* Cyrillus in *Ioannem, lib. 12. cap. 55.* & alij. Et ex Theologis Caietanus *tract. de Auctoritate Papa, & Concil. cap. 3.* Sotus in *4. dist. 20. quest. 1. art. 2.* Eranciscus Vargas *de potest. Papa, Herueus de potest. Papa, Gabriel in can. missa, lib. lect. 3.* & Maior in *4. distinct. 24. quest. 3.* quibus omnibus adde Zachariam Pouerium in *Censura Paraneutica contra Rempublicam Marci Antonij de Dominis, lib. 2. cap. 2.*

An si Episcopi consecrarent in aliquo Oratorio priuato Cardinalium, Episcoporum; & Regularium peccarent mortaliter.

RESOLVTIO LXXXI.

Respondeo consecrationem fore validam, nam locus non est de eius essentia, difficultas est, an peccarent, quia supra iam diximus consecrationem Episcoporum esse faciendam in Ecclesia, & videtur negatiuè respondendum; nam primò Sacramentum Confirmationis, licet ordinariè ministraretur in Ecclesia; tamen aliquando Episcopi illud ministrant in Oratorio, & ita ego olim docui, & docet Hurtadus *de Sacramento Confirmationis, difficult. 14. Syluest. vers. Confirmat. num. 4.* Sancius in *Select. disput. 40. num. 4.* & alij; Secundò non desunt Doctores asserentes, Sacerdotes celebrantes extra Ecclesiam seclusto scandalo, & contemptu non peccare mortaliter: Ita tenet Sotus *num. 4. sentent. distinct. 13. quest. 2. articulo. 3.* & Emanuel Sà iuxta correctionem Magistri Sac. Palatij *vers. Missa, num. 20.* Tertio quia supradicta Oratoria dicuntur quodammodo Ecclesiae publicae, & ita loquens de Oratorijs Cardinalium non solum dignitate, sed etiam scientia Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Brancaccius in *mea part. 6. tract. ultim. resolut. ultim.* vnde omnes Sacerdotes possunt in dictis Oratorijs missam dicere, & in diebus festiuis si quis in illis missam audiret satisfaceret praepcepto, vt Ego alibi satis probaui ergo, &c. Verum his non obstantibus posset

quis dicere, difficulter excusari à peccato lethali Episcopos consecrantes in supradictis Oratoriis. Probatum, quia essent transgressores factorum Canonum, & facerent contra communem consuetudinem Ecclesiae in re graui; quod peccent lethaliter, docet Nugnus loquens de administrat. Sacrament. Confirmationis extra Ecclesiam in 3. part. tom. 1. quæst. 72. art. 2. unde nullus Episcopus usque adhuc ausus est Confirmationem Episcoporum extra Ecclesiam facere, nec Pontifex visus est in hoc dispensasse: ergo. Nec obstant in contrarium adducta, nam Sacramentum Confirmationis non solum potest ministrari in Oratorio, sed in omni loco decenti, ut obseruat Petrus à Sancto Ioseph. in idea Sacramentali cap. 24. resolut. 4. Coninch. & alij, quos citat & sequitur Martinus de Sancto Ioseph. in Mor. confess. lib. 1. tr. 2. de Confirmat. num. 8. & passim hoc esse licitum, demonstrat consuetudo omnium Episcoporum, quod quidem, in nostro casu non adest, nam usus contrarius inuolubiliter obseruatus est ab omnibus Episcopis: ergo ad secundum argumentum Soti, & Sà de celebratione Missæ extra Ecclesiam, respondeo illam sententiam ab omnibus reuocari, ut me citato docet Pater Quartus in Rubricas Missalis, part. 3. tit. 10. num. 1. sect. dub. 4. Ad tertium argumentum respondeo, rectè loquutum fuisse Eminentissimum Brancaccium; nam quoad alia priuilegia, Oratoria Cardinalium dici possunt Ecclesiae publicæ non autè absolute. & quoad alia; quia non sunt benedicta, & inde si in illis quis fornicaret non committeret sacrilegium, unde ad confirmationem supradictarum, non deferam hinc apponere verba doctissimi, & amicissimi Petri Francisci Passarini de Pollut. Eccles. disput. 2. cap. 12. num. 4. vbi me citato sit ait. Oratoria, seu Capellas in palatiis, seu domibus tam Cardinalium, quam Episcoporum, non esse Pollutionis Ecclesiasticae capacia. Ratio est quia sunt Oratoria verè, & merè priuata, & idcirco non benedicta, nec proinde propriè sunt Ecclesia, unde nec pollutionis Ecclesiasticae capacia esse possunt ex supradictis ita nobiscum sentire coguntur quot quot prædicta hac Oratoria esse dicunt non sacra, vel priuata Iordan. varia. elucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 132. Beia in respons. cas. conscient. part. 4. cas. 33. Vgolin. de Officio, & Potestate Episcopi, lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 4. Cardinalis Brancac. in dicta dissertat. de Priuilegio Capell. Cardin. apud Dian. part. 6. tit. 8. resolut. ultim.

Sacra Congregatio Concilij die. 21. Septembris 1640. apud Dian. loco cit. Valerius in differentiis vtriusque fori ver. Missæ, different. 2. Dian. ipse, part. 9. tract. 1. resolut. 37. in fin. Gauant. ver. Missæ, num. 22. Clarius autem hoc colligitur ex Thom. del Bene de immunitate, & iurisdictione Ecclesiae, cap. 2. dub. 2. sect. 7. num. 14. & 15. & etiam cap. 16. dub. 9. sect. 14. num. 14 Riccio de Fagundez loco cit. & ex iis omnibus, qui cum negent licere Episcopis celebrare extra loca sacra sine necessitate; vel iusta causa, idcirco negant etiam id ipsum in Sacellis, vel Oratoriis Episcoporum Palatiorum, vel domorum, si iusta ibi celebrandi causa desit: nam certè talia Oratoria loca sacra non esse, & consequenter neque pollutionis huius capacia putantur. Imo clarissimè hoc asseritur tum à Diana. part. 9. tract. 2. resolut. 32. in medio, & 33. in fin. (licet enim loquatur de Oratoriis regularium, eadem tamen militat ratio, etiam in Oratoriis Cardinalium, ac Episcoporum, ut consideranti patere potest; & videre est apud Cardinalem Brancacc. loco cit.) tum à Iord. loco cit. lib. 5. tit. 11. num. 26. & aliis, apud ipsum. Hucusque Passarinus, qui postea subdit quod licet Episcoporum, Oratoria ab ipsis Episcopis erecta sint, & se habeant ad modum publicorum oratoriorum cum titulo alicuius Sancti, ut dixit Pasqualigus decis. 55. num. 3. non propterea tamen ea esse Oratoria esse sacra, ac proinde diuino cultui in perpetuum dicata: & ut dixi multo minus esse Ecclesias, aut Ecclesiarum nomine comprehendi; non enim erecta fuere per publicam Episcopi auctoritatem, quæ ad locum sacrum constituendum necessaria est, ut superius alibi dicebamus, sed per priuatam. unde priuata etiam auctoritate destrui possunt, & ad usum profanos conuerti, quod fieri non potest in locis publica Episcopi auctoritate erectis, ac proinde propriè sacris, & diuino cultui in perpetuum dicatis, ergo, &c.

Vidisti Amice Lector, difficultates hinc inde circa præsentem quæstionem. Ego quid sentiam dicam breuiter: dico igitur, Episcopos consecrantes in supradictis Oratoriis non peccare mortaliter, sed tantum venialiter. Probatum, quia non transgrediuntur Canones; neque operatur contra consuetudinem in re graui, sed tantum in re leui, non enim consecrationem Episcopalem efficiunt omnino, & extra Ecclesiam, quod quidem prohibent Canones, sed tantum in locis, qui licet strictè

&

& propriè Ecclesiae non sint, quodam modo tamen, & largo modo Ecclesiae dicuntur. Ergo tantum venialiter peccare dicendum est. & non mortaliter: nam alioquin eadem esset transgressio & culpa consecrare Episcopos, verbi gratia in platea publica, ac in supradictis Oratoriis, quod dicere videtur absurdum; nam supradicta loca differre à profanis, & publicis locis aperte patet. Ergo, &c.

Dices, sine scrupulo peccati venialis Episcopi ministrant maiores Ordines in supradictis Oratoriis; Ergo idem dicendum erit de consecratione Episcoporum; nam vtraque actio est Sacramentum. Respondeo, in primo casu extare consuetudinem; non autem in secundo, & ideo ego puto in tali casu peccare venialiter non autem in primo. Et ita sentio saluo meliori iudicio; sufficit enim in re noua, & à nemine pertractata superius dicta adnotasse.

An stando in opinione, quod unctio Chriftmatica sit de essentia Confirmationis Episcopalis, quaeritur an si illa efficiatur medio aliquo Instrumento sit valida.

RESOLVTIO LXXXII.

Diximus supra, talem unctioem esse validam, & non illicitam, saltem mortaliter, si efficeretur non pollice, sed alio digito: nunc quaero, stando in opinione Isamberti, & aliorum, quam ego non teneo, an sit valida, & licita si efficiatur medio aliquo Instrumento, & quidem esse inuvalidam videretur dicendum à simili; nam asserunt DD. quod unctio Sacramenti Confirmationis, non facta mediante manu Episcopi, sed mediante aliquo Instrumento est inuvalida, & ideo Ludouic. Abely in Medulla Theolog. tom. 5. de Sacram. confirm. cap. 3. sect. 1. sic ait, docet Isambertus de necessitate huius Sacramenti esse, quod unctio Chriftmatica manu, seu digito Episcopi, non verò mediante villo alio Instrumento fiat: quod verò fiat pollice dexterae manus, id non nisi ex præcepto Ecclesiae esse ad maiorem decentiam, & commoditatem. Ita ille cui adde Busembaum in Medul. Theol. moral. lib. 6. tract. 2. cap. 2. dub. 1. num. 2. qui citat Fulliucium, & Layman. Idem docet doctus Escobar in Theol. moral. tract. 7. exam. 3. cap. 4. num. 19. & me citato Franciscus Lugo de Sacramentis lib. 3. cap. 1. quæst. 5. num. 63. qui citat Suarez, Auerfam,

Durand. Bonac. Palauum, Reginald & alios. Sed ego puto non rectè argumentari ex Sacramento Confirmationis ad Consecrationem Episcopalem, nam in ista non militat ratio pro casu, quæ militat in Confirmatione, nam essentialis est huic Sacramento manus impositio, quæ propriè significat immediatum contactum, præcipuè quando manus imponitur ad fanitatem corporis vel animæ conferendam, & per hanc immediatam manus impositionem, intelligitur Sacramentum Confirmationis à primis Ecclesiae temporibus etiam per Apostolos fuisse ministratum. Et ideo Martinon. in 3. part. Diui Thoma de Sacram. tom. 2. disput. 27. sect. 3. num. 22. obseruat, aliquos existimare materiam remoram Sacramenti Confirmationis esse solam manus impositionem, quia Apostoli Affor. 8. & 19. sola manus impositione Confirmarunt, ut interdum fecisse concedit S. Thom. quæst. 72. art. 2. ad 1. & significat Innocentius III. cap. cum venisset extra, de sacra unctioe, dicens, per frontis Chriftmationem, designari manus impositionem quam faciebant Apostoli. Et Floret. in decreto, affirmans Confirmationem dari loco illius impositionis manuum, quæ olim fiebat ab Apostolis: idem denique in vsu fuisse tempore Concilij Arausicani sub Leone I. docet Firmondus in Antirrhethico n. 10. motus verbis Canonis I. Arausicani à se correcti & explicati: vbi inquit: Præcipitur ut si quis in Baptismo chriftmatus fuerit, non chriftmetur iterum in Confirmatione: sed nimirum manus, tantum ab Episcopo ipsi imponatur, quod confirmat verbis quibusdam Hieronymi, Gennadij, Hilarij Arelatenfis, & D. Augustini, qui Confirmationem vocant manus impositionem.

Verum ego etiam puto satis probabile unctioem in Sacramento Confirmationis collatam medio aliquo Instrumento, & non manu immediata Episcopi, esse quidem validam, & ita probabiliter contra Suarez cum Amico olim tenui, & nunc iterum teneo, & ita tenet Martinus de Sancto Ioseph. in Mor. confir. lib. 1. tract. 1. de Confirmat. num. 13. vbi sic ait: Es necesario que la unctio se aga con la mano, o con el dedo; y si se hiziese con algun Instrumento no seria valido el Sacramento, ut Suarez, Egidius, Sà, & alij plurimi quos citat, & sequitur Bonacina loco cit. disp. 3. punct. 3. aunque otros con mas probabilidad tienen que no es creible que pudiesse Dios el valor del Sacramento en que se haga la unctio con la mano, o con otro instrumentum

strumento, antes se puede creer lo contrario; porque es cosa accidental, de quo vide iura supra cit. num. 9. in fine, Henriquez cap. 2. num. 3. Pualdus confirmat. Hurtad. difficult. 6. in fine. *Ami me parece lo mismo, y que solamente se deue haer por precepto de la Iglesia, porque la forma se verifica ungiendo con algun instrumento; y en tiempo de peste, o de otro mal contagioso, sera licito ungir con qualquier instrumento, y por precepto de la Iglesia se ha de haer con el dedo pollice de la mano derecha; S. Tom. quest. 72. art. 9. Suarez loco cit. sect. 4. in fine. Angles de Confirm. art. 3. concl. 2. Henric. cap. 2. num. 3. & cap. 1. num. 4. Ita ille.*

Sedauidamus Dicastrum de Sacram. tom. 1. tract. 3. disput. unica, dub. 12. num. 150. ubi sic ait: *Addit etiam Diana, non solum esse necessarium necessitate precepti, sed Sacramenti ad valorem ungere immediate manu in fronte confirmati, secus vero putat in extrema Unctione, in qua tempore pestis existimat posse dari Instrumento. Sanè extremam Unctionem vidi non indoctos viros conferre argentea virgula affixa operculo urceoli, in quo Oleum seruari solet, non solum tempore pestis, sed in aliis occasionibus. Nec video rationem, que cogat negare valorem Sacramenti Unctionis, si cum Instrumento fiat; omnino tamen vitandum est.*

Quod vero attinet ad Confirmationem, ipse Diana ibi resolut. 28. refert diuersas sententias: *Susius quidem, & Coninch, quos nos supra retulimus, & refert, & sequitur Layman. lib. 5. tract. 3. cap. 2. num. 5. Reginaldus tom. 2. praxis lib. 28. cap. 2. num. 20. Filiuccius tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 17. Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 72. art. 4. conclus. 2. putant necessarium necessitate Sacramenti. Probant, quia ut dicebamus num. 60. manus impositio est de ratione huius Sacramenti, quod si solum fiat medio Instrumento non est vera manus impositio. E contra vero aliqui recentiores, cum quibus sentit Fernandez de Heredia in disput. de Sacramento Confirmationis, dub. unico, num. 2. non putant pertinere hoc ad essentiam Sacramenti, & ipse Diana videtur hanc sententiam indicare probabilem, & tutiorem. Et quidem quod si tutior, nemo potest dubitare; si vero tantum dicatur probabilis, relinquit locum opposita sanè in praxi omnino, & sub mortali mihi amplectenda videtur prior sententia, quia est communis, & ferè recepta, sed non video efficaciter probari: nam*

etiam manus impositio non debet intelligi in toto rigore physico, sic in illo celebri Canone 17. quest. 4. si, quis suadente, sit mentio de iniectione manus dum ait: si quis suadente Diabolo manus in Clericum, vel Monachum iniecerit, & tamen vera iniectione manuum, est que fit Instrumento, imo ipsa unctio facta digito in toto physico rigore non est immediata manus impositio, mediat enim oleum; intelligenda ergo est moralis impositio manus, cumque hac impositio manus sit ad inungendum, sufficit fieri modo quoad ungendum sufficiat, ad hoc autem sufficit si Instrumento fiat, sicut iniectione manus ad percutiendum, sufficit fieri Instrumento apto ad percutiendum. Hucusque Dicastr. vnde ex his sequitur à fortiori esse dicendum, stando in opinione fambarum & aliorum, asserentium unctionem Chrismaticam esse de essentia Confirmationis Episcopalis, sequitur, inquam, talem unctionem si efficeretur non manu immediata Episcopi, sed medio aliquo Instrumento, esse quidem validam; Puto tamen esse illicitam, & Episcopos taliter ungentes peccare mortaliter. Probat, quia esset contra consuetudinem, & praxim vniuersalis Ecclesie in re graui, & contra præscriptum in Pontificali Romano. ergo, &c.

An sacrum Chrisma adhibendum in Consecratione Episcopi sit necessarium benedicendum ab Episcopo.

RESOLVTIO LXXXIII.

Pontificale Romanum ordinat in Consecratione Episcopali adhibendum esse sacrum Chrisma, cuius unctionem Isamberrus & alij, vt supra vidimus, putant pertinere ad essentiam Consecrationis Episcopalis, cum sit eius materia partialis, ideo stando in sua sententia quam ego tamen non teneo discutienda veniunt aliqua dubia circa dictum sacrum Chrisma, quorum decisio sumenda est ex his, quæ dicuntur in Sacramento Confirmationis, vnde ad propositam questionem dico, reiiciendam esse Caietani opinionem in 3. part. quest. 72. art. 1. asserentis simplicem Sacerdotem posse Chrisma benedicere, ita vt teneat benedictio, licet peccet: qua loquendi forma videtur indicare Sacerdotem id posse validè, etiam absque commissione, & auctoritate Pontificis, mouetur autem ea ratione, quod nulla sit maior consecratio, quam ea, qua conficitur Eucharistia, cum ergo simplex Sacerdos hanc possit efficere, pote

poterit omnem aliam. Sed hæc sententia, videtur planè temeraria, cum in re maximi momenti repugnet communi sensui Ecclesie absque ratione sufficienti: adde ex nullo Concilio, vel Parte tenuiter apparere hanc potestatem simplici Sacerdoti competere. Nec Caietanum iuuat eius ratiocinatio; nam ex ea sequeretur simplicem Sacerdotem posse etiam sine commissione Pontificis validè conferre Sacramentum Confirmationis, immò Sacerdotem, & Episcopum consecrare, cum hæc Consecrationes sint inferiores consecratione Eucharistie: hæc autem sunt inaudita; vnde dicendum posse conficere Eucharistiam, quia offerre Sacrificium est Sacerdotis, eique conuenit ex proprio gradu: Duces vero, & milites in Ecclesia constituere, & aprare materiam Sacramentorum, qua vtantur Ministri secundum naturalem exigentiam pertinet ad Duces, & Principes eiusdem Ecclesie. Itaque, quod Chrisma debeat consecrari ab Episcopo tanquam ab Ordinario consecrante, colligitur ex omnibus Patribus, & Conciliis, quæ expresse docent, hanc consecrationem pertinere ad Episcopum: ita enim Concilium Florentinum, Catechismus Romanus, neque enim, inquit ad alium ea consecratio, nisi ad Episcopum pertinere potest, qui eiusdem Sacramenti ordinarius Minister constitutus est. Vnde Canonnes, & Concilia expresse prohibent hanc consecrationem Presbyteris, & concilium Toletanum VIII. *Qua de re nosse nos conuenit, quod Episcopalis eminentia Diuina auctoritas non immeritè sacris omnibus esse summa percensuit, qua ceteris Sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet Templorum Dei sacrationem; Chrismatis benedictionem, Sacrorumque Ordinum institutionem.* Et canone Presbyter 26. questione 6. sic habetur *Presbyter inconsulto Episcopo; Virgines non consecret: Chrisma vero nunquam conficiat.* Idem docet Innocentius IV. in Bulla supra citata. Ratio vero est; quia sicut ordinarius Minister huius Sacramenti, vt eadem Concilia, & Patres docent, est solus Episcopus, ita Ordinarius etiam consecrator materie Confirmationis erit solus Episcopus, ad eundem quippe spectat materie consecratio, ad quem spectat Sacramenti consecratio, & hæc omnia docent Præpositus in 3. part. quest. 72. art. 3. dub. 2. num. 21. Amicus in Curs. Theolog. tom. 7. disput. 13. sect. 2. num. 43. & alij communiter. Vnde ex his refellendi sunt Hæretici, qui irrident benedictionem Chrismatis, Calpinus lib. 10. Institutionum, capit.

19. §. 8. vocat Oleum Diaboli mendacio pollutum. Chennarius Chrisma excantatum, & benedictionem superstitiosam, & Magicam, illudque summo opere irrident, quod Ecclesia post Chrismatis benedictionem dicat, *Aue sanctum Chrisma*; loquutio enim ad res animatas, & rationales dirigitur; chrisma autem est quoddam inanimatum. Sed præter Hæreticos inter Catholicos existimauit etiam aliquis, non esse necessarium Chrisma consecratum, aut benedictum ad valorem Confirmationis, sed posse validè conferri cum Chrismate non consecrato. Pro hac sententia adduco Paludanum in 4. distinct. 7. quest. ultima, in solut. ad. 1. contra communem opinionem; vbi dicit ex dispositione Pontificis posse aliquem confirmari Chrismate non consecrato, quia Christus instituit materiam huius Sacramenti iuxta sanctificationem Ecclesie. Vnde posset Pontifex sanctificationem omittere; Christus enim instituit quod Chrisma sit materia eo modo, quo fuerit per Ecclesiam determinata. Explicat Paludanus exemplo matrimonij, quod quidem nullum est inter personas, quas Ecclesia reddit illegitimas; sic etiam nulla erit Confirmatio, si sit in materia contra ritum Ecclesie, iuxta quam opinionem Paludani, hæc duo simul constant, & Chrisma benedictum esse essentiali materiam, quando Ecclesia id determinauit, iuxta commissionem à Christo acceptam, & præterea posse Sacramentum hoc validè conferri cum Chrismate non consecrato; si Ecclesia vellet eam consecrationem omittere, & aliud statuere, quam quod hæcenus statuit: eandem sententiam, & verba Paludani transcripsit Capreolus in 4. distinct. 7. quest. 2. in solut. ad. 1. & probabilem iudicat Estius in 4. eadem distinct. §. 9. in fine. Sed quæ supra dixerunt Calvinus, & alij Hæretici, sunt eorum deliramenta, & in primis dicimus non esse nouum, vt per figuram Profopopeiam res inanimatas alloquamur, saluemus, & benedicimus. Alloquutionis exempla complura suppeditat Daniel in Cantico trium Puerorum, & Dauid Psalmo 148. saluationis exempla habemus in carmine Fortunati Pictauiensis, quod habetur in Ordine Romano, *Salue festa dies toto venerabilis auro*, & in Hymno Crucis, *O Crux aue spes unica*, & ibi, *Sola digna tu fuisti*, & quæ sequuntur, & S. Andreas salutans Crucem dixit, *Salue Crux diu desiderata*, Benedictionis etiam exempla extant Deuteronomij 28. *Benedicta horrea tua*, & Sapientie 14. *Benedictum lignum*, per

per quod fit iustitia : & Ecclesiastici 43. Vide Arcum in nubibus, & benedic. cum. Ad do etiam vocem illam salutationis non semper significare *Deus te seruet*, cum dicamus, *Salute sanctissimi pedes Christi*. Imo, & Deum ipsum salutare possumus atque aptè dicere, *salve immensa bonitas*, non enim sensus est, *Deus te seruet*, qui blasphemus esset; sed est nota honoris, & submissionis. Denique dico non salutari Chrisma physicè substantialiter absolutè, sed relatiuè moraliter provt est Symbolum gratiæ in Sacra Scriptura, denotatque, vel gratiam nobis conferendam, vel ipsum Christum. Vixit enim Deus Christum oleo lætitiæ, & Christi nomen à Chrismate deriuatur. Moralia, autem relatiuè, non absolutè accipienda sunt, sicut, & laudamus imagines, vt quid vtile ad cultum exemplaris, quia vtilitatem hanc in se habent, qui tamen laudis honor in exemplar resultat, vide Mercerium *de Sacram. quest. 72. art. 2. proposit. 3. Pontium in Cursu Theologia, disp. 43. quest. 2. concl. 4. num. 8.*

Sed hinc oritur difficultas, an Pontifex possit delegare simplici Sacerdoti, vt benedicat Sacrum Chrisma, & negatiuè eam Suarez, Coninch, & Layman respondet nouissimè Pater Escobar *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 12. sect. 2. cap. 12. probat. 4. memb. 3.* asserens Episcopalem benedictionem pro conficiendo Chrismate ex Christi haberi institutione, Christus enim teste Fabiano *Epist. 2. ad Episcop. Orient.* docuit Apostolos modum Chrisma conficiendi, quem Ecclesia semper obseruauit. At Ecclesia nunquam simplici Sacerdoti Chrismatis consecrationem commisit tamen aliquando commiserit Confirmationis administrationem Ergo Chrismatis cōsecratio ex Christi institutione Episcopis est annexa, non igitur potest Pontifex id immutare. Neque enim est mirum à Christo Domino relictam Pontifici potestatem communicandi simplici Sacerdoti Confirmationis ministracionem, non tamen conficiendi Chrismatis consecrationem, quia Confirmationis ministerium, non semel expositulat à simplici Sacerdote fieri ob Episcopi absentiam, at Chrismatis confectio rarè, vel nunquam, cum vnus Chrismatis cōsecratio pluribus Diocesis valeat deseruire. Verum licet hæc opinio sit probabilis, ego tamen alibi adhæsi opinioni affirmatiuæ, quam tueretur Amicus *in Cursu Theologia, tomo 7. disput. 13. sect. 1. num. 46.* cum aliis, quibus nunc ad-

do Bizozorum *de Sacram. part. 3. cap. 4. q. 5. num. 6.* Et ad argumentum contrarium respondet, illum tantum esse negatiuum, in quo neutra sententia, neque affirmans, neque negans positiuè fundari potest, nisi abundè constet de dispensabilitate, vel indispensabilitate. Cum igitur nobis constet de dispensabilitate, quoad ministrum huius Sacramenti, ex eadem non improbabiler inferitur dispensabilitas, quoad consecrationem materiæ eiusdem Sacramenti.

An in Chrismate adhibendo in Consecratione Episcopali, sit necessaria mixtio Balsami cum Oleo.

RESOLVTIO LXXXIV.

Videtur negatiuè respondendum ex his, quæ asserunt Doctores in Sacramento Confirmationis. Probatum primò, hæc opinio autoritate Innocentij III. *cap. Pastor de Sacram. non iterandis*, vbi interrogatur Pontifex an Sacramentum Confirmationis iterandum esset in eo, qui per errorem non Chrismate, sed Oleo tantum fuit vnctus. Respondit; *non esse aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermisum.* Si autem Balsamum esset materia essentialis Confirmationis, debuisset totum Sacramentum in eo casu iterari, quia cum non fuisset per solam Olei vnctionem Sacramentum essentialiter perfectum, iterum debuisset per vtriusq; materiæ vnctionem perfici, cum nec pars materiæ præcedentis possit componere vnum cum parte materiæ præsentis, nec pars materiæ præsentis, cum parte materiæ præcedentis, quia tota materia essentialis, debet esse moraliter præsens formæ. Confirmatur; nam eodem modo ibi Pontifex responder, supplendum tantum esse Episcopalis manus impositionem in eo, qui sine illa fuerat per errorem ad Subdiaconatum promotus, ac balsami vnctionem in eo, qui sine balsamo per errorem fuerat confirmatus: Sed manus impositio non est de essentia Subdiaconatus, ergo neq; balsamum Sacramenti Confirmationis. Probatum secundò, nã Chrisma, quod est materia necessaria Confirmationis, interdum apud Patres significat solum Oleum benedictum, videantur Cyprianus *Epist. 70. August. lib. 5. de Baptismo, cap. 20. Innocentius I. Epist. 1. cap. 3.* Probatum tertio, quia credibile nõ est pauperrimos Episcopos in Ecclesia primitiua balsamum ha-

bere

bere potuisse, quod forsitan etiam hodie mul- ti carent, vt inquit Caietanus. Et quidem cum Oleum sine balsamo significet sufficienter effectum Confirmationis, non sit verisimile, Deum eius essentiam astrinxisse rei, quæ necessaria non est, & alioquin est cognitum, paratūque valde difficilis. Materia enim Sacramenti communissimi debet esse communissima, & facile parabilis; verum autem balsamum est cognitum difficillimum, & rarissimum.

Probatum quartò, quia de facto tam modica sit admixtio balsami, vt plurimas Olei partes non tangat, ac tandem in oleum conuertatur. Vnde sequitur sæpè materiæ Confirmationis esse solum oleum sine substantia balsami. Et ita hanc sententiam tenent Caietanus *3. part. quest. 72. art. 2. Sotus in 4. distinct. 7. quest. 1. art. 2. Nauartus cap. 22. num. 8. Couarruias lib. 1. variar. cap. 10. num. 4. Valentia tom. 4. disput. 5. quest. 1. punct. 2. Philarchus de Officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 11. Victoria in Summa, num. 40. Moutre part. 3. cap. 3. §. 2. num. 3. Viualdus, & alij, quos sequitur Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 31. num. 3.*

Secunda opinio affirmat Balsamum esse de necessitate Sacramenti, & ita tenet Diuus Thomas *3. part. quest. 72. art. 2.* vbi Thomista communiter, Suarez cum multis *tom. 3. disput. 33. sect. 1. Coninch quest. 72. num. 30. Lessius ibi, num. 8. Auerla sect. 2. Basil. Legionensis de Confirmatione, part. 2. num. 4. Bonacina de Sacram. disp. 3. quest. 1. punct. 3. Layman. lib. 5. tract. 3. cap. 2. Villalobos tom. 1. tract. 6. difficult. 2. Zambrianus cap. 2. num. 2. Palaus tom. 4. tract. 20. punct. 2. Petrus Arcudius lib. 2. de Confirmat. cap. 5. & alij.*

Probatum hæc opinio ex Sacramento Confirmationis; nam ex continuata traditione, & praxi Ecclesiæ, quæ à tempore Apostolorum ad hæc vsque semper inuolubiler seruata est: vt non nisi ex oleo balsamo mixto, hoc Sacramentum conficeretur. Huius traditionis testes sunt Dionysius, qui quamuis huius mixtionis Olei cum balsamo expressè non meminerit illam tamen ab effectu ita describit *lib. 1. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 4. part. 3.* multò ante medium, dicimus igitur, vniuenti compositionem collationem esse quandam spirantium suauiter materiarum, habentem in se afflatim odoratas qualitates, cuius qui participes sunt, pro quantitate eius, quæ in illis fit fragrantis participationis odoris suauitate replentur. Cle-

Anton. Diana Pars XII.

mens Romanus materiam huius Sacramenti appellat Chrisma, quod vt ostensum est, compositum ex Oleo, & Balsamo: Expressè balsami meminerunt Fabianus Papa *in 2. Epist. decret. ad Episcopos Orientales paulò post initium.* Referens enim obiectionem eorum Episcoporum, qui se excusabant, quod singulis annis non possent Chrisma conficere veteri combusto, dicunt, inquit, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, & quod caput est, hoc ipsum docet tanquam ab ipsis Apostolis ordinatum, non quod Apostoli fuerint huius sacre mixtionis Authores, sed tantum primi Ministri, & Promulgatores, vt ipsemet Pontifex in eadem Epistola testatur; hanc sacri Chrismatis vnctionem conficere, Apostolos, doctos fuisse à Christo in vltima Cœna. Author apud Cyprianum de vnctione Chrismatis, initio; Hodie inquit Chrisma conficitur, in quo mixtum Oleo balsamum Regiæ, ac Sacerdotalis gloriæ exprimit vnitatem Gregorius I. *præcedente sect. citatus*, Gregorius VII. *Epist. 1. lib. 8. Registri*, in qua reprehendit Armenos, quòd Chrisma non ex balsamo, sed ex butyro conficiant; Innocentius III. *cap. cum venisset, de sacra vnctione*, Concilium Bracarense *11. can. 4.* & Florentinum citatum. Eadem materia ex Oleo, & balsamo pro Chrismate assignatur in Pontificali Romano, Eadem veritas colligitur ex ritu Ecclesiæ Græcæ, quæ pro materia adhibet Chrisma ex Oleo, & balsamo confectum, vt Innocentius IV. & Clemens VIII. *in Bulla de Instructione Græcorum supponunt.*

Probatum secundò, quia Concilium Florentinum definit, Confirmationis materiam esse Chrisma confectum ex Oleo (scilicet oliuarum) quod nitorem significat conscientiæ; & balsamo quod odorem significat bonæ famæ per Episcopum benedicto. Pariter ergo requirit Concilium Oleum, & balsamum; cum sine distinctione loquatur: Sed Oleum in omni ferè sententia censetur esse materia necessaria Confirmationis, ergo balsamum similiter. Et quidem materiam Calicis, idem Concilium non dixit esse quid mixtum ex vino, & aqua, sed esse vinum, cui ante consecrationem aqua modicissima misceri debet, satis indicans diuerso modo loquendi, diuersimodè requiri balsamum ad Confirmationem, ac aquam ad consecrationem Calicis.

Tertia opinio est media, quam tenet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 3. dub. 3. num. 29.* nempe in materia Confirma-

I tionis;

tionis mixtionem balsami esse necessariam ex præcepto Christi, non tamen esse necessariam necessitate Sacramenti, probat hoc ex pluribus rationibus, & postea subdit num. 39. *Non obstat in materia Sacramentorum nihil esse necessarium ex præcepto Christi, quod etiam necessarium non sit ad essentiam Sacramenti.* Quorsum enim Christus (inquit) huiusmodi necessitates diuisisset volendo, ut aliquid esset necessarium necessitate præcepti non autem Sacramenti? aliàs enim ex nullo testimonio colligere poterimus, quid sit necessarium necessitate Sacramenti; nam fingere quisque poterit similem expositionem ei, quam adhibemus Florentino, cuius alij Concilio, nihilque erit firmum, scilicet, poterit quis dicere, quamcumque materiam assignatam, & declaratam à Concilio, intelligi solum de necessitate Præcepti Christi, non autem Sacramenti: Qua ratione impugnantur illi Doctores, qui dicunt mixtionem aquæ in Calice esse necessariam ex præcepto Christi; reiiciuntur enim ex eo, quod inde sequeretur, eam esse necessariam necessitate Sacramenti, neque apparet unde colligamus aliquid voluisse Christum esse necessariò adhibendum in Sacramentis, non autem ex necessitate Sacramenti.

Cui obiectioni responderetur ex dictis, negando primum antecedens; nam in Sacramento Pœnitentiæ tres actus tanquam materia illius requiruntur ex præcepto diuino, neque tamen ideo requiruntur omnes ad essentiam Sacramenti, ergo ex eo præcisè, quod ex præcepto Christi necessarium sit, non sequitur esse necessarium de necessitate Sacramenti, ut patet in satisfactione. Atque hoc videtur voluisse Christus in Sacramento Confirmationis, difficile enim futurum erat utramque partem, olei scilicet, & balsami, in quolibet individuali Sacramento adhibere, ac proinde solum præcepit, ut in oleo esset aliquid balsami, quando ad hoc Sacramentum benediceretur.

Nec tamen propter hanc explicationem impedimur, quominus ex testimoniis Conciliorum intelligamus, quænam sint in Sacramentis essentialiter necessaria. Quando enim res æqualiter concurrunt ad Sacramentum quodlibet, & æqualis est traditio de illarum necessitate, dicere debemus eas omnes res esse æqualiter necessarias necessitate Sacramenti, secus verò affirmandum est, quando vel traditio Ecclesiæ non est omnino similis, vel

res non simili modo concurrunt ad Sacramentum; in nostro autem casu cum nulla fuerit dubitatio, quin oleum requiratur essentialiter ad Confirmationem (nisi forte cuiusdam leuioris momenti Authoris) controuersia verò sit, an balsamum essentialiter requiratur? & ulterius pars negans inferatur ex responso Pontificis supra citato, peculiaris ratio est ex parte olei, quæ non sit ex parte balsami.

Inde etiam sufficienter colligimus, Concilium Florentinum, quatenus refertur ad partem balsami, explicari posse de materia requisita ex præcepto Diuino, nõ verò ex necessitate Sacramenti: simili enim ratione aliud Decretum eiusdem Concilij, quod scilicet tres actus pœnitentis, sint materia Sacramenti, intelligitur de necessitate essentiali, prout refertur ad contritionem, & confessionem; de necessitate autem Præcepti diuini, & partis integrantes, prout refertur ad satisfactionem, nimirum quia ex vsu Ecclesiæ constat satisfactionem sæpius adhiberi post administratam essentiam Sacramenti.

Aqua verò, quæ miscetur ante Consecrationem, eodem modo est præsens cum vino, cui miscetur. Quapropter si dicemus illam requiri ex præcepto Christi, dicere etiam deberemus requiri ex necessitate Sacramenti, in ea enim materia nulla potest ratio occurrere, ob quam esse Christus voluerit aquam necessariam ex præcepto, non verò ex necessitate Sacramenti. Hucusque Diæstillus.

Et hæc sunt circa præsentem questionem pugnantès sententiæ, quas ego omnes probabiles existimo, sed secundæ tanquam probabiliori adhæreo, & nunc pedes figo. Itaque restat modo respondere ad argumenta contraria, & ad auctoritatem Innocentij III. in cap. *Pastoralis*, obseruandum est primò, Pontificem ibi de duobus fuisse consultum. Vnum erat an permitti debeat ministrare, qui absque impositione manuum fuerat ad ordinem Subdiaconatus assumptus; Alterũ erat utrum Confirmationis Sacramentum in eo deberet iterari, qui per errorem non fuerat chrismate, sed oleo delinitus:

Obseruandum secundò, quod quando ista Sacramenta administrantur, adhibentur plura, sicut & in aliis quædam substantialia, & quædam accidentalia, ad decentiam, & venerationem eorundem. His positis.

Responderetur, Pontificem ibi non examinasse, neque ex proposito declarare voluisse,

luisse, utrum illius Subdiaconi ordinatio, vel huius Confirmatio fuisset validè facta, sed tantum voluisse instruere illos à quibus erat Consultus, quomodo deberent ipsi habere se circa illa, super quibus eum confulebant, puta quod Sacramenta ista, cum suis solemnitatibus modo quo administrantur ordinariè non essent iteranda: sed cautè, videlicet priuatim, & seorsim, illud esset suppletum, quod prætermisum fuerat, siue illud sit essentialè, siue accidentariũ. Atque ita responso: Pontificis nĩ contra nostram conclusionem facit, imo potius videtur facere pro nobis, quia certum est, quod ex responso Pontificis vnctio cum balsamo esset supplenda, quæ facta non fuerat, atque hæc non debebat fieri ex solo balsamo, quia talis vnctio nunquam fieri consuevit, neque balsamum solum benedici solet, ergo ex balsamo, & oleo mixtis, idque non sine forma uti apparet, quia eiusmodi inunctioni debetur talis informatio, quæ per verba consueta fieri solet, præsertim quia prior forma non cecidit in verum Chrisma, atque ita videtur veritate caruisse, ut ante diximus, neque fieri solet talis inunctio sine forma verborum, ergo ex Pontificis responso, videtur hoc statuendum, quod inunctio balsami cum iis sine quibus perfecto modo fieri non potest, debeat suppleri, & proinde id quod substantiale est, non iteratis aliis, quæ accidentalia sunt, & ad solemnitatem faciunt. Ad alia verò argumenta respondet Lugus, vbi supra. Vide Ioan-nem Pontium in *Cursu Theologiae, disput. 43. q. 2. concl. 1. num. 7.* Lessium in 5. part. q. 72. art. 3. num. 12. Granadum tom. 4. in 3. part. *controuers. 5. tract. 1. disput. 7. sect. 1. num. 6.* Vviggers in 3. part. q. 72. art. 3. Amicus in *Cursu Theologiae, tom. 7. disput. 13. sect. 11.* Lugo de *Sacram. lib. 3. cap. 5. quest. 1.* & alios penes ipsos, omnia superius dicta confirmantes.

Sed instabis, quæ firmata sunt non procedere in casu nostro, nam valent in ordine ad Sacramentum Confirmationis, non autem quoad Consecrationem Episcopalem. Sicur verbi gratia, in Baptismo, Aqua est de necessitate Sacramenti, & tamen non est de necessitate Sacramenti in Eucharistia sic verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, in forma Baptismi sunt de necessitate Sacramenti, non autem in forma aliorum Sacramentorum, sic & in casu nostro, Chrisma confectum ex oleo, & balsamo cum benedictione Episcopi, est de necessitate Sacramenti in

Anton. Diana Pars XII.

Confirmatione, non autem ex hoc sequitur, esse de necessitate Sacramenti in Consecratione Episcopali.

Obseruo hanc difficultatem apud neminem legisse, sed respondeo, quod Episcopus, ut patet in Pontificali Romano, & ex Ecclesiæ perpetua consuetudine, utitur in consecratione Episcopali eodem Chrismate consecrato pro vsu Sacramenti Confirmationis, ergo omnia, quæ à Doctoribus dicuntur de isto, procedunt & dicenda sunt de illo, & ea, quæ necessaria sunt pro vnctioe Chrismatica Confirmationis, necessaria erunt, pro vnctioe Chrismatica consecrationis Episcopalis. Probat, sacrum enim Chrisma in Confirmatione est materia totalis Sacramenti, in consecratione verò Episcopali, licet non sit materia totalis, est tamen materia partialis secundum mentem Isamberti, & aliorum, ergo pari passu procedere debent, nam in utroque Sacramento sunt materia, in Confirmatione, ut diximus, materia totalis secundum Omnes; in Consecratione materia partialis secundum Aliquos; Verum in mea opinione cessant hæc difficultates, nam ego puto in consecratione Episcopali, materiam esse solum manuum impositionem, cum verbis *Accipe &c*

An Episcopus peccet mortaliter si in Consecratione Episcopali adhibeat vnctio-nem Chrismaticam confectam ex Balsamo adulterino.

RESOLVTIO LXXXV.

Videtur negatiuè respondendum. Henriquez, qui fuit Magister Patriis Suarez (& hoc solum asserendo ad ingentem sui gloriam sufficeret) Henriquez, inquam, lib. 3. de *Sacram. cap. 2. num. 1.* dicit materiam Confirmationis esse oleum mixtum cum balsamo odorifero, saltem adulterino. Pro qua sententia in Commentario litera C, citat Sotum, & Ledesnam. Niti autem poterit hæc sententia, primò in quadam dispensatione, quæ refertur Pij IV. qua concessit Episcopis Indiarũ conficere Chrisma, cum quodam Balsamo illius Regionis, vbi non reperitur balsamum Syriacum. Refertur etiam alia dispensatio Pauli III. pro Indis. Dubitauit enim quidam Indiarum Episcopus, & consuluit Pontificem, an illud balsamum Indicum esset verum balsamum; indulsit autem pontifex, ut eo balsamo quauis incerto vteretur, quod signũ est sufficere

I 2 saltem

tionis mixtionem balsami esse necessariam ex præcepto Christi, non tamen esse necessariam necessitate Sacramenti, probat hoc ex pluribus rationibus, & postea subdit num. 39. *Non obstat in materia Sacramentorum nihil esse necessarium ex præcepto Christi, quod etiam necessarium non sit ad essentiam Sacramenti.* Quorsum enim Christus (inquit) huiusmodi necessitates diuisisset volendo, ut aliquid esset necessarium necessitate præcepti non autem Sacramenti? aliàs enim ex nullo testimonio colligere poterimus, quid sit necessarium necessitate Sacramenti; nam fingere quisque poterit similem expositionem ei, quam adhibemus Florentino, cuius alij Concilio, nihilque erit firmum, scilicet, poterit quis dicere, quamcumque materiam assignatam, & declaratam à Concilio, intelligi solum de necessitate Præcepti Christi, non autem Sacramenti: Qua ratione impugnantur illi Doctores, qui dicunt mixtionem aquæ in Calice esse necessariam ex præcepto Christi; reiiciuntur enim ex eo, quod inde sequeretur, eam esse necessariam necessitate Sacramenti, neque apparet unde colligamus aliquid voluisse Christum esse necessariò adhibendum in Sacramentis, non autem ex necessitate Sacramenti.

Cui obiectioni responderetur ex dictis, negando primum antecedens; nam in Sacramento Pœnitentiæ tres actus tanquam materia illius requiruntur ex præcepto diuino, neque tamen ideo requiruntur omnes ad essentiam Sacramenti, ergo ex eo præcisè, quod ex præcepto Christi necessarium sit, non sequitur esse necessarium de necessitate Sacramenti, ut patet in satisfactione. Atque hoc videtur voluisse Christus in Sacramento Confirmationis, difficile enim futurum erat utramque partem, olei scilicet, & balsami, in quolibet individuali Sacramento adhibere, ac proinde solum præcepit, ut in oleo esset aliquid balsami, quando ad hoc Sacramentum benediceretur.

Nec tamen propter hanc explicationem impedimur, quominus ex testimoniis Conciliorum intelligamus, quænam sint in Sacramentis essentialiter necessaria. Quando enim res æqualiter concurrunt ad Sacramentum quodlibet, & æqualis est traditio de illarum necessitate, dicere debemus eas omnes res esse æqualiter necessarias necessitate Sacramenti, secus verò affirmandum est, quando vel traditio Ecclesiæ non est omnino similis, vel

res non simili modo concurrunt ad Sacramentum; in nostro autem casu cum nulla fuerit dubitatio, quin oleum requiratur essentialiter ad Confirmationem (nisi forte cuiusdam leuioris momenti Authoris) controuersia verò sit, an balsamum essentialiter requiratur? & ulterius pars negans inferatur ex responso Pontificis supra citato, peculiaris ratio est ex parte olei, quæ non sit ex parte balsami.

Inde etiam sufficienter colligimus, Concilium Florentinum, quatenus refertur ad partem balsami, explicari posse de materia requisita ex præcepto Diuino, nõ verò ex necessitate Sacramenti: simili enim ratione aliud Decretum eiusdem Concilij, quod scilicet tres actus pœnitentis, sint materia Sacramenti, intelligitur de necessitate essentiali, prout refertur ad contritionem, & confessionem; de necessitate autem Præcepti diuini, & partis integrantes, prout refertur ad satisfactionem, nimirum quia ex vsu Ecclesiæ constat satisfactionem sæpius adhiberi post administratam essentiam Sacramenti.

Aqua verò, quæ miscetur ante Consecrationem, eodem modo est præsens cum vino, cui miscetur. Quapropter si dicemus illam requiri ex præcepto Christi, dicere etiam deberemus requiri ex necessitate Sacramenti, in ea enim materia nulla potest ratio occurrere, ob quam esse Christus voluerit aquam necessariam ex præcepto, non verò ex necessitate Sacramenti. Hucusque Diæstillus.

Et hæc sunt circa præsentem questionem pugnantès sententiæ, quas ego omnes probabiles existimo, sed secundæ tanquam probabiliori adhæreo, & nunc pedes figo. Itaque restat modo respondere ad argumenta contraria, & ad auctoritatem Innocentij III. in cap. *Pastoralis*, obseruandum est primò, Pontificem ibi de duobus fuisse consultum. Vnum erat an permitti debeat ministrare, qui absque impositione manuum fuerat ad ordinem Subdiaconatus assumptus; Alterum erat utrum Confirmationis Sacramentum in eo deberet iterari, qui per errorem non fuerat chrismate, sed oleo delinitus:

Obseruandum secundò, quod quando ista Sacramenta administrantur, adhibentur plura, sicut & in aliis quædam substantialia, & quædam accidentalia, ad decentiam, & venerationem eorundem. His positis.

Responderetur, Pontificem ibi non examinasse, neque ex proposito declarare voluisse,

luisse, utrum illius Subdiaconi ordinatio, vel huius Confirmatio fuisset validè facta, sed tantum voluisse instruere illos à quibus erat Consultus, quomodo deberent ipsi habere se circa illa, super quibus eum consulebant, puta quod Sacramenta ista, cum suis solemnitatibus modo quo administrantur ordinariè non essent iteranda: sed cautè, videlicet priuatim, & seorsim, illud esset supplendum, quod prætermisum fuerat, siue illud sit essentialia, siue accidentariū. Atque ita responso: Pontificis nisi contra nostram conclusionem facit, imo potius videtur facere pro nobis, quia certum est, quod ex responso Pontificis vnctio cum balsamo esset supplenda, quæ facta non fuerat, atque hæc non debebat fieri ex solo balsamo, quia talis vnctio nunquam fieri consuevit, neque balsamum solum benedici solet, ergo ex balsamo, & oleo mixtis, idque non sine forma uti apparet, quia eiusmodi inunctioni debetur talis informatio, quæ per verba consueta fieri solet, præsertim quia prior forma non cecidit in verum Chrisma, atque ita videtur veritate caruisse, ut ante diximus, neque fieri solet talis inunctio sine forma verborum, ergo ex Pontificis responso, videtur hoc statuendum, quod inunctio balsami cum iis sine quibus perfecto modo fieri non potest, debeat suppleri, & proinde id quod substantiale est, non iteratis aliis, quæ accidentalia sunt, & ad solemnitatem faciunt. Ad alia verò argumenta responderet Lugus, ubi supra. Vide Ioan-nem Pontium in *Cursu Theologiae, disput. 43. q. 2. concl. 1. num. 7.* Lessium in 5. part. q. 72. art. 3. num. 12. Crahadum tom. 4. in 3. part. controuers. 5. tract. 1. disput. 7. sect. 1. num. 6. Vviggers in 3. part. q. 72. art. 3. Amicus in *Cursu Theologiae. tom. 7. disput. 13. sect. 11.* Lugo de *Sacram. lib. 3. cap. 5. quest. 1.* & alios penes ipsos, omnia superius dicta confirmantes.

Sed instabis, quæ firmata sunt non procedere in casu nostro. nam valent in ordine ad Sacramentum Confirmationis, non autem quoad Consecrationem Episcopalem. Sicur verbi gratia, in Baptismo, Aqua est de necessitate Sacramenti, & tamen non est de necessitate Sacramenti in Eucharistia: sic verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, in forma Baptismi sunt de necessitate Sacramenti, non autem in forma aliorum Sacramentorum, sic & in casu nostro, Chrisma confectum ex oleo, & balsamo cum benedictione Episcopi, est de necessitate Sacramenti in

Anton. Diana Pars XI.

Confirmatione, non autem ex hoc sequitur, esse de necessitate Sacramenti in Consecratione Episcopali.

Obseruo hanc difficultatem apud neminem legisse, sed respondeo, quod Episcopus, ut patet in Pontificali Romano, & ex Ecclesiæ perpetua consuetudine, utitur in consecratione Episcopali eodem Chrismate consecrato pro vsu Sacramenti Confirmationis, ergo omnia, quæ à Doctoribus dicuntur de isto, procedunt & dicenda sunt de illo, & ea, quæ necessaria sunt pro vnctioe Chrismatica Confirmationis, necessaria erunt, pro vnctioe Chrismatica consecrationis Episcopalis. Probat, sacrum enim Chrisma in Confirmatione est materia totalis Sacramenti, in consecratione verò Episcopali, licet non sit materia totalis, est tamen materia partialis secundum mentem Isamberti, & aliorum, ergo pari passu procedere debent, nam in utroque Sacramento sunt materia, in Confirmatione, ut diximus, materia totalis secundum Omnes; in Consecratione materia partialis secundum Aliquos; Verum in mea opinione cessant hæc difficultates, nam ego puto in consecratione Episcopali, materiam esse solum manuum impositionem, cum verbis *Accipe &c*

An Episcopus peccet mortaliter si in Consecratione Episcopali adhibeat vnctio-nem Chrismaticam confectam ex Balsamo adulterino.

RESOLVTIO LXXXV.

Videtur negatiuè respondendum. Henriquez, qui fuit Magister Patriis Suarez (& hoc solum asserendo ad ingentem sui gloriam sufficeret) Henriquez, inquam, lib. 3. de *Sacram. cap. 2. num. 1.* dicit materiam Confirmationis esse oleum mixtum cum balsamo odorifero, saltem adulterino. Pro qua sententia in Commentario litera C, citat Sotum, & Ledesnam. Niti autem poterit hæc sententia, primò in quadam dispensatione, quæ refertur Pij IV. quia concessit Episcopis Indiarum conficere Chrisma, cum quodam Balsamo illius Regionis, ubi non reperitur balsamum Syriacum. Refertur etiam alia dispensatio Pauli III. pro Indis. Dubitauit enim quidam Indiarum Episcopus, & consuluit Pontificem, an illud balsamum Indicum esset verum balsamum; indulgit autem pontifex, ut eo balsamo quamuis incerto vteretur, quod signum est sufficere

I 2 saltem

faltem adulterinum. Secundò, quia materia Sacramenti debet esse certa, & de qua nõ possit esse moraliter dubitatio. At de vero balsamo vix possumus esse certi, cum facillimè adulterari possit, ita ut vix queat dignosci, ut scribit Plinius l. 12 c. 25. Ergo dicendum est, adulterinũ balsamum esse materiam sufficientem huius Sacram. aliàs sapissimè effemus dubij de veritate huius Sacram.

Verum hanc sententiam meritò refellit Basilius Pontius in suo tractatu verè aureo de Sac. Confirm. part. 1. cap. 1. mem. 10. quia ait ipse, nullus author, neq; ex antiquis neq; ex recentibus eam docet, sed antiqui omnes (nullo excepto) absolute docent balsamum esse materiam huius Sacramenti, nomine autem balsami absolute positi, verum balsamum intelligitur, non adulterinum; & fictum sicut in aliarũ rerum appellationibus manifestè constat. Nullus enim nomine pretiosi lapidis, aut gemmæ absolute posito, fictitias, & adulterinas intelligit sicut etiam idem expendebamus supra cum ex traditione Ecclesiastica probauimus, oleum Oliuarum esse materiam Confirmationis. deinde Scholastici cũ examinant an Balsamum sit materia necessaria necessitate Sacramenti vel precepti, ad eam obiectionem quam opponunt, qui sentiunt totum esse necessarium ex precepto, scilicet, quod balsamum verum difficile reperitur, & quod de facili adulterari possit, nunquam respondent adulterinum sufficere, sed & magnam esse copiam balsami, & diligentia fieri posse, ut verum Balsamum comparetur, non adulterinum, sic Ægidius in hac quæst. art. 2. dub. 1. in solut. 4. obiect. contra 2. conclus. & explicat ex eplo Vini, quod quãuis facile adulterari possit, mixtum aqua, & aliquod genus Vini sit in quo eiusmodi adulteriu difficile deprehendi potest, hoc tamen non obstat quominus in vero Vino non in adulterino instituta sit materia Calicis à Christo Domino. Eidem obiectioni respondet Faber in 4. dist. 7. disp. 25. c. 9. in solut. 3. obiect. contra 2. proposit. Patean. in hac quæst. dub. 4. Suarez disp. 32. cit. sect. 1. in sol. 3. Gamachus in hac quæst. c. 3. in ult. obiect. solut. Petigianus in 4. dist. 7. q. 1. art. 3. in solut. ad 2. Laym. dist. l. 5. Summæ tract. 3. c. 2. cum dicat Ecclesia paupertatem nunquam impedimento fuisse quo minus parum balsami compari posset; & Reginaldus l. 28. cit. tractatu 1. cap. 1. n. 7. Præterea etiam illi Scholastici, qui sentiunt balsamum non

esse materiam necessariam necessitate Sacramenti, in eo inducunt, quod materia Sacramentorum debet esse certa, balsamum autem facile adulterari possit, nostra sententia, & communi fauent. Nam ideo illi reiciunt balsamum à materia huius Sacramenti, dicuntque non esse necessarium necessitate Sacramenti, sicut neq; aqua est materia Calicis, sed tantum precepti, quod preceptum, quidam ex eis ut Caietanus dicunt, esse Ecclesiasticum, alij verò, ut Soto, dicunt esse diuinum, quare, ut dixi, nullus reperitur Scholasticus, qui dicat balsamum adulterinum esse sufficientem materiam Confirmationis, si simul etiam concedunt balsamum esse materiam necessariam necessitate Sacramenti, ut concedit Henriquez loco citato. Nec Soto citatus ab hoc Authore illi fauet, tum quia Soto aperte docet balsamum non esse materiam necessariam huius Sacramenti, sed sine balsamo posse constare, tum quia solum dicit, in illis Regionibus rarissimum inueniri castum balsamum, sed pro illo substitui in usu Sacramenti, quod affertur ex nouo Orbe, & habet indicia veri balsami, non tamen dicit Soto substitui in usu Sacramenti, sed intelligi potest de substitutione ad alios usum, & medicamenta: Quamuis in eo deceptus est Soto, cum existimet id quod affertur ex nouo Orbe, non esse verè balsamum, ut dicam statim, asserere autem aliquid in re adeo graui, qualis est materia Sacramentorum, contra omnium Doctorem sensum, temerarium est.

Deinde contra Henriquez ait Pontius, perpetua Ecclesia traditio circa materiam huius Sacramenti dedit sufficiens fundamentum definitioni Eugenij IV. qua decreuit materiam Confirmationis esse Chrisma confectum ex oleo, & balsamo, & similiter etiam traditio, qua absolute loquitur de oleo, præbuit sufficiens fundamentum, ut iudicemus, cum communi Doctorem sensu definitum esse ab Eugenio IV. oleum tantum oliuarum esse materiam necessariam huius Sacramenti, quia illud est absolute oleum. Ergo eadè etiam traditio Ecclesie, qua absolute usurpat nomè balsami, sufficiens fundamentum est, ut intelligamus definitum esse ab Eugenio IV. balsamum verum, & non adulterinum esse materiam huius Sacramenti, omnes enim Pontifices, & Concilia, & Patres, qui balsami meminerunt, absolute dicunt esse materiam, & alij dicunt optimũ balsamum, sic Alicuinus in l. de diuino Officio, c. de Cœna Domini

mini, & Amalarius balsamum ex Arbore aramatica lib. 1. de Ecclesiast. offic. cap. 12. qua phrasi verum, & purum balsamum intelligitur; sicut etiam, quia Eugenius IV. in citato decreto dixit, Vinum de vite esse materiam Calicis, intelligimus verum Vinum, & non adulterinum, & aliàs nihil certè haberemus in materiis Sacramentorum in decreto Eugenij. Sicut ergo veram aquam in Baptismo, verum oleum in Extrema-Vnctione, verum Vinum in Eucharistia, sentimus definitum ab Eugenio esse materiam Sacramentorum: ita in presenti dicendum est de balsamo, & urgeo magis, quia, etsi diceremus balsamum non esse materiam necessitate Sacramenti, adhuc dici deberet eo ipso, quod balsamum absolute ponitur ab Eugenio, de vero intelligendum, quia similiter, etsi aqua non sit materia necessaria Calicis necessitate Sacramenti, sed solum adhibeatur ex precepto, definitio Eugenij intelligitur de vera aqua naturali, ex quo quod absolute dixit aquam miscendam cum vino in Calice. Idem ergo in presenti dicendum esset. Hucusque Basilius qui ex supradictis firmat sententiam Henriquez esse temerariam, & errori proximam.

Sed ego obseruo, nostris temporibus illam docuisse Patrem Leandrum, cui multum debent studiosi Theologiæ moralis de Sacrament. tom. 1. tract. 3. disput. 3. q. 3. ubi sic ait: Chrisma ex oleo, & balsamo verò, vel saltem adulterino confectum, est materia Confirmationis. Ita ille: At ego puto omninò non esse discendum à sententia negatiua Pontij.

Ad id verò, quod supra assertum est de certitudine balsami ex Plinio, & dispensationibus Pontificiis vide Ioannem Vviggers 3. part. quæstione 72. articulo 2. numero 19. Lugo, & alios locis citatis.

Ex his itaque respondeo ad quæstionem propositam Episcopum adhibentem vnctionem chismaticam cum balsamo adulterino peccare mortaliter, quod à fortiori asserent Isambertus & alij docentes dictam vnctionem in consecratione Episcopali esse materiam partialem Sacramenti.

An Episcopus peccaret mortaliter, si ex necessitate in Consecratione Episcopali vteretur vnctione Chismaticam cum solo oleo absque Balsamo?

RESOLVTIO LXXXVI.

CVM opinio asserens balsamum non esse de necessitate Sacramenti in Confirmatione sit satis probabilis, oritur quæstio an propter carentiam balsami possit Episcopus in simplici oleo Sacramentum Confirmationis conferre? Affirmat Suarez disp. 16. quia si quod sit periculum nullitatis, Episcopus non tamen censetur se illi exponere, quam illud permittere (cùm non possit vitare) ut Sacramentum probabile conferat.

Sed ut verum fatear, pace sapientissimi viri, quam ego ornamentum Societatis vocare soleo, hæc sententia mihi non placet, ideo negatiuè adhæreo cum Ioanne Præposito ex eadem Societate Iesu (semper enim societas doctissima Virorum ferax erit) in 3. part. q. 72. art. 2. dub. 1. mem. 71. Probatur primò quia quidquid sit de necessitate Sacramenti, constat strictissimo precepto Ecclesiastico Confirmationem non posse conferri in simplici oleo, quod preceptum non censetur relaxari ex eo, quod balsamum obtineri nequeat.

Licet secunda sententia sit speculatiuè probabilis, non possumus tamen ea uti absque graui necessitate, ne cum graui sacrilegio Sacramentum periculo nullitatis exponatur, moraliter autem non potest occurrere necessitas, quæ ab hoc sacrilegio excuset, cum homo grauius ægrotus, & in periculo mortis constitutus possit Extremam-Vnctionem in tali oleo recipere se benè valeat possit recipere Sacramentum penitentia, vel Eucharistiam, nec facile occurret casus quo per Episcopum possit confirmari, & nulla alia Sacramenta recipere.

Dices, ut hæc ita sint, tamen magnum bonum est confirmari: præterea hoc Sacramentum potest esse necessarium ad liberam fidei professionem: igitur subest ratio sufficiens vitandi sacrilegij, quamuis Sacramentum exponatur periculo nullitatis.

Respondeo negari consequentiam, nõ solus spiritualis fructus in hoc consistens, quod gratia per Sacramentum recipiatur, non est sufficiens ratio illud exponendi periculo nullitatis, vnde patet responsio ad priorem partem antecedentis. Ad alteram

dico, Sacramentum Confirmationis non esse omnino necessarium ad liberam fidei professionem, & proinde neque ex eo cap. Sacramentum posse exponi periculo nullitatis.

Ex his colligitur, stando in opinione Isamberti, & aliorum, Episcopum in nostro casu non posse uti absque peccato mortali unctioe Chrismatica sine balsamo, quia ipsi putant talem unctioem esse materiam partialem Sacramenti, sed cum ego existimem esse tantum ritum accidentalem puto in necessitate posse adhibere absque balsamo, quia adest iusta causa, nempe, necessitas, ex carentia balsami, non esset tamen differenda consecratio, per multum tempus, vel à fortiori relinquenda.

An Episcopus peccaret mortaliter si in Consecratione Episcopali uteretur Unctioe Chrismatica alterius anni.

RESOLVTIO LXXXVII.

Aduertendum est, Chrisma debet singulis annis renouari in die Coenae Domini, & antiquum comburi cum quo sine magna necessitate Sacramentum conferri nequit absque peccato, debet autem benedici in Ecclesia, & quidem ritibus praescriptis, potestque benedici quemadmodum, & Chrisma pro Baptismo, etiam si terra sit interdicto supposita ut patet ex cap. *Quoniam, de sententia excommunicationis in 6.* Quod si Episcopus propter impedimenta non possit solemniter ritum Chrismi conficere aliunde nouum est deferendum.

Aduerte secundò, non propterea Chrisma non censeri benedictum, quod Episcopus forte aliquid in Rituali positum omiserit, quia Ecclesia non ita videtur requirere, ut omnia dicantur vel seruentur, quae sunt praescripta, ut benedictio reddatur irrita, si quid forte omittatur; Vnde me citato Franciscus Lugo de Sacramentis, l. 3. c. 1. q. 3. memb. 36. ait; si aliquis Episcopus pro benedictione Chrismatis in Rituali positum omiserit per incuriam, aut distractionem adhuc manere Chrisma sufficienter benedictum, ut sit apta materia Confirmationis, quippe non est credibile Pontificem de facto velle ritus omnes benedictionis Chrismatis, esse sic essentialia, ut si quis per inadvertentiam (quod in multis ritibus defacili continget) aliquem omittat, inualidè Chrisma conficiat, & consequenter inualidum postea ministrat Sacramentum. His suppositi, loquentes

de Episcopo ministrante Sacramentum Confirmationis cum oleo veteri Doctores asserunt peccare mortaliter licet Sacramentum validè conferret. Ita Praepositus in 3. part. quaest. 72. art. 3. dub. 1. n. 21. Escobar in Theolog. moral. tom. 2. lib. 12. sect. 2. cap. 12. pre. 9. num. 98. qui citat Suarez, Moure, Bonacinam, & Nauarrum, quibus adde Marcum Serra in 3. part. Diu. Thomae, quaest. 72. art. 3. Dicastillum de Sacram. tom. 1. mem. 3. disput. univ. dub. 4. num. 51. Sic etiam ego assero Episcopum, utentem in consecratione unctioe Chrismatica alterius anni absque necessitate peccare mortaliter, faceret enim contra consuetudinem in Ecclesia receptam ab Episcopis semper ministrantibus consecrationem Episcopalem cum Oleo nouo illius anni, sicut faciunt ministrando Sacramentum Confirmationis.

An unctio consecrationis Episcopalis differat ab unctioe Papali, & Regia.

RESOLVTIO LXXXVIII.

In sententia Isamberti, & aliorum dicendum est differre essentialiter, quia unctio Consecrationis Episcopalis est materia partialis Ordinis Sacramenti Episcopatus: At unctio Papalis minime, quia Papatus, ut visum est supra, non est neque Ordo, neque Sacramentum, sed in magna sententia ego puto utramque unctioem Episcopalem, & Papalem esse tantum ritus accidentales ab Ecclesia institutos cum suis differentiis, & mysticis significationibus, at magna est differentia inter utramque unctioem: nam unctio Episcopalis efficitur cum Chrismate, unctio Regia cum oleo Cathecumenorum. Deinde unctio Episcopi fit in capite, unctio Regis in humero, & brachio; vnde Pater Gerunda de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disput. 13. cap. 6. num. 3. loquens de unctioe Episcopali, & Regali sic ait: *solum nunc assero; ungi praesertim in capite nostrum Candidatum, quia caput est suae Ecclesiae, quem illa loco sponsi, & capitis venerari debet, vel quia quantum gratiae in corpore Ecclesiae eius sponsa à Deo conferendam est per ipsum Episcopum tanquam per caput deriuandum, vel per Christum, quod caput est totius Ecclesiae, cuius personam in ordine ad hanc peculiarem Episcopus gerit.*

Hec autem unctio praestat Regum unctioe, quippe qui in humero unguuntur, & brachio, quasi ad defensionem Regni, & ad eiusdem sustentationem, ut in secunda

ora

oratione, qua habetur in Pontificali de unctioe Regis legitur, dum ungitur, & incipit: Deus, Dei filius. Ita Gerunda, & ideo Innocentius III. in Epistola decretali de sacra unctioe, haec asserit: *In veteri Testamento, non solum ungebatur Sacerdos, sed etiam Rex, & Propheta, sicut in libro Regum Dominus praecipit Eliae, Vade & reuertere in domum tuam per desertum in Damascum; cumque perueneris illuc, unges Hazael Regem super Syriam, & Iehu filium Namfi unges Regem super Israel; Elisaeum autem filium Saphat, qui est de Albemeula unges Prophetam pro te, sed ibi Iesus Nazarenus quem unxit Deus Spiritu sancto (sicut in Actibus Apostolorum legitur) unctus est oleo pietatis pro consoribus suis, qui secundum Apostolum est caput Ecclesiae, quae est corpus ipsius, principis unctio à capite ad brachium est translata, ut princeps extunc non ungitur in capite, sed in brachio, sive in humero, vel in armo, in quibus Principatus congruè designatur; iuxta illud quod legitur: Factus est principatus super humerum eius. Ad quod etiam significandum Samuel fecit poni arum ante Saul, qui dederat locum in capite ante eos, qui fuerat inuitati. In capite verò Pontificis Sacramentalis est delibutio conseruata, quia personam capitis in Pontificali officio representat. Refert autem inter Pontificis, & Principis unctioem, quia caput Pontificis Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur, ut ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem. Sed de hac unctioe Regia cum Episcopali comparata videndus est omnino Doctor Hallier de Sacrament. elect. part. 2. cap. 10. artic. 5. §. 3. cum sequent. qui optimè num. 18. post multa sic asserit: *Nihilominus quacunque unctioe non ita Reges sacri efficiuntur; aut Sancti, ut Ecclesiastici ordinis exinde censeatur, ut Ecclesiasticam aliquam exinde habeant potestatem; tum quod potestas nulla Ecclesiastica per unctioem tradatur sed per manus impositionem eo sine usurpatam, vel instrumentorum singulorum ordinum traditionem, unctio verò ad solam personam sanctitatem, ac venerationem designandam, & efficiendam; seu ad disponendum hominem ad Sacramenti commodam receptionem congeratur: tum quod Imperatorum unctio, nec eo sine fiat (prout supra vidimus) quatenus Ecclesiastica ministeria Imperatoribus, vel Regibus tractare**

*liceat; sed potius, ut ad Ecclesiae defensionem, ac protectionem se tanquam inunctos pugiles ardentius exurgere, & praeliari bella Domini debere nouerint. Vnde Valentinianus Imperator Sancto Ambrosio Episcopalem Sarcinam scribere uerenti, nolli timere; inquit, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, ut meum ordinem decet, semper existam. Circa quae ultima uerba recte notat Glossa, Imperatorem (quod quidam putauerunt) Subdiaconatus ordine praeditum esse non debere, sed militari caractere donatum. Vnde sexta Synodo Trullana Imperatores laicis adconsentur, licet ceteris maiori prerogatiua donentur. Idem quoque à Nicolao Primo inter laicos numerandi docentur; nec diuinis, sed prophanis negotijs intendere mouentur; quatenus scilicet spiritualis actio carnalibus distaret incursum, & ideo militans Deo minime se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim, non ille rebus diuinis praesidere uideretur qui essent negotijs secularibus implicatus. Quare non crude intelligendus est Petrus Damianus, dum quintum Sacramentum inunctionem esse Regis asserit, sumpto scilicet latissime nomine Sacramenti. Hanc autem mirifice commendat, pompamque eius describit & praemissis eius celebrationi Clerici, ac Plebis consensu, nec non solemnibus seruandis Ecclesiae libertatibus Sacramentis, eam adhiberi testatur: deinde ista subiungit; *ex tunc exiit Rex uelimentis suis, & oleo sanctificationis aspergitur, ut typico rore profusus caelesti unguenti plenitudine gloriatur. Sacramentis ergo hanc unctioem adnumerat, quae duodecim numero statuit, eas omnes Sacramenti nomine donans Ecclesiasticas caeremonias, quae quocunque modo Ecclesiae membra distinguere coordinarent inter se, & in aliquo gradu constituerent; vel in sublimi quodam statu collocarent; quo sensu unctio Regum Sacramentum dici potest, non in Ecclesiastica; sed laica dignitatis apice suscipientem constituat. Haec omnia doctus, & pius Hallier cui adde Marchinum de Sacrament. Ordinis, tractat. 2. cap. 8. cap. 7. numer. 7. dicendum est itaque, Pontificem solerè ungi in capite & manibus; Imperatores; & Reges in brachio; & numero; licet Saul fuerit unctus in capite, & Sacerdotes in manibus unguantur. Huius rei plures reddunt rationes Eluarus Pelagius de planctu Ecclesiae, lib. 1. cap. 56. & Camillus Borellus de Regis Catholici praestantia,**

tin cap. 49. num. 17. sed duæ nobis sufficiant; quarum prior illa esse potest, quod Pontifex vngatur in capite, vt ipsum caput esse Ecclesiæ visibile cognosceremus: Reges, & imperatores vnguntur in brachio, vt intelligant, se omnem spem, & sui Regni fortitudinem proiciere debere in Christum, qui brachium in Scriptura nuncupatur: Isaiæ cap. 62. *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*; & cap. 33. *Domine, miserere nostri: te enim expectauimus; esto brachium nostrum immano, & salus nostra in tempore tribulationis.* Nec ineptè Christus dicitur brachium nostrum immane, nam sicut, vbi totum corpus morbo aliquo grauat, vulneratur brachium, ex cuius vena sanguis profluit, vt totum corpus sanetur, ita cum totum humanum genus graui peccatorum morbo opprimeretur, vt incolumitatem obtineret, Christus fuit nobis immane brachium, cuius liuore sanati sumus. At sacerdotes vnguntur in manibus, vt ad ministeria Dei obeunda se esse destinatos intelligerent, vnde Scriptura, quoties agit de ministeriis ministrum Dei, hac phrasi vti solet, Exodi. 33. *Qua iusserat Dominus per manum Moysis.* Leuit. 10. *Ad eos per manum Moysis.* Dicitur etiam potest, Pontificem vngi in capite, & brachio, quia in illo debet esse perfectio actiue & contemplatiue vitæ. Reges in brachio, quia in actiua principaliter exercere se debeat, nec non in numero, qui principatum significat, vt quale sit onus, cui humeros subiiciunt, rectè ponderent, Sacerdotes verò vnguntur in manibus, vt non solum actiue vitæ incumbant, sed etiam, vt bonorum operum manum populis præmonstrant.

De significationibus verò vnctionis Episcopalis in capite infra redibit sermo, si quis verò scire desiderat, quinam Reges vngatur; Respondet Hallier olim vnctos fuisse regem Franciæ, & Angliæ, & postea subdit ad eorum exemplum cæteri ferè Reges oleo sacro inungi cœperunt, quamuis enim Albericus, Rofarenfis, Hostiensis, Goffridus, Chastanæus, Campegius, & alij solos in Occidente, Francorum, Hierosolymorum Anglorum, & Siculorum Reges inungi sua coronatione solere testentur, quæ nempe Regna cum à Francis olim possessa fuerint, nihil mirum si eorum Reges, Francorum more inungi voluerint priusquam cæteri hanc sacræ Vnctionis cere-

moniam vsurparint, nihilominus tamen cum per se ritus iste Augustos homines facere videretur, & ab Innocentio III. firmatus foret, ac communi iuri postea insertus, inde accidit, vt Poloniæ Reges, Bohemiæ, Hungariæ, & ante hæresim Suetiæ, Daniæ, Noruegiæ, Scotiæ eundem ritum àplexi fuerint, sibi credentes vtile esse, & honorificum tum apud Deum, tum apud homines si sacro oleo cum benedictione Pontificali inungerentur.

Quod pacto se gerere debet Episcopus consecratus, qui in celebratione Missæ Hostiam simul consecrat cum Celebrante.

RESOLVTIO LXXXIX.

GRAUIS difficultas, & quæ torquet Doctorum hominum ingenia, Ochagauia de sacrament. 3. quæst. 3. num. 1. & 4. Amicus in Curs. Theolog. tom. 7. disput. 24. sect. 8. num. 196. Vasquez in 3. p. tom. 3. disput. 219. cap. 2. VViggers in 3. p. quæst. 82. art. 2. num. 8. Auerfa de sacram. Eccles. quæst. 10. sect. 2. Præpositus in 3. p. quæst. 252. art. 3. num. 5. Palauus tom. 4. tractat. 21. punct. 17. art. 2. Quartus in Rubricas Missalis, part. 3. tit. 5. eodem num. 1. dub. 8. Dicastillus de sacram. tom. 1. tractat. 4. disput. 3. dub. 13. Marchinus de sacram. Ordinis, tit. 2. part. 8. cap. 20. num. 1. Hurtadus de sacram. disput. 11. difficult. 2. Cospens in Curs. Theolog. tom. 2. tit. 22. disput. 9. sect. 9. num. 87. putant in hoc casu de Episcopo recenter consecrato cum Episcopo Missam celebrante, & simul consecrare philosophandum esse, prout in casu Sacerdotum, qui in prima Missa consecrant cum Episcopo; & ideo Magister Serra in 3. part. D. Thoma, quæst. 82. art. 2. sic ait: *Utrum plures Sacerdotes possint vnã, & eandem Hostiam consecrare? conclusio est affirmans. Constat ex consuetudine antiqua quarundam Ecclesiarum, & ex Romano Pontificali, non solum enim quando consecratur Episcopus, ipse, & qui cum consecrat eandem consecrant Hostiam, sed etiam quando Sacerdotes ordinantur: nam noui ordinati Episcopo concelebrant, nec propter hoc (inquit D. Thom.) iteratur consecratio super eandem Hostiam, quia sicut innocentijs III. dicit, omnium intentio debet referri ad idem instans consecrationis, in quo, scilicet, Episcopus verba consecrationis terminat, ad quod refertur eo ipso*

ac

ac noni ordinati habent intentionem debitam quam habent, vt hic Caietanus, quando proponunt apud se intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere, scilicet, verba consecrationis, vel (quod idem est) intendo facere quod intendit Ecclesia, quæ intentio conditionis est, consecrandi scilicet si contingat eos simul cum Episcopo (qui absolutam intentionem consecrandi habet) formã absolueri, alias non, necessariũ tamen non est hanc conditionem expresse, & formaliter apponere, sed satis est, vt apponatur virtualiter, vt apponitur eo ipso, ac nouus ordinatus intendit facere quod intendit Ecclesia. Hucusque Serra. Dicendum est itaque, quod sunt tres, vel quatuor modi, vt obseruat Lessius in 3. part. q. 82. tom. 2. num. 5. quod ad praxim attinet circa præsentem difficultatem. Primus, vt recenter ordinati, etiam si verba consecrationis ante Episcopum pronuntiant, omnes tamen referant suã intentionem ad instans quo finiet Episcopus. Ita faciendum indicat Innocentius III. lib. 4. de Mysterio Missæ, cap. 25. & D. Thomas quo sequuntur plerique Thomistæ, & Summistæ; sed hic modus patitur nonnullam difficultatem: nam frustra refertur intentio ad illud instans, si reuera illo instanti non finiatur forma, quod rarissimè contingit. Nam virtus verborum non potest suspendi pro arbitrio totius Ecclesiæ, sed in vltimo instanti prolationis operatur, modò legitima adsit intentio.

Secundus modus est, vt diligenter attendant, ne ante Episcopum verba consecrationis pronuntiant. Si tamen contingat ante illum finire cum intentione consecrandi, verè consecrarunt & Episcopus nihil postea faciat. Sed hoc etiam videtur incommodum non exiguum; si enim contingat eos præuenire, principalis sacrificans re vera non sacrificabit, actus enim sacrificandi potissimum in consecratione consistit. Deinde super materiam consecratam rursus verba consecrationis proferentur, quod videtur esse sacrilegium; nam materia non est amplius consecrabilis.

Tertius modus est, vt non intendant determinatè consecrare, vel non consecrare; sed solum intendant facere id quod Ecclesia per illam cæremoniam instituit. Ita consuluit Caietanus, estque bonum consilium, & tutus modus.

Quartus modus, vt absolutè intendant solum pronuntiare illa verba re-

citatiuè in signum potestatis acceptæ, cum conditione conditionata consecrandi: si fortè contingat simul cum Episcopo absolueri. Et hic quoque modus tutus est, maximèque rationi consentaneus.

Quid ego sentiam dicam breuiter, ideo deueniendo ad praxim pro casu nostro dico primò, debere in tali casu Episcopum recenter ordinatum, similiter proferre verba consecrationis super eandem Hostiam cum Ordinante, & vt satis patet ex Romano Pontificali intendere consecrare, quia concelebrat; & debere ita verba temperare, vt quantum fieri potest simul finiant, quod in eo casu est facilius, cum simul sint in eodem altari, & ita indiuidualiter docet Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thoma, quæst. 82. art. 2. num. 5. Dico secundò, magis ad euitanda incommoda, quæ afferunt Doctores, (& similiter dic de Sacerdotibus in prima Missa quando ordinantur) optimum consilium esse Episcopum consecratum habere intentionem sub conditione, siue sub distinctione consecrandi, puta quod intendat consecrare, si formam simul cum Episcopo finiat; non verò intendat si absolueret ante illum; ne contingat principalem offerentem nihil efficere, quod foret valde incongruum, & omnibus apparet absurdum, inquit Tann. ne inaniter cum intentione consecrandi, formam pronuntiet super materiam incapacem, quia iam est consecrata. Ita docent Henriquez lib. 9. cap. 23. Suarez disput. 61. sect. 4. Tann. tom. 4. disput. 5. de Euchariſt. quæst. 9. dub. 3. n. 64. & alij, videreturque hic modus in praxi maximè conueniens, & tutissimus, quia sic Sacerdotes nouiter ordinati intendunt consecrare quatenus conuenienter fieri potest, quod videtur esse secundum mentem Ecclesiæ, & euitantur incommoda, & pericula, quæ adducunt Doctores, sed supradicta non probantur à Vasquez, vbi supra, eo quòd impossibile sit Sacerdotem simul proferre verba illa materialiter, & cum intentione consecrandi sub quavis conditione, quis enim, inquit, hoc non videat; nam vt habet intentionem consecrandi sub conditione, debet actu proferre illa formaliter, & significatiuè; simul autem ea proferre materialiter tantum, vt non sufficiant ad consecrationem & formaliter vt sufficiant impossibile est, vt patet, inquit.

Respon

Respondetur primò : Et hoc argumentum conuinceret , iam probaret quoque baptismum non posse sub conditione conferri , feret enim simile argumentum ; impossibile est ministrum proferre verba formæ , *intendendo baptizare , & non volendo baptizare sub quamque conditione* ; ergo , &c. Et tamen passim omnes , etiam ipse Vasquez *tom. 2. in 3. part. disput. 146. cap. 4* admittunt & docent in cæteris casibus posse , ac debere baptismum administrari sub conditione , hoc aut simili modo , *si tu es baptizatus non te baptizo* , siue , *non intendote baptizare* ; sed *si nondum es baptizatus , ego te baptizo* , &c. Atqui tunc validè baptismum conferri , si nondum sit baptizatus consequenter omnes sentiunt vnde.

Respondetur secundò , quod in casu quo Sacramentum confertur , aut conficitur , non habeat quis simul contradictorias intentiones , aut voluntates , sed verba pronuntiando habeat vnam ; videlicet si conditio sub qua administrat subsit à parte rei , tunc simpliciter intendit conferre Sacramentum , v. g. si non sit à parte rei baptizatus , intendit baptizare , si verò ea non subsistit , tunc quoque non habet intentionem baptizandi , atque ita non ponuntur simul esse contrariæ intentiones . Et sic etiam dici potest de verbis consecrationis prolatis sub conditione , seu disunctione consecrandi .

Vasquez itaq ; suo iudicio reiectis alijs Doctoribus , tanquam inconuenienter rem explicantibus , determinat difficultatem propositam hoc modo , quos omnes Sacerdotes recentè ordinati , & Episcopus recens consecratus cum Consecrante , siue Ordinate verba consecrationis cum sufficiente intentione (scilicet absoluat) ad consecrandum proferre debeant , deinde quoad fieri potest , eos curare debere , ne Episcopum præcipuè celebrantem , in prolatione præueniant , quod etiam iuxta aliorum opiniones semper sollicitè curandum est . Tertio addit , si casu nihilominus accidat , vt aliquis eorum Episcoporum præueniat , & ante illum absoluat prolationem , nihil tamen fieri contra debitam Sacramenti reuerentiam , quod omnino est contra omnes , qui admittunt tunc Episcopum nihil effecturum , quod & ipse admittit , atque adeo præsupponunt tanquam per

se notum , hoc valde in congruum , & absurdum esse , vt loquuntur Tannerus & Valentia supra : imò ad illud euitandum passim laborarunt Doctores ad inueniendum modum , quo possint noui Sacerdotes verba consecrationis simul proferre absque inconuenienti illo , & alijs ad mentem Ecclesiæ illa proferre . Accedit , quod iuxta principia Vasquez , poterit quoque accidere , non tantum quod Episcopus non sacrificaret , sed quod idem sacrificium à diuersis Sacerdotibus offerretur , vt verbi gratia , quod vnus Sacerdos præueniendo consecraret panem , & alius præueniendo consecraret Calicem : neque ratio quam allegat Vasquez ex D. Thoma , quam supra proposuimus , est tanti momenti , quod propterea eiusmodi incommoda essent toleranda . Vnde & ipse Diuus Thomas putauit modum inueniendum , quo euitarentur . Quare non videtur sententia Vasquez approbanda .

Et tandem dico tertio : Suarez *disput. 61. sect. 4. in fine* , & Dicastillus *de Sacrament. tom. 1. tractat. 4. disput. 3. dub. 13. num. 248* . asserere posse Episcopum in nostro casu habere intentionem faciendi hanc actionem consecrandi meliori modo , quo potest omnia tuta , & hanc sententiam me citato tenet etiam Auerfa *de Sacrament. Eucharist. quest. 10. section. 2. §. 7* . qui citat Layman , & me citato sentit etiam nouissimè Pater Quartus *in Rubr. Miss. part. 3. dist. 5. sect. 1. dub. 8. in fine* .

Ex his deducitur , quid dicendum si Episcopus consecratus in nostro casu præueniat Episcopum , qui illum consecrauit , vel tradidit illo proferat verba consecratoria , an , inquam , in culpam lethalem incurrat : Quod idem dicendum erit de Sacerdotibus : constat enim ex dictis non incurrere , nisi qui audacter præsumeret Episcopum præuenire , quasi illo superior foret , vel æqualis ; nam ad euitandam culpam lethalem sufficit ijs Sacerdotibus eos intendere proferre verba meliori modo quo possunt , nec habere intentionem præueniendi Episcopum , ex alia parte nulla iniuria fit Sacramentò si tradidit mulci præ ceteris verba pronunciant , quia omnes censentur verba protulisse cum hac intentione interpretatiua , si ibi adsit materia consecranda , sin minus accommodandi se intentioni primò profe

proferentis , vel etiam dici potest celebrantes non peccare præueniendo , vel subsequendo prolationem aliorum , quia profertur prædicta verba consecrationis secundum Ecclesiæ intentionem , & hoc modo lethalis culpæ scrupulus euitatur . Et hæc omnia docet Marchinus *de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 8. cap. 10. num. 11* . Vide etiam circa præsentem quæstionem præter D. D. citatos sapientissimum Dominum Cardinalem Lugo *de Sacram. Eucharist. disp. 11. sect. 8. per totam* , Nugnum , Mercèrum , & Syluium *in 3. part. D. Thoma. q. 82. art. 2* .

Quomodo se gerere debeat Episcopus consecratus , qui simul consecrat Calicem cum Episcopo celebrante .

RESOLVTIO XC.

Suppono , Episcopum consecratum , vt Sacerdotes in Missa Ordinationis , non solum consecrare Hostiam cum Episcopo celebrante , sed etiam consecrare Calicem , & de ipso participare , quod non faciunt Sacerdotes , vt tradit Dicast. *ubi infra , num. 231* . Iam supra dictum est Episcopum consecratum quomodo se gerere debeat consecrando Hostiam , nunc dicendum est quomodo se gerere debeat consecrando Calicem . Hanc quæstionem pauci petraçtant , & habet peculiarem difficultatem , vt inferius videbitur . Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 3. dub. 13. num. 213* . doctè petraçtat difficultatem , & ideo sic asserit : Iam verò quod attinet ad consecrationem Calicis , ij qui propter defectum in absolueda forma simul cum Episcopo in consecratione panis non consecrauerunt , non debent intendere consecrare calicem , vnde omnes in forma Calicis debent habere intentionem consecrandi Calicem cum Episcopo absoluted consecrante , sed duplici tamen conditione ; prima , si consecrauerunt in priori consecratione panem : secunda si in eodem instanti absoluant cum Episcopo , curando tamen semper cum illo absoluerè , eaque ratione cessat illud inconueniens consecrandi Calicis ab eo , qui panem non consecrauit . Item cessat illud , quod species Vini sumantur ab eo , qui non consecrauit illas . Item quod aliquando Episcopus non consecraret calicem , nam qui non consecrauit panem non consecrat calicem , & species vni semper sumuntur à solo Episcopo , & hic semper , & in omni euentu consecrat , iuxta dicta . Tandem cessat inconuen-

ens dicendi verba supra materiam consecratam , quia non dicuntur à Sacerdotibus illis cum absoluta intentione , sed sub conditionibus prædictis .

Sed aduersus superius dicta opponuntur duo inconuenientia . Primum est , quod etiam admilla tota doctrina prædicta , adhuc fieri potest , vt quis vtramque speciem consecrauerit , quia simul cum Episcopo vtramque formam verborum absoluerit , & tamen non perficiat sacrificium ; quia non sumit , & participat de speciebus à se consecratis , nisi tantum de vna panis . Ad hoc inconueniens Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 11. sect. 8. num. 173* . respondet non obstare . Verum quia Couisch. *in 2. quest. 73. art. 1. dub. 5. num. 95* . & alij asserunt esse iuris diuini , Dicastillus *num. 245* . respondet esse quidem iuris diuini præceptum , sed pro præcipuo celebrante , non pro omnibus in nostro casu ; (sicut in illo Cardinalium cum Pontifice consecrationum) solum Episcopum esse præcipuum celebrantem , & illum iam diximus sumere vtramque speciem . Quod autem Christus solum præcipuo celebranti id mandauerit , ex ipso vsu Ecclesiæ iam dicto colligimus .

Secundò non obstat supradictis aliud inconueniens , nam posita nostra sententia , sequeretur , quod aliquando quis consecrauerit panem , & non consecret Calicem , quia fieri potest , vt verba consecrationis panis simul cum Episcopo absoluat , atque adeo consecret panem , postea verò non simul absoluat consecrationis verba pro Calice , atque adeo Calicem non consecret , quod videtur inconueniens , consecrare , scilicet , solum vnam partem , & non aliam , cum sit de iure diuino vtrumque consecrare , & non vnam sine alia , vt dicemus in eodem tractatu sequente dubit. Illam 12. Et confirmari potest contra nos ad hominem : quia ideo diximus eum qui non absoluit simul cum Episcopo consecrationem panis , non debere habere intentionem consecrandi Calicem , non consecret Calicem non consecrato à se pane , ergo vice versa erit inconueniens consecrasse panem , & non consecrare postea calicem , cui periculo se exponit .

Sed ad hoc inconueniens doctè , vt semper solet , respondet Dicastillus *num. 247* . Sicut proximo inconuenienti nos respondebamus , scilicet , præceptum diuinum vtramque consecrandi , sicut & vtramque sumendi , non esse pro omnibus , sed pro præcipuo celebrante , idque colligi ex vsu ipso

ipso Ecclesiæ, quia, eum exponat illos Neomythas ei periculo non consecrandi vtramque, sed alterutram, videtur ipsa Ecclesia dispensare cum eis, vt si quantum moraliter possint, procurent simul cum Episcopo finiri consecrationem, sit satis, vt non peccent, etiam si alioquin sit periculum non consecrandi vtramque speciem. Quæ doctrina si admittatur, satis probabiliter euitabitur inconueniens. Supponit autem hæc doctrina, quod præceptum consecrandi vtramque speciem pro aliis, præter præcipuum celebrantem sit à sola Ecclesia, itaut quando recepta sententia Theologorum docet iure diuino esse obligationem vtramque speciem consecrandi, id intelligendum sit de solo præcipuo Celebrante, quod sanè difficile potest efficaciter impugnari, maximè cum hic casus sit rarissimus, & in illo etiam debeat esse aliquis, qui vtramque consecret: atque adeo nunquam fiat sacrificium, quin vtraque species, saltem ab vno principali consecraretur, atque id est, quod videtur Christus præcipuè intendisse. Possemus vtriusque respondere esse diuersam rationem de consecratione Calicis supposita non consecratione panis, & de consecratione panis cum periculo non consecrandi Calicem, & hanc consecrationem pro eo casu licere, non illam. Nam qui consecraret calicem, postquam non affectus fuit consecrationem panis, quia re ipsa non simul cum Episcopo absoluit formam consecrationis panis, certo, & infallibiliter sine intentione consecrandi panem consecrat, & intendit consecrare Calicem, cum iam panis ab alio, & non à se supponetur consecratus; qui verò consecrat panem simul cum Episcopo, illum consecrat cum intentione, & spe consecrandi Calicem, licet per accidens, & præter intentionem non succedat. Et hæc omnia docet Dicastrillus vbi supra, cui adde Ochaguiam de Sacram. tract. 3. de ministr. Euchar. quest. 3. num. 7.

Vnde non grauabor hic apponere verba Patris Amici de Sacram. disput. 24. sect. 7. num. 214. vbi sic ait. *Dices de iure diuino esse, vt qui consecrat, simul sumat que consecrauit; ergo si omnes concelebantes vtramque speciem consecrarunt, omnes debent vtramque speciem sumere; neque in hoc dispensare potest Ecclesia.*

Respondetur: multos negare hoc esse de iure diuino, quod inter alios sentire videtur Suarez disput. 75. de Sacrif. sect. 5. ad finem; proinde potuit iuxta hanc sententiam ab Ecclesia dispensari. Secundò, esto

fit de iure diuino, potuit tamen illud per iuris interpretationem ab Ecclesia declarari, in hoc casu ad factum Christi representandum non obligare; vti per eandem iuris interpretationem in Parasceue declaratur ad mortem Christi representandam, ea die Sacerdotem non obligari ad consecrandam materiam, quam offert, & consumit, sed posse etiam ab alio consecratam, offerre, & consumere.

An sit laudabilis talis consuetudo, vt Episcopus consecratus consecret simul in Missa cum Episcopo illam celebrante.

RESOLVTIO XCI.

ET negatiuè videtur respondendum, quia non desunt Catholici Theologi, qui loquentes de Sacerdotibus concelebantibus cum Episcopo in prima Missa, damnant hanc consuetudinem: sic Durandus in 4. distinct. 33. quest. 2. Palatius q. 4. subsecurè Gabriel lect. 6. in Canon. Missæ, Sortis eadem distinct. art. 3 fundamentum est, quia huiusmodi consuetudo multis periculis est exposita; nempe, vt Episcopus qui est principalis minister, vel nil efficiat, si à celebrantibus Sacerdotibus præueniatur, vel vt isti otiosè verba consecrationis proferant, si Episcopus prius consecrarit, vel vt ab aliquo, ex his dicantur verba supra materiam iam consecratam, cum humano modo impossibile sit, omnes Sacerdotes in valde numerosa ordinatione, in eodem profus instanti physico, absolueret prolationem verborum.

Sed profus contra Durandum firmandum est hunc ritum, & morem, honestum, & licitum esse, cum receptus sit, & vigeat in tota Ecclesia tum Græca, tum Latina, & in Pontificali Romano præcipiatur ita fieri, & propterea noui Sacerdotes in sacro illo, in quo sacerdotalem Ordinem suscipiunt, cum ad verba consecrationis accedunt, ex ipsius Pontificalis præcepto moueantur, vt eiusmodi verba pronuncient cum intentione consecrandi. Nec enim dici, vel cogitari potest Ecclesiam totam in re tam graui errare, nec in Pontificali Romano aliquid iniungi, quod vel diuinæ legi, vel rectæ rationi contrarium sit: Vnde infero, legem illam libri Pontificalis pro tota Ecclesia, non fuisse adhuc latam tempore Durandi, ratioque est in promptu, quia quælibet ferè Diocesis sicut suo Missali, & Breuiario, sic suo Pontificali, & Rituali

Ritualibus utebatur. Et hæc omnia docet Bernal de Sacram. disp. 45. sect. 1. §. 4. num. 20. & Amicus vbi infra, num. 196. apud quem extat etiam opinio de autoritate Romani Pontificalis.

Vnde Lessius in 3. part. quest. 82. num. 4. sic ait: *Notandum est, consuetudinem illam, quam noui Sacerdotes consecrant in Ordinatione, non esse vniuersalis Ecclesia, vnde Durandus distinct. 13. quest. 3. audet eam improbare, dicitque esse abrogandam. Verum quia etiam in Ecclesia Romana, & ple-risque aliis seruatur, non est priuatorum Episcoporum autoritate facile abroganda, nam in vetusti Pontificali Romano, vt refert Caietanus de recenter ordinatis, dicitur: dicant omnia que sunt in Missali, sicut si celebrarent Ita Lessius, cui adde Præpositum in. 3. part. quest. 82. n. 5. & Marchinum de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 8. c. 10. n. 5. Mercerum in 3. part. q. 82. art. 2. cum aliis. Dicendum est igitur, rationabilem esse huiusmodi consuetudinem; multa suadent: Primò, quia credibile est, eam Apostolos à Christo didicisse, & de eius mandato ad nos peruenisse, maximè cum non modò in Ecclesia Romana, sed etiam in Græca feruetur, quomodo ergo audent prælegati Theologi, tam vniuersalem Ecclesiæ ritum toto Orbe Terrarum diffusum, à tot Pontificibus per tot sæcula approbatum, damnare, Secundò, quia Sacerdotes cum Episcopo Sacrum faciunt, in signum potestatis acceptæ. Quare sicut Apostoli Christo cœnanti concœnauerunt, ita noui Sacerdotes Episcopo celebranti concelebant, vt inquit S. Thom. 3. part. quest. 82. art. 2. in corp.*

Nota hic obiter: quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice quo solemiter celebrante, Presbyteri Cardinales olim concelebant, & idem ritus seruabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem diuinam solemner facienti assistebant, vt tradit Innocentius lib. 4. de mysteriis Missæ, cap. 25. sed neuter casus est in vsu, vt notat Suarez de Sacramentis, disput. 71. sect. 2. initio, & prope finem; & Marchinus vbi supra, num. 1. Ad argumenta verò superius adducta, respondet Amicus in Cursu Theologia, tom. 7. disputatione 24. sectione 7. numero 211.

Anton. Diana Pars XII.

Ponuntur duo casus circa Sacerdotes concelebantes cum Episcopo; qui possunt applicari Episcopis consecratis, qui postea simul consecrant, (provt supra explicatum est) cum Episcopo Missam celebrante.

RESOLVTIO XCII.

Primus casus proponit Bernal de Sacramentis, disput. 45. sect. 2. §. 2. num. 11. sic enim asserit: *Offerat Episcopus Missam illam, quatenus satisfactoriam pro certa quadam Purgatorij anima, vt verbi gratia Antonij, & Paulus tunc recens ordinatus, & cum Episcopo consecrans pro Anima Francisci, & Martinus pro anima Augustini, cuiusmodi harum trium animarum re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur illius sacrificij valor satisfactorius? Non videntur axat, quia non videtur ratio maior cur huic, & non isti, vel illi applicentur. Non omnibus tribus, quia satisfactio est vnica, & finita, non valet nisi vni applicari, & re ipsa prodesse.*

Respondeo primò, si recenter ordinati Sacerdotes iuxta rectam rationem operentur, satisfactio illius sacrificij re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur ei soli anima pro qua Episcopus obtulit: Quia recenter illi Sacerdotes ex norma rectæ rationis agentes quemadmodum cauere debent ne prius perficiant verborum prolationem quam Episcopus, vt non cum consecratione priuent, sed curare debent cum Episcopo simul perficere, vt idem cum illo sacrificium efficiant, eadem ratione debent non illud quatenus satisfactiuum offerre pro aliis animabus, sed pro illa tantum pro qua illud offert Episcopus sic prorsus vt in offerenda satisfactio, non aliam habeant intentionem, nisi quam habet Episcopus; ita n. fiet, vt siue ipse Episc. solus consecret, ceteros anteuertens, siue non ille consecret, alio, vel aliis præuenientibus sacrificij fructum, Episcopo relinquunt integrum, vt debent tanquam & per se, & independenter ab ipsis Missam celebranti, & tanquam Patri spirituali, & recens de ipsis per ordinationem optimè merito, & qui certissimè satisfactioem alicui determinatè sua intentione destinauit, quod recens ordinati in illo sacro facere non solent.

Respondeo deinde: si prædicti Sacerdotes valorem illius sacri satisfactorij, offerent

K pro

pro distinctis animalibus ab illa pro qua obtulisset Episcopus, adhuc mihi probabilis videtur, Episcopi voluntatem, siue intentionem, & obligationem praeualituram, profuturumque satisfactorium valorem, soli ei anima pro qua Episcopus obtulisset, quia quantumvis alij quoque verissime consecrent, & tam Episcopus, quam ipsi consecrent instrumentaliter, adhuc tamen Episcopus cum ceteris consecrans videtur esse principalis, aliisque accessorij; quia Episcopus ubi tunc consecrat sine illorum consortio, posset consecrate non solum valide, verum etiam licite, reliqui vero ubi tunc consecrant, nec licite, nec valide consecrare possent, nisi dependenter ab Episcopo materiam presentem habente, cum quo ceteri recens ordinati constituunt moraliter unum. Igitur Missa illa principaliter est Missa Episcopi, & accessorie ceterorum, ac per consequens effectus illius sacrificij satisfactorij, Episcopi intentionem sequi debet.

Respondeo tandem: si Episcopus re ipsa non consecraret, praecurrentibus scilicet duobus, simulque & vere consecrantibus, quorum unus valorem satisfactorium obtulisset pro anima Petri, alter pro anima Pauli, tunc valoris una pars obueniret anima Petri, & altera anima Pauli. Quia illi duo Sacerdotes non se haberent, ut principalis, & accessorius, sed essent prorsus aequales, proinde non esset cur vnus intentio alterius intentioni praevaleret. Nec esset cur amba frustrarentur, cum valor ille non esset indiuisibilis, possetque in duas diuidi medietates, quarum altera anima Petri, & altera anima Pauli obtingeret. Et haec omnia docet Bern. vbi sup.

Sed audiamus secundum casum à Marchino allatum, sic itaque ait de Sac. Ord. tr. 2. p. 8. c. 18. n. 10. Secundò deducitur concelebantes cum Episcopo, integrum fructum illius sacrificij ex opere operato referre. Ratio est, quia quilibet est verus Minister, totum ac integrum Christum, qui in hoc sacrificio est res oblata, vere sacrificans. Item quia non esset maior ratio de vno sacerdote, quam de alio: igitur omnes secundum propriam dispositionem recipiunt fructum illum sacrificij ex opere operato, qui offerenti à Deo tribui solet. Quinimò probabile mihi est, licere unicuique concelebanti, tunc alteri applicare pro libito suo fructum illum sacrificij, quem vocant medium, seu qui aliis à sacerdote ex diuina institutione est applicabilis: siquidem ita quilibet sacrificat propria actione, & operatione, ac si non concelebret, sed solus offerret, consequenter omnia potest, quae posset si solus offerret, sed si iste solus offer-

ret fructum Missae medium alteri pro libito applicare posset, ergo etiam idem tunc poterit. Hucusque March. quae quidem omnia videntur applicari posse in casu nostro Episcopi consecratis, qui postea simul cōsecrant cum Episcopo missam celebrante, modo quo supra explanatum est, & Pontificale Rom. praescribit. Et ita hanc sent. tenet nouissime Quintanaduena de Praeceptis Ecclesiae, t. 2. tract. 2. singul. 3. num. 7. omnino videndus.

De reuerentia, quam debet Episcopus
Consecratus Episcopis, qui illum
consecrarunt.

RESOLVTIO XCIII.

Nimiam reuerentiam debet filius Patris, & ego non minorem existimo debere ab Episc. consecrato Episcopis Consecratoribus. Probat hoc, & auctoritate Turberti Ep. 23. cuius verba affert, & ponderat D. Hallier de Sacris elect. p. 1. c. 2. n. 1. §. 12. n. 23. vbi sic ait: Ea quoque reuerentia Consecratori, seu Ordinatori Episc. exhibeatur, ut spiritualis Pater haberetur, & eum accusare nefas esset; id enim ab Haeriano I. in Capitulis Angilramno datis, nec non in Capitularibus Caroli magni cautum legimus, ut Episcopi Pontifici à quo consecrati probantur, prauidicium inferre nullum possint, quod si praesumptum fuerit, viribus carere non dubium est, posse inter Ecclesiastica villo modo Statuta censeri, ideoque Lupus Ferrariensis Abbas Episc. ad Guenilonem Senonensem infensum redderet, multa in eum à Lupo Ferrar. mota retulerat, huius rei suspicionem ita à se remouet: Quomodo enim, inquit, tātā possem effici prauitatis, ut depositionem eius cuperem, cuius acceperam diuinitus consecrationem. Ideo etiam Leo Rom. Ecclesiae Diaconus, Sixti III. Legatus, Ephemium Episcopum, qui Polychronium Hierosolymitanum, licet iuste, & veraciter accusauerat, reprehendisse dicitur, cum quibus verbis increpasse; ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te consecrauit Coepiscopum condemnabas, & accusabas, ut legitur in Episc. Nicolai I. Hinc etiam Fulbert. Episc. ad Leuthercium Archipraesulem Senonensem: multum, inquit, amoris, ac fidelitatis tibi Pater me debere censeo, per cuius manum à Deo benedictionē, & S.unctionem accepi, unde animus meus ita pēdet ex tuo, ut quidquid te iusta ratione, aut contristat, aut hilarat idē me, si respiciam simili modo afficiat. Potuit ne Fulb. efficacioribus verb. necessitudinis vincula inter Ordinantem, & Ordinatam declarare, quā ut ea liberorum,

ac parentum nexibus aequaret, & amoris, atque fidelitatis obligatione ordinatum constringere doceat; ideo enim Episcopus Episcopum patrem vocat, quod ab eo ordinatus, quod eius ministerio Ecclesiae datus, & populorum pater effectus esset: filium ergo se illum nominat, à quo se meminit ordinatum, quae forte opinio Diui Paulini, qui Nolanam postea feliciter Ecclesiam Episcopus administravit, inhaesit animo, dum fraternam inter eos, qui ab eodem ordinati, vel in Clericos vendicari essent, necessitudinem inesse arbitratur; sic enim ipse Epistola ad Alipium: quod indicaſti iam de humilitatis nostra nomine apud Mediolanum te didicisse, fateor curiosus me velle condiscere; ut ex omni parte te nouerim, quo magis gratuletur si à suscipiendo mihi Patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es vel ad Sacerdotium consecratus, ut eundem ambo videantur habere Authorem. Non parum ille necessitudinis inter eos inesse iudicabat, qui ab eodem essent ordinati, qui de eo tam curiose sciscitatur, quia cum Alipio se strictiori vinculo coniunctum esse gestiret, scire vehementer optabat, nam ab eodem ambo, vel baptizati, vel ordinati essent, quatenus spirituali ista, seu cognitione, seu affinitate coniunctiores euaderent, & de ea ipsi congratulari, & congaudere posset.

Et haec omnia docet Hallier, vbi supra, quae vtinam obseruarent aliqui Clerici, qui quotidie Sacram Congregationem Cardinalium infestant, libellos aduersus suos Episcopos porrigentes; & faxit Deus an bono zelo.

An Episcopus Consecratus in die Natiuitatis Domini post sumptam Communionem, & facta Consecratione cum Episcopo celebrante possit postea dicere duas Missas.

RESOLVTIO XCIV.

Casus est curiosus, & ad illum affirmatiuè Respondeo cum Quintanaduennas de Praecept. Eccles. tom. 2. tract. 1. singul. 3. n. 8. vbi sic ait: si quis in die Natiuitatis Dominicae in Episcopum consecratur post primam Missam, quam celebrat cum Consecratore: seu in ipsa sua consecratione, posse consecratum alias duas celebrare, vel communes, vel Pontificias. Ducos iis fundamentis, quia licet ipse tunc communicet de manu Episcopi consecratoris, nō

Anton. Diana Pars XII.

tamen communicat, ut laicus, sed sicut Sacerdos celebrans, quia Eucharistiā sub vtraque specie suscipit, & verè celebrat, sicut dicitur in Pontificali Romano Clementis VIII. f. 103. sic Ponatur vna Hostia consecranda pro consecrante, & consecrato, & vinum consecrandum in Calice, sufficiens pro vtroque. Et post cōsecrationem, & pacem additur. Deinde postquam consecrator Corpus Domini sumpserit, totum Sanguinem sumit, sed solum partē eius cum particula Hostiae in calice missa. Et priusquam digitos abluit, communicat consecratum prius de Corpore, tum de Sanguine; Deinde purificat se, deinde cōsecratum, &c. & consecratus prosequitur Missam, sicuti cōsecrator. Et antea dicitur consecratus ante se habens Missale suum simul cum consecratore dicit, & facit omnia, prout in Missali. Igitur cū aequè vterque celebret, & celebrando communicet consecrator, & consecratus, aequè possunt post primam Missam alias duas celebrare, Ita Quintana. Vnde ego supra rectè docui Sacerdotem ordinatum ex concessione Apostolica in die Dominico, & postea eodem die consecratum in Episcopum, posse vtiq; tunc in tali casu, non obstante quod bis sumpserit communionem, & cōsecrauerit cum Episcopis ordinantibus, posse inquam celebrare aliam Missam.

Ex his sequitur, Sacerdotem ordinatum in die Natiuitatis, posse post ordinationē alias duas Missas dicere; quod ratè probat Quintana, vbi supra, num. 2. quod verò sub vna tantum panis specie Eucharistiā tunc nouus Sacerdos accipiat, non obstat, quominus Missam absolurè celebret: cum iuxta Doctorum veriorē sensum, & cum S. Thoma quaest. 82. art. 4. doceant Sicanus disp. 75. sect. 4. Vasquez disp. 222. c. 5. Granados tract. 14. disp. 3. sect. 3. n. 2. & alij; in sola consecratione vtriusque speciei, quae fit ab ordinato sacrificij Missae essentiam consistere. Nec defunt oblatio, & consumptio ab ipso factae, si ad integritatem, vel partē essentiae consumptio pertineat, ut alij affirmant: siquidem offert ipse Hostiam etiam consecratam consumit, & ita perfectum Sacrificium ab eo celebratur. Et vt rectè Niss. or. de resur. qui dedit Discipulis suis Corpus ad comedendum, aperte demonstrat iam perfectam, & absolutam factam esse Agni immolationem.

Neque ad dicendam secundam, & tertiam Missam eo Natiuitatis die obstarè potest, quod in prima Eucharistiā, Sanguinem non sumpserit. Si enim aliquis Sacerdos

cerdos ex obliuione, ignorantia, aut malitia in eius diei prima Missa illum non sumplisset, quis diceret ideo impediri ad alias duas celebrandas, sicut neq; impediretur ex eo, quod ipse verè nō consecrasset, quia alius ante eum formam perfecit. Aliter Episcopus etiam hos ordinans prohiberetur tunc alias duas Missas celebrare, cum verè dubitetur, aut forsan cognoscatur, verba consecrationis ante ipsum aliquem ex ininitatis Presbyterum absoluisse.

Missā igitur tunc absolutè dicitur celebrari tum ab Episcopo, tum à Presbyteris, quos tunc ordinauit, & ex parte illius Pōtifficia, & ex parte horū solū Sacerdotalis.

An Episcopus per Consecrationem accipiat potestatem creandi Doctores.

RESOLVTIO XCIV.

Diximus suprā, Episcopum per consecrationem non solūm acquirere ea, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, sed etiam ea, quæ pertinent ad potestatem Ordinis, & legis Diæcesanæ, vt est probare Doctoratum; & quidem.

De hoc casu magna quæstio olim mihi fuit cum quodā amico Iurifconsulto Parmensi, & affirmatiuā sententiam tenet Pater Bordonus, nunc meritissimus Generalis suæ Religionis, in suis Decisionibus Miscellaneis, decis. 440. per totam. Primo, ait, quia S. Paulus creauit Timotheum Doctorem, & Episcopum Ephesinum, Titum pari modo fecit Doctorem, & Episcopum Cretensem, nam necesse est, quod Episcopus sit Doctōr de iure diuino, idem Paulus in epist. 1. ad dictum Timoth. cap. 3. num. 2. Si ergo diuus Paulus illos ordinauit Episcopos, necessariò eosdem creauit Doctores, ne dicamus absurdum, Paulum legem diuinam fuisse transgressum; id autem praestitit non vt Apostolus, sed vt Episcopus, nam in eisdem Apostolis cessare debuit dignitas Apostolatus, non verò Episcopatus in successoribus perpetuandis: ergo dicendum est Paulum creasse predictos in Doctores potestate Episcopali iurisdictionis, nam Doctoratus in Ecclesia Dei perpetuo manere debet. Secundo, Episcopi officium est pro suis ouibus providere de Doctōribus, qui fideles instruunt, vt dicitur, cap. de quibusdam 12. distinct. 38. cap. 2. 4. & fin. de Magistris, & isti maximè necessarij sunt in Cathedralibus, & Collegiatis, vt videre est in diuersis Concilijs, praesertim Tridentino sess. 22. cap. 2. sess. 23. cap. 18. sess. 24. cap. 8. & alibi

ergo iure sui officij Episcopus potest doctorare personas idoneas, vt ex illis à se cognitis possit providere de doctrina suis ouibus. Consequentia patet, quia eodem iure quis vititur medijs, quo tendit in finem l. Oratio, ff. de sponsal. Oratio autem Doctorum est medium ad instruendum fideles illis egenes. Tertio, id videtur apertè colligi ex duobus capitibus citatis in precedenti argumento, nam in cap. de quibusdam, habentur hac verba: Diligentia adhibeatur, vt Magistri, & Doctores constituantur, & ab Episcopo creentur, qui doceant studia litterarum. In cap. Vero 4. de Magistris, idem verbum exprimitur; constituatur Magister idoneus, id est fiat, & creetur homo idoneus in Magistrum, loquitur autem textus ad Episcopos, quod verbum, Constitutio referatur ad creationem alicuius in gradum res nota est, nam in Psalm. dicitur: Ego constitutus sum Rex ab eo, id est factus, & creatus. Lucæ 12. num. 14. Qui me constituit Iudicem: Ista significatio est notoria in Sacris Litteris, ad quarum sensum trahenda sunt verba Sacrorum Canonum, quia Canones processerunt à veteri, & nouo Testamento, cap. qualiter. 24. de accusat. Quarto in Concilio 12. Cæsaraugustano, quod est Prouinciale, Can. 7. Sanctum fuit ab illis Episcopis, ne quis nomen Doctoris sibi imponat, praeter illos quibus conceditur, ergo Episcopus habet de iure proprio creare Doctores: sicut prouidet, ne quis hunc honorem sibi propria auctoritate assumat. Quintò non minus necessarij sunt Doctores in Episcopatibus ex allegatis textibus, quàm Parochi, ex eo quod Episcopus hac duo officia per seipsum non potest respectu omnium fidelium sibi subditorum immediatè prestare, sicut ergo ex iure communi, & proprio constituit Parochos in singulis Parochijs de simplicibus Sacerdotibus faciendo, & creando illos Parochos, qui ante non erant, ita iure suo creat scholares doctos in Magistros, & DD. pro suo Episcopatu. Sextò, secundum Hostiensem in summa tit. de Mag. gradus Doctoratus conferri potest tribus modis, iure communi, consuetudine, & priuilegio, si quis autem potest conferre lauream doctoratus de iure communi, maximè est Episcopus, quod videtur confirmari ex Clem. 2. illis verbis; illis ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratum; Non distinguendo de modo pertinenti, iure communi, an consuetudine, aut priuilegio, cum ergo Papa loquatur indistinctè videtur tacitè approbare praesatam distinctionem. Hæc omnia Bordonus vbi supra.

Sed

Sed non desunt Authores contrarium sustinentes, quos citat, & sequitur Alexander lib. 6. conf. 110. gloss. fin. in cap. 2. Clement. de Magistr. Abbas in cap. Tua de Cleric. non resid. Baldus in proæm. prima Constitutionis digestor. Panormitanus in dictam Clement. Anchar. Gemin. Domin. Philip. Franc. in cap. 1. de maiorit. in 6. Felin. in cap. cum olim de maior. in cap. verum de foro competent. quid ego sentiam dicam breuiter opinionem affirmatiuam Bordonii saltem in Italia non video practicari, existimo tamen suam habere probabilitatem, & inuenio illam docere Carolum Vomagen de iure publico lib. 2. cap. 2. num. 12. & Laurentium olim tract. de iure Episcopali. Theol. 17. At his nō obstantibus ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam ex Theologis docet Arnilla verb. Episcopus, num. 7. Et Emanuel Sà verb. docere, num. 7. vbi sic ait: Doctorare, seu gradum doctoratus, dare posse Episcopū de iure communi quidam aiunt, alij negant, quod ego magis probō. Ita ille, & Ego.

An Episcopus ex vi consecrationis sit adstrictus voto obedientiæ ad firmitatem status emissæ?

RESOLVTIO XCVI.

Affirmatiuè respondet D. Th. 2. 2. q. 174. art. 4. 5. & 8. & clariùs q. 185. art. 4. & q. 189. art. 7. & Opusc. 18. Et sentit hoc votum esse solemne; & in eo fundari, quod Episcopus non possit Episcopatū deserere, nec ad aliud se trāsferre sine dispensatione Pontificis. Quam sententiam secuti sunt Carthusia. Opusc. de regimine Episcoporum, art. 3. Soto lib. 10. de iust. q. 2. art. 4. & Vvaldens. in t. 3. doctrinalis fidei, lib. 3. tit. 2. cap. 17. Et hoc putant necessariū ad veritatem status Episcopalis: quia existimant non posse statum perfectionis sine voto solemni consistere Et ratione huius voti indicat etiā D. Th. in institutione Episcopi interuenire professionem solemnem, per quam Episcopus in statu perfectionis constituitur. Cum autè D. Th. fateatur hoc votum esse dispensabile per Papam, & id neget de votis solemnibus Religiosorum, necesse est vt non eodem modo de vtriusque solemnitate senserit: ac proinde solemnitatem huius voti Episcopalis esse tantum quasi extrinsecam, & accidentalem, ac iure humano introductam. Et ideo in precedenti puncto dixi D. Thomam in ea opinione fuisse, vt vinctum.

Anton. Diana Pars XII.

culum Episcopi cum sua Ecclesia non sit iure diuino indissolubile.

Verum his nō obstantibus P. Suarez de Religione, t. 3. lib. 1. c. 16. n. 25. putat huiusmodi voto adstrictum non esse Episcopū, quia ad firmitatem, ac stabilitatem status Episcopalis hoc votū necessariò non desideratur: deinde nullum est fundamentum talis assertiōni voti, cum cōsecrationi Præfatis nullum esse adiunctum votum è variis expressis formulis pateat.

Dicendum est itaque quod sententiā D. Th. si intelligatur de voto proprio, quod in promissione Deo facta consistit, non est probanda, quia nullum fundamentum habet; & cum votum de se sit voluntatis, & consilij, non potest sine fundamento cogente affirmari, aut credi necessarium. Et declaratur, ac probatur; quia in primis cōsecrationi Episcopi, vt sic, nullū peculiare votum ex iure diuino, vel humano annexum est: nam de voto castitatis dicendum est solūm esse consecrationi Episcopi coniunctum, quatenus illa consecratio supponit sacrum Ordinem, cui annexum est tale votum, vel obligatio castitatis, non iure diuino, sed Ecclesiastico. Potuisset autem Ecclesia illud coniungere ordinationi Episcopi, & non Sacerdotij, id tamē non fecit, ideòque nunc nō est alia obligatio castitatis in Episcopo, quàm in Sacerdote; licet forte ex circumstantia personæ, in Episcopo sit maior. De voto item paupertatis, & obedientiæ res est manifesta. Idemque de quocunque voto aliquid faciendi ex vi consecrationis: nullum enim tale potest cum fundamento cogitari, nec in eo, qui absolutè renunciauit Episcopatu, aliquid eiusmodi reperitur: vt ex c. inter corporalia, colligitur Et tamē in illo manet quidquid consecrationi Episcopali annexum est. Idemque est de illo, qui sine titulo alicuius Ecclesiæ Episcopus cōsecratur: nam cum illi non imponatur Pastoralis cura, non potest votum illius emittere.

Deinde nec tale votū fit ab Episcopo electo, & confirmato, acceptante, & suscipiente pastorem curam. Quia vel illud votum est de praestandis, ac exequendis actionibus sui muneris, vel de perseverando in illo munere: neutrum dici potest: ergo. Probat prior pars; tum quia vel illud votū cadit in solas actiones, ad quas Episcopus tenetur ex præcepto Charitatis, vel Iustitiæ ratione officij & sic non est verisimile imponi tale votum ex obligatione, cum prior obligatio sufficiat. Nec peccatum Episcopi omittentis actiones debitas

K 3 ratio

ratione officij habet specialem malitiam Sacriligij contra votum, sed solam quam habet ex transgressione officij, vel præcepti. Vel illud votū esse creditur de aliquibus operibus supererogationis, quæ aliàs non sunt in præcepto, & tale votum esset nimis onerosum, & propria sponte raro, vel nunquam fit: nec credo posse Episcopum per Ecclesiam cogi ad illud emittendum: immo indefinitè factum esset indifcretum; & constat de nullo particulari actu fieri. Nam si Episcopus in sua institutione aliqua in particulari promittit, vel iurat, illa non sunt vota specialia Deo facta, sed vel humanæ promissiones, vel iuramenta, quibus fortiores obligationes magis confirmantur: vt videre licet in *c. ego N. de iureiuran. & in forma iuramenti*, quæ in Pontificali Rom. habetur.

Altera verò pars de voto perseverandi in munere probatur primò ex *d. c. nisi cum pridem, in fine*, vbi dicitur, Episcopum esse ligatum nexibus præceptorum ne valere possit ad religionem transire sine licentia Papæ: & non dicitur esse ligatum voto. Secundò, ex eod. *c. §. Verum si*, vbi illa obligatio perseverandi in fide data fundari dicitur: Fides autem data fuit non per votum proprium Deo factum, & speciale, sed per pactum ipsum inclusum in acceptatione talis muneris cum tali onere, & obligatione lege Ecclesiastica præscripta. Tertio quia hæc obligatio sufficit, & ideo ultra illam non est cur cogatur Episcopus ad superaddendam voti obligationem: neque ipse sua spontanea voluntate tale votum facere intendit; nec vult se amplius obligare, quàm iure diuino, vel Ecclesiastico teneatur. Quarto, quia quando cum aliquo dispensatur, vt renunciatur, vel transeat ad alium Episcopatum, non censetur fieri dispensatio in aliquo voto, alioqui talis dispensatio sine sufficienti causa facta, esset nulla; quod est incredibile, vt iam ostensum est. Nam si implicatur illa cōditio, vt renunciatio, vel translatio non fiat sine licentia Romani Pontificis, actus sine vilo scrupulo recipitur, vt validus communi vsu Ecclesiæ, quidquid sit de honestate illius, vel culpa, ob defectum rationabilis causæ.

Vnde ad præcipuam difficultatem, propter quam hæc omnia diximus, respondemus ad immutabilitatem status Episcopi sufficere, moralem obligationem permanenti in illo munere ortam ex pacto inito cum Ecclesia, incluso in ipsa acceptatione Episcopatus cum conditionibus præscriptis, vel ex mutuo consensu contrahenti-

um, vel ex iure Pontificio. Imo existimo ad rationem status sufficere pactum esse perpetuum, à quo recedere quis non possit sine consensu alterius contrahētis Ideòque licet à Pontificibus non esset addita illa conditio, quod Episcopus non possit deserere suam Ecclesiam sine sua licentia, satis esset ad rationem status, quod non possit illam dimittere sine consensu ipsius Ecclesiæ, seu eligentium. Hucusque Suarez.

Sed aduersus illum acriter insurgit nouissimè ex Clericis Minoribus Pater Thomas Hurtadus *variar. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 9. limit. 2. num. 1604.* sequens sententiam Diui Thomæ. Verum ego sententiam Patris Suarez fati pobabilem existimo, quam tueretur etiam nouissimè Pater Gerunda *de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disp. 13. cap. 3. mon. 15.*

An in consecratione Episcopus obligetur voto, vel iuramento ad Apostolorum limina visitanda.

RESOLVTIO XC VII.

Sanchez in *summa tom. 1. lib. 4. capit. 15. num. 12.* docet hanc obligationem esse voti personalis, quod tamē instar realis obligat, & posse per alium impleri: nam stylus habet & explicat hoc votum, vt per se ipsos, vel alios præstent Episcopi: atque ita solent committendo alicui Romæ, vt id nomine Episcoporum, præsertim distantium faciant, nam id est de ratione voti personalis à sciente perpetuum sibi esse impedimentum, vt ab alio, emitentis nomine, possit adimpleri: & videtur approbatum ab Ecclesia sciente, nec obligante, vt aliàs hoc votum impleatur, & sanè si secus intelligeretur esset impossibile Episcopis longè distantibus, nec non irritum, cum impediens esset residentiam iure diuino ab ipsis debitam. Tandem addit hic Author etiam existentem Episcopum Romæ satisfacere, si impleat hoc votum per alterum.

Veram circa superiùs dicta à Patre Sanchez multas habet difficultates Pater Gerunda *de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disp. 13. cap. 3. num. 17.* Primò hanc singularum aliarum partium huius formulæ, non esse voti, sed iuramenti promissoriij super ostendi, quam specie distinguere ab obligatione voti sape hic docui. Deinde dico non promanare à natura voti personalis per modum realis emitti posse Praesulem per alium satisfacere huic obligationi, sed ex ratione modi,

modi, ac formulæ sub qua promissit, vt patet ex supra exarata per illam clausulam. Quod si legitimo impedimento detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum Nuntium, &c. Neque scio aliter vsu habere, eo præsertim, quod in dicta forma multas amplectitur personas promovendus intrans, quibus de sensu propria Ecclesiæ instructis possit votum hoc negotium committere. Neque facile dederim manum Sanchez, vt asseram, absque legitimo impedimento Praesulis posse hanc rem transigi, cum expressè caueatur id in forma iuramenti; imò, vt patet è clausula penultima, legitimum impedimentum promittit Episcopus, per legitimas probationes se docturum, easque remissurum ad Cardinalem proponentem in Congregatione Sacri Concilij, tamen si facili negotio admitti relationem Ecclesiarum longè distantium, non negauerim ob longitudinem, periculumque itineris, & ob alias quæ solent afferri trias impediens viatores. Neque quod adfert Sanchez de impedimento residentia aliquid probat, cum huiusmodi obligatio satis abundè circumspecta sit, atque attemperata, vt ex Italia, Insulisque adiacentibus; tertio quoque anno teneantur Episcopi Romam adire. Galli, Hispani, Germani, Belgæ, Boemi, Hungari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, ac similes quinto quoque anno, ac decimo ceteri è remotioribus regionibus, vt Asiaticis, ac noui Orbis. Denique vltimum Sanchez placitum non approbo, vt pote contra expressum iuramentum, quo se vincit Episcopus. Itaque in Curia Romana existens Antistes, in legitimo infirmitatis, vel alio impedimento detentus, non posset, neque sua satisfaceret obligationi, si minus hoc alteri demendaret. Hucusque Gerunda.

Sed licet sententiam Sanchez sequatur nouissimè Paulus Squillante *de Priuilegiis, & obligationibus Episcoporum, part. 1. cap. 9. num. 4.* Ego tamen magis adhæreo opinioni P. Gerunda.

An consecratio Episcopi inducat circumstantiam necessariam in confessione explicandam.

RESOLVTIO XC VIII.

Affirmatiuè respondet Fagundez *præcep. 2. lib. 4. c. 3. n. 8.* asserens, quod si Episcopus iam sit consecratus, non satisfacere dicendo in confessione se peccasse contra statum, sed teneri declarare circumstantiam consecrationis: quia status

Episcopalis est multo perfectior & sanctior, quàm status religiosi; vnde si status Religiosi est circumstantia notabiliter augens peccatum, multo magis erit status Episcopalis. Nugnus verò in *addit. ad 3. part. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 2. & 3.* addit teneri Episcopum istam circumstantiam explicare in quocunque peccato mortali: quia Episcopi ratione proprii status tenentur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam, at huic perfectioni ex æquo repugnat quandoque peccatum mortale.

Sed ego alibi negatiuam sententiam docui, quam me citato, nouissimè firmat doctus, & amicissimus Pater Perez *de Sac. penitentia, disp. 28. sect. 12. num. 2.* Ratio est quia nullam aliam obligationem ad castitatem habet, quam ratione voti annexi Ordini Sacro: ergo eiusdem rationis est fornicatio Episcopi, ac fornicatio cuiuscunq; in Ordine Sacro constituti. Quod intellige, nisi fornicatio illa ab Episcopo commissa ita publica esset, vt scandalum causaret: tunc enim specialis malitia ex status, ac officij circumstantia contraheretur; eaque esset necessariò in Confessione explicanda; quia delinqueret aduersus specialem officij obligationem, qua tenentur subditos pascere verbo, & exemplo.

Ex his apparet à fortiori certū esse fornicationem Episcopi nondum consecrati, nec Sacro Ordine iniuncti, secluso scandalo non excedere malitiam simplicis fornicationis. Ratio est, quia nulli obligationi speciali ad castitatem præter communem omnibus aliis aduersatur, & solo iure Ecclesiastico, statui Episcopali annectitur specialis castitas ratione ordinis Sacri. Quare sicut non obstante maiori perfectione status Episcopalis in ordine ad alios perficiendos, nullo iure est ei annexa paupertas, quæ tamē est de essentia status Religiosi, & si minus perfectis; ita nec castitas nisi de iure Ecclesiastico ratione Ordinis Sacri, cui necessariò præmittitur consecrationi Episcopali: Ergo si Episcopus est tantum electus, & confirmatus, & nondū in Sacris constitutus, non tenetur ratione status ad castitatem specialem. Vnde pace viri docti puto nō bene dici à Nugno, necesse esse Episcopū in omni peccato mortali, etiam interno, vel occulto circumstantiam sui status explicare. Patet, quia, vt constat ex dictis, secluso scandalo, circumstantia huiusmodi status non transfert peccatum ad aliā speciem, licet illum aggruet ratione maioris obligationis, cum Episcopus debet procurare perfectionē.

An Episcopus consecratus ab hæretico, seu excommunicato efficiatur irregularis, & priuetur usu Ordinum.

RESOLVTIO XCIX.

Respondeo Episcopum consecratum, vel alium Ordinatam ab Episcopo hæretico suspenso, excommunicato, degradato, seu non denunciato, non incurere excommunicationem, neque irregularitatem, neque priuari usu sui Ordinis. Suppono imprimis tum Ordines, tum alia Sacramenta, ad quorum non requiritur iurisdicção, validè conferri posse ab excommunicatis, suspensis, atque etiam hæreticis.

Suppono secundò, Ordinatam ab hæretico suspenso, & excommunicato prohiberi ab exercitio Ordinis accepti in Ordinantis execrationem, atque incurere Irregularitatem, si suo ordine vtatur. Ita Henriq. Val. & alij communiter apud Barbosam alleg. 3. de potest. Episcop. n. 3. & Couarruu. in cap. Alma mater 1. part. §. 6. qui omnium concordem sententiam esse affirmat, & patet ex c. 2. de Schismat. vbi Innocent. III. scribit Bisuntino Episcopo, vt Priorem ab Schismatico ordinatum repellat ab Ordinibus, nisi doceat ab habente potestatem secum fuisse dispensatum, & cap. 1. de Ordinat. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatu statuit Alexand. III. ad Toletanum Archiepiscopum scribens, vt eiusmodi executionem Ordinis Sacri non retineant; & Gregor. IX. ibidem cap. 2. de Ordinatis ab Excommunicato, si ignoranter peccarunt, indulget, vt cum ipsis dispensetur, & sanè cum talis Episcopus hæreticus, excommunicatus, Simoniacus, suspensus non habeat usum Ordinum, illum dare non poterit, iuxta regulam Urbani I. I. ad Episcopum Pistorien. in cap. Beibertum 1. quæst. 7. qui nihil habuit, nihil dare potuit. Dixi nihilominus ordinatorum ab Episcopo hæretico, & excommunicato non denunciato non fore irregulares, & habere liberum exercitium Ordinis à tali Episcopo accepti, quod ex communi sententia docet Sanchez l. 3. de Matrim. disp. 22. n. 35. Henriq. c. b. 13. cap. 39. Barboza alleg. 3. de potest. Episcop. num. 17. Mascard. de Probat. concl. 49. num. 45. & alij, quia ex fauore Extræag. ad euitenda, neminem non denuntiatum etiam in Sacramentorum receptione, vitare tenemur. Neque Couarruu.

in cap. Alma mater, 1. part. §. 6. numer. 6. & alij Canonistæ apud ipsum rectè obiciunt cap. 2. de ordinat. ab eo qui Episcopatu renunciauit. Vbi Pontifex indulget dispensari cum ignoranter ordinatis ab Episcopo excommunicato, loquitur etiam de Episcopo publicè excommunicato qui tamen occultus sit ordinato, vbi contingere potest: tunc enim illa ignorantia non excusat ordinatum, qui idcirco indiget dispensatione, quæ tamen facilius ad illam ignorantiam indulgetur; deinde veteri illi iuri derogatum fuit per Extræag. ad euitenda. Et hæc omnia docet eruditus Gibalinus de Censuris, disquisit. 7. quæst. 1. consecr. 23. num. 48.

An liceat tempore Interdicti consecrationem Episcoporum ministrare.

RESOLVTIO C.

Suppono tempore Interdicti administrationem, receptionem Sacramentorum prohibitam esse exceptis casibus in iure expressis, vbi deciditur cap. responsio, de sentent. excommunic. & cap. si sententia eod. tit. in 6. Hoc supposito clarè patet non posse Episcopum tempore interdicti ministrare consecrationem Episcopalem, quæ vt supra satis probatum, est Ordo, & Sacramentum. Et Sacramentum ordinis certa sententia est, in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis nullo modo conferri posse, benè tamen generaliter interdictis in loco non interdicto; quia quælibet Sacramentorum receptio, & administratio in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis prohibita est. Secus verò his qui generaliter tantum interdicti sunt in loco non interdicto, colligitur ex cap. responsio de sentent. excommunic. At nullibi inuenitur Ordinis Sacramentum exceptum: ergo intelligendum est prohibitum iuxta text. in cap. si sententia de excom. in 6. & tradunt fere omnes DD. teste Couarruuia cap. Alma 2. part. §. 3. num. 4. Nauarrus cap. 27. numer. 279. Henriq. lib. 13. cap. 45. numer. 2. Sayro lib. 5. Thefauri cap. 7. num. 35. Suar. disp. 33. sect. 1. num. 45. Filliuccius tract. 18. c. 2. n. 42. Bonac. disp. 5. punct. 3. §. 3. num. 3. Paulus Layman lib. 1. summa, tract. 5. part. 4. cap. 2. num. 1. Quæ omnia procedunt quamuis locus sit interdictus ab ipso Episcopo ordinante; debet enim interdictum actum tollere, vel suspendere ad istum & ratio est, quia interdictum locale habet suos

suos effectus ex iure communi in quo non potest Episcopus dispensare. Et ita ex Henriquez docet Auila part. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 8. & Præpositus in 3. part. cap. 4. de interdicto, dub. 3. n. 24.

Sed difficultas est, an saltem Sabbato sancto in loco interdicto possit Episcopus conferre consecrationem Episcopalem; & videtur quod sic, quia festiuitas Paschalis à Missa incipit: at Ordinum collatio ex præscripto Ecclesiæ Missæ, diuinisque Officiis, eo die peragendis est necessaria. Ergo concessa Missa, & diuinis Officiis, ceteri debet concessa Ordinum collatio. Nihilominus oppositum pro certo tenendum est cum Paludano in 4. distinct. 1. quæstione 8. art. 2. princ. conclus. 6. Couarruuia in cap. Alma, 2. part. §. 3. numer. 3. quia Ordinum collatio non est ita accessoria celebrationi, & diuinis Officiis Sabbati sancti, quin absque illa peragi possint, non enim accedit necessario, sed voluntariè, quia Ecclesia non præcipit Ordines conferre; sed permittit Ergo ex concessione celebrationis, & Officiorum diuinorum hæc Ordinum collatio non intelligitur concessa, aliàs in diebus Quatuor Temporum seruata moderatione, cap. Alma mater, possent Ordines, saltem iis qui in clericalem statum sunt adscripti conferri, quod est falsum. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palaus tom. 6. disp. 5. punct. 4. num. 2.

An saltem tempore interdicti liceat ministrare consecrationem Episcoporum in illis quatuor festiuitatibus, in quibus ex indulto cap. Alma, permittitur celebratio solemnium diuinorum Officiorum.

RESOLVTIO CI.

Respondeo negatiuè, & ratio est, quia iure antiquo est prohibita ministratio Sacramenti Ordinis tempore interdicti: at sic est quod iure nouo cap. Alma confirmatur prohibitio iuris antiqui omnium Sacramentorum, exceptis Baptismi, & Pœnitentiæ, &c. Ergo Sacramentum Ordinis; sicut olim non concedebatur tempore interdicti, ita nec modo. Et ita docet Alterius tom. 2. disputatione 4. capit. 6. Couarruuia in cap. Alma, part. 6. §. 3. num. 1. Auila de censur. part. 3. disput. 4. sect. 1. dub. 8. conclus. 1.

Cornejo in 3. part. D. Thoma, disput. 2. de interdicto, §. 1. dub. 6. & alij penes ipsos. Quæ omnia procedunt in consecratione Episcoporum; nam, vt supra probauimus, Ordo & Sacramentum est: ergo, &c. Et nota cum Leandro de Sacrament. tom. 2. tractat. 5. disput. 5. quæst. 28. & Doctoribus citatis, non licere ministrare Sacramentum Ordinis, & per consequens consecrationem Episcoporum tempore interdicti adhuc ianuis clausis, & interdictis & excommunicatis exclusis. Nam per cap. Alma, solum permittuntur Officia diuina cum moderatione ibi assignata, non verò Sacramenta alia præter dicta.

An sola consecratio Episcopi tribuat ei priuilegium cap. fin. de priuileg. in 6. Altaris portatilis.

RESOLVTIO CII.

Suppono ex dicto capite, quod Episcopus liberè possit in suo Palatio erigere Oratorium, vt ibi celebret, vel Missam audiat. Et quamuis textus exigere videatur, vt eo priuilegio fruatur, quando non potest commodè ad Ecclesiam accedere. Nihilominus iam vsus obtinuit, & communis sensus Doctorum declarat, vt possit liberè Episcopus, & ob solam maiorem commoditatem eo priuilegio vti. Ita Suarez de Sacrament. disput. 81. sect. 3. Layman. Faustus, Marchinus, & alij. Et me citato doctissimus noster P. Quartus in Rubr. Missalis part. 3. tit. 10. sect. 2. dub. 2. Hoc supposito, videtur dicendum Episcopum electum, & confirmatum non frui hoc priuilegio, sed tantum Episcopum consecratum, quia Episcopus per consecrationem efficitur verus Episcopus, vt habet Glossa in cap. 1. de verb. dedicanda, de Religiosis domibus. Et ita tenent Alciatus consil. 1. numer. 22. lib. 1. Hostiensis cap. cum olim. 2. num. 10. de priuileg. Anan cap. fin. numer. 8. de regul. Et fundantur in text. cap. vnic. 18. quæst. 1. vbi eximitur à iugo regulæ is quem Sacra ordinatio de monacho Episcopum facit. Ergo Episcopus per solam consecrationem efficitur Episcopus.

His tamen non obstantibus doctissimus P. Tancred. in qq. mortal. tractat. 2. quæstione 48. late firmat, quod Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus, possit in suo Palatio priuato habere Oratorium, vt ibi celebret, &c.

& Missam audiat, & ita in facti contingentiâ consuluit Illustrissimo Domino meo Episcopo Pastensi D. Aloyio Cameros viro propter egregia sua merita nunquam satis laudato. Ego hanc sententiam libenter amplector, & in gratiam amicissimi viri Patris Tancredi ad magis firmandam eius sententiam adduco auctoritatem aliorum, & ideo ita docet Gauantus in *Enchirid. Episcoporum, verb. Episcopus, numer. 8. & sequentib.* vbi sic ait, *Potest Episcopus portare secum Altare viaticum, & in itinere, & in quolibet loco sua habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere, cap. ultim. de privileg. in 6. Etiam in aliena Diœcesi, etiam si non sit consecratus.* Ita ille, cui adde Squillant. de *Privileg. Episcop. part. 3. cap. 4. quest. 4. numer. 15.* Nec obstat *cap. vnic. 28. quest. 1.* superius adductum; nam in illo textu habetur, quem canonica electio à iugo monasticæ professionis absoluit, quibus manifestum fit, quod per electionem, seu confirmationem eximitur à iure monasterij, & transfertur ad statum Episcopalem. Cum autem subditur, & Sacra Ordinatio de monacho Episcopum facit. Si nomine Sacræ Ordinationis intelligatur consecratio, sensus est, quod ipsa de monacho faciat Episcopum completivè: non quia dat statum, sed quia complet statum per potestatem Ordinis. Quod tamen non obstat quin Episcopus electus, & confirmatus non possit frui dicto privilegio *cap. finalis.*

Confirmatur hæc opinio ex dicendis in sequenti resolutione. Vnde ex his ego infero, quod fuerit confirmatus Episcopus, licet non consecratus; ita Rodriguez in *qq. Regular. tom. 3. quest. 69. numer. 4.* Sanchez in *Summa, tom. 2. lib. 7. cap. 32. numer. 67.* Faustus in *Thesauro lib. 8. quest. 46. edit. noua Neapolitana.* Barbof. de *potestate Episcopi, parte 3. allegat. 114. numer. 24.*

An sola consecratio Episcopi tribuat ei privilegium, cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. conferendi Indulgentias.

RESOLVTIO CIII.

Suppono ex dicto cap. quod Episcopi, & Archiepiscopi possunt tantum dare Indulgentias vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, aliis verò temporibus

quadraginta solum dierum, prout stauerunt Innocentius III. in Concilio Lateranensi. & *cap. cum ex eo, de tit. de pœnitentiis, Honorius III. cap. nostro, eodem tit. Bonifacius VIII. cap. Indulgentie, in 6. eodem tit. & hoc siue ab vno, siue à pluribus simul Episcopis dentur.* Hoc supposito, assero non solum post consecrationem, sed etiam post electionem, & confirmationem posse Episcopos Indulgentias concedere. Ita Glossa communiter recepta in *cap. transmissa, de elect. D. Thomas in 4. distinct. 20. quest. 1. art. 4. questione. 8.* Azot. *Institutionum moral. part. 1. lib. 3. cap. 54. questione 1.* & Gauantus in *manual. verb. Indulgentia.* Nam huiusmodi potestas est iurisdictionis, non Ordinis, *cap. Quod autem, de pœnit. & remiss. Azor. cit. Vgolinus de potestate Episcopi, numer. 4.* Tamburinus de *iure Abbatum, tom. 2. disput. 9. quest. 1.* Idem etiam docet Dicastillus *vbi infra numer. 30.* qui citat Suarez, Grassium, Reginaldum, Nugnum, & alios, quibus ego addo Bertrandum Loth in *Resolut. Theolog. tractat. 20. questione 3. art. 2.* vbi sic ait: Nota quod sicut Episcopus potest absolueri suum subditum à peccatis, etiam si sit extra suam diœcesim, ita similiter potest Indulgentias concedere. Similiter sicut Episcopus electus, & confirmatus antequam sit consecratus, potest excommunicare, & absolueri ab excommunicatione, & potest Confessarios approbare, dando illis facultatem absoluedi à peccatis, ita similiter potest Indulgentias concedere, quia hoc tantum pertinet ad potestatem iurisdictionis. Ita Loth. Nota hic primò, quod Layman *lib. 5. tractat. 7. cap. 4.* licet plures Episcopi ad Ecclesiæ dedicationem præsentés sint, non posse, nisi vnius anni indulgentiam simul concedere, & habetur expressè *cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss.* Nihilominus non obstat quominus plures, quorum singuli iurisdictionem habent, vt loci Episcopus, & Metropolitanus, siue Archiepiscopus simul, aut successivè plures quadragenas eidem Ecclesiæ concedant. Ita Suarez *disput. illa 55. sect. 2. numer. 5.* Item nihil obstat secundum Laymanum, si alicui loco, seu Ecclesiæ, vnam quadragenam concesserit, quominus alienus Episcopus eidem Ecclesiæ etiam quadragenam concedat lucranda tantum à suis subditis, si tali die Ecclesiam illam inuenerint: id enim non excedit limites iurisdictionis,

De Consecratione Episcoporum. 119

ditionis, cum illa concessio proprè non fiat loco, sed personis subditis in Ordine ad talem locum, & potest postea (inquit Layman) ex Paludano *distinct. 20. quest. 4. art. 2. conclus. 4.* Episcopus proprius loci eam Indulgentiam trahere ad suos, etiam subditos, si ipsis licentiam det lucrandi, vt proinde subditi loci duas in eo casu quadragenas vna die lucrari possint. Et hæc omnia docet etiam Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 3. num. 32.* cum docto & amicissimo Georgio Gobat. *tract. Indulgent. p. 1. cap. 6. num. 61.*

Nota secundò, quod an Episcopus possit hanc potestatem delegare simplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico? Affirmant probabiliter Suarez *disp. 55. sect. 6. num. 5.* Sà *verb. Indulgentia, num. 16.* & Amicus *n. 112.* quia simplex Sacerdos & quicumque Clericus est capax talis delegationis, & aliunde nullo iure contrarium prohibetur,

Nota tertio, non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis, vt docent Nuñus, Amicus, & alij plures. Ratio est, quia potestas concedendi Indulgentias in Episcopis, non potest se extendere ultra proprios subditos, quales non sunt defuncti, quia non sunt sub eius iurisdictione.

Nota quarto, quod largitio Indulgentiarum est actus iurisdictionis voluntariæ, & sine strepitu Forensi exercetur, potest Episcopus vbivis locorum existens concedere suis subditis vbivis locorum existentibus Indulgentias vbivis gentium lucrandas. Suarez *disput. 55. sect. 3. num. 17. conformiter, l. 2. ff. de offic. procons.*

Nota quinto, quod an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias. Affirmant Cespedes *exempt. Regul. cap. 54. dub. 229. & cap. 24. dub. 464.* Negant verò Quaranta *ver. Archiepiscopi auctoritas, vers. 31.* Gauant. *verb. Archiepisc. & Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 5. num. 567.* cum concedere Indulgentias non sit dignitatis, sed iurisdictionis Episcopalis, & paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Episcopi, & extra diœcesim.

Et tandem nota sexto, contra Valentiam *tom. 4. disp. 7. de Indulgent. quest. 20. punct. 3.* Episcopis præter Indulgentias vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, & pro dierum aliis temporibus, non posse in foro pœnitentiæ plures concedere.

Ratio est, quia hanc potestatem Indulgentias concedendi Episcopi non habent, nisi iure humano à Summo Pontifice communicatam cum prædicta limitatione ad vnum annum, vel quadraginta dies. Valentia verò nititur contrario fundamento, nempe, quod Episcopi habent hanc potestatem iure diuino, quod ius est tantum illis limitatum à Pontificibus in foro publico, non autem in foro secreto pœnitentiæ,

Obserua etiam hic obiter, quod Episcopus etiam si non sit consecratus dum modo sit electus, & confirmatus, potest conferre beneficia. Ita Squillante de *obligationibus & privilegijs Episcop. part. 3. cap. 3. dub. 5. num. 30.* Potest etiam Episcopus electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus exigere charitativum subsidium, dummodo tamen fuerint expeditæ literæ, & possessio Episcopatus accepta, & non ante. Ita Squillante vbi supra *cap. 12. num. 4.*

Et tandem nota, quod Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest absolueri à iuramento. Ita doctus Iurifconsultus Carolus Rottileui de *successionibus ab intestato, cap. 2. theorem. 101. num. 2.*

An sola Consecratio Episcopi tribuat ei Privilegium Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reformat. circa absolutiones, dispensationes, &c.

RESOLVTIO CIV.

Respondeo negatiuè, nam hac potestate Tridentini gaudet etiam Episcopus electus, & consecratus; & ita me citato tenet Tancred. in *qq. Regular. tractat. 2. part. 1. quest. 63.* qui bene obseruat hoc procedere literis Apostolicis expeditis iuxta Extrauagantem iniunctæ, de *elect. inter commum.* Vnde Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. punct. 1. §. 1. num. 2.* sic ait: *Nomine Episcopi, quibus hæc facultas concessa est, sunt omnes illi intelligendi, qui subditos habent, quia respectu subditorum datur facultas. Quapropter debent esse Episcopi electi, & confirmati. Nam ante confirmationem iurisdictione non gaudent, non tamen est necessarium esse consecratos, imò neque esse Sacerdotes, vt possint ab excommunicatione reseruatâ absolueres quia non debet absolutio sacramentalis impendi. Sic alios referentes, docent Cenedo ad 6. collect. 4. num. 3. Sanchez lib. 8.*

lib. 8. disp. 2. num. 11. & lib. 2. in Decalog. cap. 11. num. 3. *Guttier. de Matrim.* cap. 46. à num. 16. *Barbosa* 2. part. de potestate Episcopi, allegat. 39. num. 2. *Requiritur autem necessarium, ut sint Episcopi illarum regionum, in quibus receptum est Concilium, alias vti non poterunt hac facultate: nam media receptione illis conceditur; neque fas est acceptare gratias, & repellere onera, sic Barbosa* numer. 3. *Sanchez* num. 2. *Garcia* de beneficiis, 7. part. cap. 11. num. 23. *Suarez* de censuris, disput. 41. sect. 2. num. 6. *Hucusque Palaus.* Dico itaque, quod sub nomine Episcopi in capit. 6. sess. 14. Concilij, non satis est, quod Episcopus sit consecratus, si Diocesi, ac subditis careat. Tales sunt Episcopi titulares, quia vt ex contextu dicti decreti constat, non conceditur dicta absoluendi facultas Episcopo respectu omnium fidelium, sed respectu subditorum in propria Diocesi. *Suarez* *disput. 41. sect. numer. 7.* *Sanchez* *lib. 2. Summa, cap. 11. num. 3.* *Granados* *sect. 2. cit. num. 4.*

Rursus non potest ea facultate absoluendi vti Episcopus earum Regionum, in quibus Tridentinum quoad totum non fuerit receptum (secus esset, si solum quoad partem) etiam si subditos habeat. Quia par debet esse fauorum; & onerum ratio: ergo vbi Tridentinum non est receptum, quoad leges & onera, nequit acceptari quoad fauores. *Suarez*, & *Sanchez* *locis citatis*, Alterius *tom. 2. disput. 8. de suspens. cap. 3. conclus. 4.* vbi ait, ita declarasse Sacram Congregationem Cardinalium super Concilio. Venit ergo nomine Episcopi, in dicto decreto, quicumque Episcopus electus, & confirmatus, etiam si consecratus non sit, nec Sacerdos, dummodo habeat diocesim, in qua Tridentinum receptum sit. Sic *Suarez* *tom. 4. in 3. part. disput. 30. sect. 2. num. 4.* *Sanchez* *lib. 8. de Matrim. disput. 2. num. 11. & lib. 2. Summa, cap. 11. cit. num. 3.* *Squillante* *de obligat. & priuileg. Episc. part. 3. cap. 8. num. 2.* *Leander* *de censur. tom. 4. tract. 2. disp. 17. quest. 1. & 2.* & *Ludouicus Bertrandus Loth* in *Resolutionibus Theologicis Belgicis, tract. 1. q. 1. n. 4.*

Nota tamen hic obiter me olim docuisse in part. 7. tract. 2. resolut. 31. posse Episcopum dispensare super irregularitate homicidij casualis, etiam si sit publica: quam sententiam me citato approbat *Verricelli* in *questionibus moral.*

tractat. 8. quest. 60. numer. 3. quia quando homicidium casuale, seu voluntarium in causa, nihil innouauit Tridentinum, sed ante Concilium poterat Episcopus dispensare, quamuis esset publicum, vt in cap. continebatur, & cap. ad audientiam, de homicidio: ergo etiam post Tridentinum dispensare potest. Tamen re melius considerata, nunc talem sententiam non approbo; & ideo dico, quod in irregularitate ex homicidio: sed si homicidium capiat, sit publicum, Episcopus non potest dispensare, nisi ad Ordines Minores, & ad beneficium simplex. Ratio est, quia iure antiquo hoc tantum poterat; & Concilium circa hoc nihil innouauit, & ita docet *Lessius* in 3. partem D. *Thoma, cap. 5. de irregularitate, dub. 4. numer. 36.* & alij. Et obseruat *stylus Curiae Romanae.*

Sed hic etiam nota, quod dum hæc scribo, interrogatus sum an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate homicidij, etiam voluntarij. Pulchra dubitatio, & ad illam affirmatiuè de dicto casu interrogatus quidam Pœnitentiarius D. Petri, & quidem suam sententiam tanquam probabilem præter Palaum, & *Suarez*, nouissimè admittit heu quondam amicissimus meus Fr. Hieronymus *Garcias* in *politica Regular. tom. 2. tractat. 10. difficult. 6. dub. 5. punct. 1. numer. 2.* vbi me citato sic ait: *Supongo primo con la corriente de los Doctores que la ignorancia inuincible del delecto, que pone irregularidad, excusa della, como sea de las que se contrahen por delicto, de quien hablamos en este punto; a razones llana, porque la pena no se incorre sin la culpa; y assi, si el excomulgado celebrase, ignorando inuinciblemente que esta anexa irregularidad al acto que haze, no incorreria en ella, y Navarra, y otros que refieren, y seguen* *Sanchez* *lib. 9. de matrimonio, disput. 32. numer. 30.* *Diana* 4. part. tractat. 2. resolut. 85. & part. 9. tractat. 7. resolut. 19. *Castro Palaus* *tom. 1. disput. 1. tractat. 2. disput. 17. numer. 2.* & 8. *Merola* in *disput. Theolog. tom. 1. disput. 4. cap. 1. corollar. 1. numer. 48. los estienan a lo mortaliter vincible, iuxta cap. 2. de constit. in 6. Donde el Pontife condena sola la crasa; y supina. Y Egidio* *Cominch* *de Sacrament. disput. 18. dub. 4. num. 9.* & *Prapostus* in 3. part. quest. 5. de irregularitate, dub. 2. num. 9. *Idem Castro Palaus* *tom. 6. disp. 6. punct. 6. num. 3. la estienan: a vnque sepa vno que va contra la ley Ecclesiastica, hazei*

hazei tal ocasion, como sepa ay irregularidad ad anexa, ni quiere de hazir otro, Villalobos *tomo 1. tractatu 21. difficultate 6. conclusionem 1. como consta de la tercera conclusion. Solo esta la dificultad en el homicidio; pongo exemplo, quando vno comete homicidio, sabe que haze contra la ley natural, pero no sabe que la Iglesia aya puesto pena de irregularidad, este tal si incurrirá: lo comun es que si, y que no excusa la ignorancia, porque como dize Diana, vtroque loco, includit defectum lenitatis, y para incurrir se, basta que este anexa propter decentiam, Pero* *Prapostus, Egidio, Palaus, Sanchez, y otros, quos refert, & sequitur nouissimè Quintanadueñas* *tract. 9. singul. 6. numero 3. & 4. hablan absolutè de todas las irregularidades, sin exceptuar el homicidio, y responden al capitulo, cum illorum, de sententia excommunicationis, que habla alli el Papa de la crasa, y supina; y assi tengola con Suarez* *tomo 5. de Censuris, disputatione 4. sectione 9. numero 16. pro probable.* Hæc omnia *Garcias*, quæ quidem opinio liberaret à multis irregularitatibus: nam plures committunt homicidia ignorante inuincibiliter cum ipsis annexam esse irregularitatem. At ego huic sententiæ non adhæsi, neque nunc adhæreo. Primò quia scribo Romæ, vbi *stylus Curiae* est in contrarium. Secundò, quia puto cum homicidio non solum adesse irregularitatem ex delicto, sed etiam ex defectu lenitatis, quæ cum ignorantia inuincibili contrahi potest: ergo, &c.

An sola Consecratio Episcopi tribuat ei Priuilegium capitis fin. de pœnit. & remiss. eligendi Confessarium.

RESOLVTIO CV.

Respondeo negatiuè, nam etiam Episcopus non consecratus, sed confirmatus gaudet tali priuilegio, non tamen si tantum sit electus: & ita docet *Dicastillus* *de Sacramentis, tom. 2. tractatu 8. disputatione 10. sectione 20. numero 441.* & *Squillante* *de priuilegijs Episcoporum, parte 3. capite 7. numero 29.* *Suarez* in 3. part. *tomo 4. disputatione 27. sectione 2. numero 3.* & *Bossius* *de Iubileo, sectione 3. cas. 2. §. 4. numero 107.* vbi sic ait: *Secunda difficultas, an intelligatur Episcopus electus tantum, non confirmatus, & respondendum mihi videtur negatiuè cum Suarez* *loc. cit. quia non est Episcopus, sed designatus* *Anton. Diana* *Pars XII.*

tus tantum in Episcopum, unde donec sit confirmatus, vel consecratus, manet subditus eidem proprio Sacerdoti, quem antea habebat, electus autem confirmatus, comprehenditur, quia est verè Episcopus Papa immediatè subiectus quoad forum anime. Ita *Bossius*. Et nota hic etiam quod in hoc casu nomine Episcopi intelligitur Episcopus consecratus titularis tantum, non habens Episcopatum, & qui post consecrationem renunciauit Episcopatu, non dignitati. Respondendum est affirmatiuè cum *Henriquez* *lib. 6. cop. 13. §. 3.* & *Suarez* *tom. 4. in 3. part. distinctione 27. sectione 2. numero 5. contra Paludanum* in 4. *distinct. 17. questione 3.* quia verè & propriè est Episcopus, in textu autem nihil aliud requiritur. Quod si renunciauisset Episcopatu, & dignitati, non gauderet illo priuilegio, nec comprehenderetur, *Syluest.* *V. Confessor. 1. num. 8.*

Sed in his casibus an supradicti Episcopi possent eligere Confessarium tantum, non verò approbatum ab Ordinario, discrepant Doctores, alij negant, alij affirmant; Ego vt alibi docui, negantibus adhæreo propter declarationem sacre Congregationis, & *Gregorij XIII.* loquentium de Episcopo iam consecrato, & in diocesi sua iurisdictionem habente; & ita nouissimè, me citato, docet *Dicastillus*, vbi supra, *numero 464.* Sed quid dicendum de Eminentissimis Cardinalibus *Ioannes Dicastillus* vbi supra *de Sacramentis, tom. 2. tractatu 8. disputatione 10. dubitatione 22. numero 464.* me citato sic asserit. *De Eminentissimis Cardinalibus res est controuersa, an Sacerdotes ab illis electi excipientes eorum confessiones, indigeant approbatione? Diana* *part. 3. tract. 2. resolut. 3. & part. 8. tract. 1. resolut. 85. versic. Tertius casus asserit Azorium requirentem approbationem, & in contrarium alios 5. part. tract. 2. resolut. 10. & putat posse eligere non approbatum à suo Episcopo, dummodo sit eius commensalis, pro quo asserit Ludouicum à Cruce. Ego facile assentior, quod res sit satis probabilis, vt ipse Diana sentit, & rationi consona. Ita ille, & hanc sententiam nouissimè tenet *Mellerus* in *Theologia morali, tomo 1. malleatione 37. præf. 12.* Ego tamen iudicium meum circa præsentem difficultatem suspendo, & eius finalem resolutionem sanctissimo D. N. remitto. Non deferam tamen obseruare pro negatiua sententia extare aliquos Doctores asserentes DD. Cardinales non pos-*

se eligere in Confessarios, nisi approbato ab Ordinario; & ita ex Societate Iesu præter Bosium tenet doctissimus Pater Andreas Mendo. in Bullam Cruciatam, disp. 22. c. 1. m. 16. ubi sic ait; *Cardinales ex consuetudine, ac tacita Papa licentia possunt eligere in suum Confessarium quemlibet Sacerdotem etiam simplicem alias iurisdictione non gaudentem, ut cum pluribus idem Leander tenet* quæst. 33. *Parochi autem non possunt eligere in suum Confessarium simplicem Sacerdotem, etiam approbatum, sed absque iurisdictione. Tamen eligendi à prædictis Cardinalibus debent esse approbati, ut ex Tridentino constat, ad hoc ut absolutio præstetur; esto, non habeant aliunde iurisdictionem (quæ ab approbatione separabilis est) nam qui dedit prædictis potestatem eligendi cum in Confessarium, huic iurisdictionem delegavit.* Ita Mendo, cui adde ex eadem Societate Fragosum de Republica Christiana, tom. 2. lib. 6. disp. 15. §. 2. num. 10. Sic asserentem, *Cæterum Cardinales Episcopi, & qui legationis causa ab Urbe sunt absentes, nequeunt sibi eligere Confessarium, qui ab Episcopo proprio non sit approbatus, ex Concilio Tridentino, sess. 23. c. 15. de reformatione, ubi non reputatur idoneus, nisi qui aut Parochiale beneficium habeat aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur: Igitur Cardinales post Concilium debent fateri apud Confessarium ab Episcopis approbatum, non obstante cap. ult. de Pœnitentiis, & remissionibus, ubi fiebat facultas Prælati exempti, ut possint eligere sibi Confessarium, quem maluerint, quia id procedebat ante Concilium Tridentinum, non autem post illud, ut censuit Congregatio.* Hucusque Fragosus. Vnde ex his modo non admitto ea quæ dixi in part. 1. tract. 4. resol. 13. q. 2. nixus autoritate Patris Pasqualigi decis. 93. qui pro sua sententia malè citat Tannerum, & Ludouicum à Cruce cum aliis: nam Tannerus dicit contrarium, ut ipsi Patri Pasqualigo demonstrauit. Ludouicus à Cruce loquitur cum limitatione, nempe quando Cardinalis eligit in Confessarium Sacerdotem simplicem suum familiarem; alij verò asserunt posse Cardinales eligere Confessarium, sed non asserunt posse eligere non approbatum; & hoc tantum ut verum fatear, docet Cardinalis Lugo in loco à me ubi supra in part. 8. tractatu 2. resol. 13. citato, nempe Cardinales posse eligere Confessarium,

non autè asserit etiam non approbatum ab Ordinario, ut patet apud doctissimum Dicastillum ubi supra de Sacramentis, tom. 2. tractatu 8. disp. 10. dubitatione 22. Sed dicit aliquis ad quid ergo deseruiet priuilegiū eligendi Confessarium? Respondeo, deseruiere ut possit eligere carentem alioqui iurisdictione. Et sic veniunt limitanda plura, quæ asserit Pasqualigus in illo tractatu de Electione Confessarij, decisione 92. consequi; nam absolute probata mihi non placent: at ego, ut dixi, quoad Eminentissimos Cardinales quidquid alibi dixerim nunc me negatiuè habeo, & nihil definitio, quamuis Garfias in Politica Regulari, tom. 2. tractatu 10. difficultate 5. dubitatione 3. puncto 4. n. 7. tenet posse Cardinales exercere cum suis familiaribus ea quæ possunt Episcopi cum suis subditis; & præsertim, ea quæ potest Episcopus vigore Concilij Tridentini sessione 24. cap. 1. de Reformatione. Vnde quidem Modernus de Officio Datarij, lib. 1. cap. 15. §. 1. num. 8. docet Cardinales esse ordinarios in suis domibus; sed ego, ut dixi ante omnia remitto Sacræ Congregationi Concilij determinanda.

An Consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculo voti Paupertatis.

RESOLVTIO CVI.

Negatiuam sententiam docent communiter Doctores, & ex Theologis D. Thom. secunda secunde, questione 185. articulo 8. & ibi Caietanus, Pater Valentia, post alios disputatione 10. questione 3. puncto 8. columna 3. Pater Molina tom. 1. disputatione 140. Lessius de Iustitia, & Iure, libro 2. capite 4. dubitatione 5. numero 29. & capite 41. dubitatione 11. numero 92. Pater Thomas Sanchez pluribus relatis libro 6. Decalogi, capite 6. numero 8. & 10. Pater Ioan. de la Cruz de Statu Religionis, capite 2. dubitatione 4. Azor Institutionum Moralium, part. 1. libro 12. capite 7. questione 2. Bartholomeus à Sancto Fausto in Theat. Religion. libro 6. questione 190. Ægidius de Coninch. disputatione 27. dubitatione 1. numero 200. nouissimè Pater Ferdinandus à Castro in opere morali, tractatu 8. disputatione 2. puncto 8. ex numero 3. Rodriguez

quez Quest. Regular. 2. tom. questione 58. articulo 3. Enriquez in Summa, libro. 20. cap. 33. littera L.

Ex Iuris Cæsarei Professoribus post Bald. & Paul. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 10. num. 28. Alex. conf. 32. num. 8. lib. 5. Pacianus Pluribus relatis conf. 132. à num. 24. Capicius decis. 200. Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 79. num. 96. Carol de Tapia in Authen. integsi, verb. sua, cap. 6. num. 85. C. de Sacrosanct. Eccles. Fab. de Anna latè dict. conf. 45. ex num. 84. Gabriel Pereira decis. Portugall. 75. num. 1. Thadæus Pifo post alios, lib. 1. variar. resolut. cap. 8. num. 38. Ioan. Harprechtus ad Iulium Clar. in §. Testamentum, quæst. 38. Marius Curell. in dicto tractat. de donat. tom. 1. tractat. 1. discurs. 2. part. 3. num. 135. & 150.

Ex Canonistis Glossa in d. cap. statutum 18. quest. 1. & in cap. quorundam verb. Mendicantium, de elect. in 6. Specul. lib. 4. part. 3. tit. de stat. Monachorum, num. 29. Hostien. in cap. Clerici el secundo de vita, & honest. Clericorum, & in Summa tit. de stat. Monach. §. utrum, Lælius Zechius de Republic. Christ. tit. de Regular. cap. 3. num. 14. Petr. Rebuff. conf. 14. per totum. Couarruias in cap. 1. num. 18. de testament. Marta tomo 2. de success. legal. 4. part. questione 1. articulo 4. numero 13. Stephan. Durant. quæst. iuris 10. Laurent. de Peyrinis in Religios. subdit. tom. 1. quæst. 1. cap. 10. unic. Pelag. de planctu Eccles. lib. 2. cap. 24. Zened. de paupertate Relig. dub. 44. num. 5. & ex num. 31. Nicol. Garcia de Benef. tom. 1. part. 7. cap. 10. num. 89. Augustinus Barbosa in Pastoral. 1. part. 1. cap. 4. num. 11. Riccius tom. 3. Praxis Resol. for. Eccles. resol. 18. num. 1. & 2. Hieron. Rodriguez Lusitanus in compend. qq. Regular. patrum resolut. 60. num. 9. Alex. Ludouif. decis. 109. n. 5. Campanil. in diuers. iur. rubr. 12. cap. 14. Rota Romana apud Farinac. in nouiss. tom. 2. decis. 87. num. 2. Et ratio est, quia cum status Religiosus tribus illis paupertatis, castitatis, & obedientiæ consistens votis, cap. inter Monasterium de statu Monachorum ad perfectionem pertineat, quasi quædam via in perfectionem tendendi: & Episcopalis status sit perfectior, ut ad perfectionem pertinens tanquam quoddam perfectionis magisterium: hinc est quod illius perfectio non supprimitur, aut supplantatur per istius adeptionem, sed potius conferuatur, custoditur, & validatur.

Itaque Episcopo Regulari ex administratione

Anton. Diana Pars XII.

stratione Episcopali à iure concessa illi plenum dominium, & alienandi facultatem tribuere non debemus, cum nuda solum bonorum post Episcopatum quouis titulo acquiritorum administratione fungatur; proprietatem autem Ecclesiæ, cui præest, procul dubio quærat, dicto cap. Statutum 18. questione 1. ibi: Postquam enim Episcopus ordinatur ad altare quod sacrificatur, quod acquirere potuit, restituat, cap. cum olim 14. vers. Præerea de Priuileg. Couarruias in cap. de testament. n. 17. & 19. Molina de primogen. capite 10. numero 28. Pereira Iunior. decisione 75. numero 1 & 3. Cened. de Paupertate Religionis, dubitatione 44. numero 5. & à numero 31. Pelagius de planctu Ecclesiæ, libro 2. capite 24. Fab. de Anna dicto consilio 4. numero 107. Campanilla rubr. 12. capite 14. numero 8. Lessius de Iustitia, & Iure, libro 2. capite 4. dubitatione 11. post alios Sanchez libro 6. dicto capite. 6. numero 8. & libro 7. capite 32. numero 62 & 63. Barbosa in dicto capite Statutum, numero 12 & 13. sequentibus. Nam indubitata est differentia inter Episcopum à Monachismo promotum, vel à Clericatu, quod iste omnia post Episcopatum sibi obuinentia, siue iure hæreditario, siue quouis alio, ad eum velut ad verum Dominum pertinent, deque illis liberè disponere potest; ille verò nudam tantum habet administrationem ex munere Episcopali ipsi iniuncto competentem, Sanchez dicto capite 6. numero 8. & 10. & ex plurium sententia resoluit Nicolaus Garzia de benefico. 7. part. capite 10. numero 89. & hanc sic restrictam, ac limitatam, quod exceptis sumptibus necessariis, nihil de bonis quomodocunque quæsitis in præiudicium Ecclesiæ, cui præest, disponere, aut alienare valet, text. in capite Non dicatis 12. questione 1. cap. cum ad Monasterium de Statu Monachorum, cap. cum olim. vers. præerea, de Priuileg. & ibi Glossa verb. Restitutionem. Et resoluunt post Emanuelem Rodriguez, Nauarra, Sanchez, & alios, Hieronymum Rodriguez, Lusitanum in Compendio Questionum Regularium, patrum resolut. 60. numero 9. Gabriel Pereira dicta decisione 75. numero 3.

Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam probabilem esse olim putauit, & nunc iterum puto ad compescendam audaciam Theologastri, qui his diebus improbabilem, & nimis laxam notauit hanc opinionem. O perfrictæ frontis hominem

L 2 minem

minem. Ergo improbabilis erit opinio, quam docuerunt Sorus, Angles, Medina, Palacios, Vasquez, Marquez, Pontius, Puenre, Hurrado, Vvadingus, & alij plures à me alibi citati, qui merito Gigantes Theologiæ vocari possunt, & qui validissimis rationibus firmant Regularem ad Episcopatum assumptum liberum remanere à voto paupertatis. Et hanc sententiam contra dictum Theologastrum etiam Auctores opinionis contrariæ asserunt esse probabilem, & tutam in praxi fatentur, ita docet Sanchez in *Summa Theologiae, tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 13.* Probatum probabilitas huius sententiæ, ex textu in *cap. statutum 18. questione 1. ibi; Monachus quem canonica electio à iugo Regula Monastica professionis absoluit, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopatum facit, velut legitimus heres paternam sibi hereditatem postea, iure vindicandi, potestatem habeat.* Tum quia liber euadit, & est absolutus à iugo Regulæ, id debet intelligi de iugo, seu nexu principali Religionis, hoc est professione, quæ illum verum constituebat Religiosum, aliàs paternam sibi hereditatem vindicare non posset, ut potest; cum si obedientiæ, & paupertatis vinculo arctaretur, Superioris indigeret placito, & cum eo solum Religioni acquireret, non autem sibi vindicaret, ut incapax dominij, sine quo vindicatio non procedit, *leg. in rem. ff. de rei vindic.* Tum quia verba, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum facit designantia terminos à quo, & ad quem, quorum vnus alterum excludit, clarè denotant Religiosum non manere illum, qui est creatus Episcopus, cum de statu Religioso: ad Episcopatus dignitatem ascenderit; *cap. nisi cum pridem de renunc. ibi Facilius indulgetur, ut ascendat Monachus ad Presulatum, quam Presul ad Monachatum descendat.* Secundò talis Episcopus qui Monachus existens habitum Religionis præcisè portare tenebatur dimittere potest, Manuel Rodriguez *quest. regul. tom. 2. quest. 58. art. 3.* Tapia in *Authent. ingressi, Cod. de Sacrosanct. Eccles. ver. Sua, cap. 6. num. 61.* Graff. in *Summ. lib. 2. cap. 57. num. 9.* Azor. *institut. moral. lib. 12. cap. 7.* Pater Hurtado de Mendoza de *Fide, Spe, & Charitate, tom. 2. disput. 160. sub sect. 3. §. 64. vers. Sed in aliquibus.* Tertio potest in vita de bonis suis, ac de acquisitis intuitu Ecclesiæ tam amplè disponere, ut valet licitè Episcopus secularis. Cardin. in *Clement. 2. vers. Sed & tales, not. 1. de vita, & honestate*

Clericorum, Farinac. tom. 2. nouiss. decis. 241. num. 4. Sanchez in *precept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 14.* Augustinus Barbofa de *offic. & potestate Episcopi, part. 3. allegat. §. 114. num. 22.* Mar. Cutell. d. *tract. de donat. tom. 1. tractatione 1. discurs. 2. part. 3. num. 136.* Quarto testamentum ante professionem factum, quod existens Religiosus reuocare non poterat, Abbas in *cap. in presentia, num. 61. de probat.* Ioan. Guttier. *Canonic. quest. lib. 2. cap. 1. à num. 37.* factus Episcopus euertere valet. Iaf. post Bart. in *Authent. ingressi, num. 7. Cod. de Sacrosanct. Eccles. post Tabiam ibid. verb. Ideoque neque de ius, cap. 2. num. 67.* Molfes. d. *conf. 1. num. 21. cum duobus seqq.* id confirmat exemplo mortui reuiuiscens, & omnia sua recuperantis Quintò, donare potest, Baldus in *cap. Cleric. cl. 2. numero 7. de vita, & honestate Cleric.* Cardinal. in *Clement. 2. §. sed & tales, in princ. eod. tit.* Nauar. *conf. 15. de regul. & conf. 78. numero 4.* Rota diuersi 772. *part. 1.* Farinac. *tom. 2. nouiss. decis. 241. num. 4. & per totam, & decis. 306.* Ludouif. *decis. 401. per totam.* Cum autem id sit dominium transferre, §. sic itaque discretis, Institut. de *actionibus*, inde planum fieri videtur in eo rei donatæ dominium residere. Cæteras rationes videbis apud citatos Auctores, & præsertim apud Hurradum, & Vvadingum. Vnde licet ego adhæream primæ sententiæ negatiuæ tanquam communiori, & iustiori, assero tamen secundam sententiam affirmatiuam esse probabilem, consulto tamen Episcopis regularibus ne discedant à prima sententia D. Thomæ, quæ, ut dixi, est communis, & præctanda.

An Consecratio Episcoporum efficiat, ut ipsos offendentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cænæ contra offendentes Cardinales.

RESOLVTIO CVII.

Respondeo negatiuè. Dico igitur quod in dicta excommunicatione 11. Bullæ includuntur, Primò Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui sic dicuntur ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptarunt, tamen capellum nondum obtinuerint, uti tradit Sayrus *lib. 3. cap. 15. num. 3.* Filliucius *tract. 16. num. 1.* Bonacina *disput. 1. quest. 12. punct. 2. num. 2.* Secundò Patriarchæ, id est, Summi Patres

Patres inter Episcopos primum locum tenentes. Tertio, Archiepiscopi, id est, Episcopi Metropolitanæ pluribus Episcopis præsidentes, sic nuncupati post Pallij receptionem, *cap. transmissa de Electione, cap. Nisi specialis de Auctoritate, & vsu Pallij.* Quarto Episcopi vnus Ciuitatis, vel Diocesis. Debent autem secundum probabiliorem sententiam, quam defendit Caietanus verb. *Excommunicatio. 12.* Sayrus *ubi supra, num. 4.* Nauarrus *cap. 27. num. 67.* Hugolinus in *presenti, verb. Patriarcha, n. 3.* Filliucius *quest. 5. num. 240.* Suarez *disput. 21. sect. 2. num. 69.* Bonac. aliis relatis *disp. 1. q. 12. punct. 2. num. 7.* aduersus Graff. *1. part. decis. lib. 4. cap. 18. num. 101.* esse consecrati. Neque sufficit esse electos, & confirmatos; quia ante consecrationem non sunt Episcopi verè & propriè, cum non sint caractere Episcopali insigniti, tamen Episcopali iurisdictione gaudeant. Et cum versetur in materia odiosa, non debet nomen Episcopi vltra propriam, & strictam significationem extendi. Quintò, Legati, seu Nuncij, qui à Summo Pontifice causa negotiorum ad Principes mittuntur; dum eorum Legatio durat Itaque nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Leander de *Censuris, tom. 4. tract. 3. disp. 11. q. 12.* Rubeus in *Aphor. Episc. verb. Consecratio, num. 15.* Dico itaque quod interficiens, aut capiens Episcopum electum confirmatum, etiam post acceptam possessionem Episcopatus, nondum tamen consecratum; non remaneat obstrictus hac Bullæ excommunicatione, quamuis remaneret alia, etiam reseruata Papæ, *cap. Si quis suadente 17. q. 4.* Sic Caietanus verb. *Excommunicatio. 12. ibi.* Aduerte hinc quod appellatio Pontificis, seu Episcopi, non venit, nisi consecratus Episcopus: quia electus, & non consecratus non est Episcopus, licet sit administrator, & Episcopus electus, Syluester *excommunicatio. 7. §. 14.* Nauar. *cap. 27. n. 67. vers. octaua* Toletus *l. 1. c. 25.* Abbas, Felinus Cardinalis, & Diuus Antoninus, quos omnes refert, ac sequitur Alterius *l. 5. d. 12. c. 3. dub. 2.* Suarez *disp. 21. sect. 2. n. 69.* ubi ad fundamentum oppositæ sententiæ respondet, quod licet Episcopus electus, & confirmatus sit verè Episcopus, quoad ea, quæ iurisdictionis sunt, quia tamen deest illi consecratio, propter quam immunitas hæc, & priuilegium Episcopis est concessum, ideo hoc priuilegium fo-

lis Episcopis consecratis esse concessum censendum est. Et licet infra, ut videbimus pluries nomine Episcoporum veniunt electi, & confirmati, licet non consecrati, hoc tamen procedit in fauorabilibus, non autem in odiosis, ut est casus noster. Ergo, &c.

An qui consecratur in Episcopum ante legitimam ætatem triginta annorum incurrat suspensionem, vel irregularitatem?

RESOLVTIO CVIII.

Hoc dubium mouet, & sic respondet Suarez in *3. parte, tomo 5. disputacione 31. sectione 1. numero 29.* Aliud dubium est; An hæc pœna locum habeat in eo; qui ante legitimam ætatem Episcopus consecratur. Nam in Sacris Canonibus certum etiam ætatis tempus ad Episcopatum præscribitur, scilicet triginta annorum: consecratio etiam Episcopi iuxta communem, satisque probabilem sententiam, Ordo quidam est, & consequenter inter Sacros Ordines numerandus; ergo suspensio lata in eum qui suscipit Ordinem Sacrum ante legitimam ætatem, comprehendet eum, qui ante trigessimum annum fuerit consecratus Episcopus. Nihilominus dicendum est illam pœnam, & constitutionem non extendi ad Episcopos. Primò quidem ob illud principium generale, quod suspensio generatim lata non comprehendit Episcopos, nisi eorum fiat specialis mentio, iuxta *cap. Quia periculosum, de sententiis excommunicationum, in 6.* Secundò, quia ex multis circumstantiis constat illam Extrauagantem non loqui de Episcopo; tum quia licet Episcopatus sit Ordo, tamen eius collatio propter excellentiam consecratio dicitur potius, quam ordinatio. Tum etiam quia illæ particulæ *littera dimissoria, Extra tempora,* & similes non accommodantur Episcopatus. Ita Suarez: Cui ego addo Scipionem de Rubeis in *Aphorism.*

Episcop. verb. Consecratio, n. 11.

& Mauritium Azedum
de *Præst. Episcop.*

p. 1. c. 4. n.

An Consecratio Episcopalis suscepta per saltum inducat suspensionem?

RESOLVTIO CIX.

AD hanc difficultatem sic respondet Suarez de consecrat. disp. 3. sect. 5. vbi sic ait, *Dubitari tandem circa hunc casum potest, an suscipiens per saltum consecrationem Episcopalem, hanc suspensionem incurrat, & irregularitatem, si Pontificale ministerium exerceat.* Sed cum supra dictum est, appellatione Ordinum non venire in his legibus consecrationem Episcopalem, neque etiam suspensionem generatim latam Episcopos comprehendere: ideoque certum est hanc suspensionem ad casum illum non extendi. Solum oportet obiter hinc aduertere, quod (Deo dante) latius in sequenti Tomo dicemus, si quis ita consecretur Episcopus per saltum, vt Sacerdotij ordinem prætermittat, eum non solum manere suspensum, verum etiam non manere consecratum, quia Character Episcopalis si quis est, essentialiter requirit characterem Sacerdotalem, vel ab eo non distinguitur: quod secus est in inferioribus Ordinibus: nam licet inferior, vel inferiores prætermittuntur, collatio Superioris valida est, quantum ad impressionem characteris. At vero si in illo saltu non Sacerdotalis Ordo, sed alius inferior sit prætermittendus, consecratio quidem Episcopalis valida erit, quamuis ex sententia Glossæ vlt. in cap. unico de clerico per saltum promoti, ordinem quem non habet, aliis conferre non possit. Dicendum est igitur quod qui suscipit per saltum consecrationem Episcopalem, non incurrit suspensionem latam contra Ordinatos per saltum: nam appellatione Ordinum non venit in his legibus consecratio Episcopalis. Et ita etiam docet Rubeus in Aphor. Episc. verb. Consecratio n. 4. qui postea n. 5. Cum Suarez vbi supra rectè obseruat, quod Episcopus, qui scienter consecratur ab Episcopo hæretico, Schismatico, excommunicato, interdicto non toleratis, aut à Simoniaci per sententiam declarato, est à Pontificalibus suspensus. Sed de hoc supra à nobis actum est.

An antequam Episcopus consecretur rectè præmittatur processus de vita, & moribus.

RESOLVTIO CX.

SVggillat hæc omnia more suo Marcus Ant. de Dominicis in sua Republica, contra quem sic effatur Zacharius Bouerius in Censura paranetica, lib. 2. cap. 2. *Velut indubitatum statuis (inquit) manuum impositionem, & alias Sacras Cereemonias ab Apostolis, Apostolicisque viris, ab ipsa nascens Ecclesia exoratio in deputacione Episcoporum fuisse adhibitas, & à nobis inuolabili Ecclesia sanctæ consuetudine esse adhibendas, in quo sanè Catholici hominis personam induis: & adhuc præclarissimum, cum Caluino his verbis, Jugillat; Miror itaque Caluinum dixisse præter manuum impositionem, nihil præterea cereemoniarum adhibendum se legere: aliis enim legi, & inueniri in usu antiquissimas cereemonias iam ostendi; Multo magis miror eundem dixisse, Ordinationem nihil aliud esse, quam merum ludibrium: grauis enim sit iniuria, & Paulo super Timotheum manus imponenti, eumque sic in Episcopum ordinanti, & toti antiquitati, quam vidimus pie & sanctè in ordinationibus Episcoporum cereemonias adhibuisse. At non diu Lupus ouis pelle contactus se ouem persuadere potest, quin statim se suo ululatu lupum prodat; Hactenus ouem, mutato velle simulasti, iam te lupum ex ululatu agnoscimus, cum voce mutata scribis, Nisi velis (vt videtur) modernas aliquas nouas nostras cereemonias respuere, & actus aliquos in ordinatione Episcoporum, ad speciem tantum; & verè ad ludibrium vsitatos, suggillare: Vt quod, verbi gratia, de vita, & moribus formetur processus, vt plurimum in Curia Romana, vbi ab Ordinando testes offeruntur, qui ei placuerint; aut vbi nulli testes personam nouerint: quod, & illiterati, & vitii insignibus deprauati promoueantur; examina tamen dicuntur præcedere, ieiunia illa quidem, & inania, non sine fuco fortasse, & fallaciis. Optime quidem, Marci Antony, non quæ erga alios, sed quæ in te vno cum ad Episcopatum assumptus es, exactius fortè obseruari debuissent, tuis verbis admones. Nam si in processu de vita, & moribus tuis formando, cum primum ad Segniensem Episcopatum, vel Spalatenum Metropolitim inhiabas, non ita oscitanter, ac nimia cum indulgentia, forte sub*

sub melioris vitæ pollicitatione, ac iuramento itum fuisset; Si superba literarum pompa, omni Religione, ac pietate vacua, quæ ad hereses, ac Schismata currebas, paulò diligentius explorata fuisset; si tumidum ambitione pectus, si Regularis disciplina odium, si effrenis viuendi licentia: si denique tua antea vita ratio grauissimis vndique sceleribus contaminata paulò exactius, ac seuerius examinata ad Summum Pontificem delata fuisset: certè Ecclesia Marcum Antonium Episcopum non habuisset; neque modo Schismaticum, atque hæreticum lugeret. In te vno si quid oscitantia obrepit, delictum fuit: in ceteris enim hoc delictum non agnosimus: Sed fortasse id vitio tuo, beneficij in Ecclesiam conferres, vt in Episcoporum promotionibus, non tam vitæ probitatis, quam piæ ac utilis doctrina (vti fieri solet) seuerior atque austerior in posterum ratio exigatur; Hucusque Bouerius contra hostem illum infensum Romanæ Ecclesiæ Circa diligentiam cum qua formantur processus de vita, & moribus, & aliis requisitis ad Episcopum promouendum, vide Gerundam de Episcopo tom. 2. lib. 8. disput. 8 per totam.

An Consecratio Episcopalis facta per Angelum sit valida.

RESOLVTIO CXI.

CAsus accidit in facti contingencia teste Nicephoro lib. 11. Histor. Eccles. cap. 10. in personam sancti Amphiphij. Deus (ait ille) misit, qui mysteria, & Arcana benedictione, & Episcopali arrogatione eum dignitatis, intellectuali modo consecratur. Sed resolutio huius difficultatis pendet ex illa quæstione, An soli homines viatores possint ministrare Sacramenta; Respondetur, quod error fuit Lutheri non solum homines, sed etiam Angelos, imo etiam, Diabolum ipsum posse efficere sacramenta; cuius verba refert Bellarminus lib. 1. de Sacram. in genere, cap. 24. propter illud scilicet falsum fundamentum, quod verba Sacramentorum concionatoria sint, & nullo alio modo concurrant ad iustitiam, quam excitando, ad fidem, eamque casualitatem cereemoniæ sensibiles possint habere, etiam si fiat à Dæmone affluente aliquam humanam figuram.

Verum hæc sunt Hæresiarcharum deliramenta. Ideo negatiuæ sententiæ adhæ-

reo, quam esse de fide existimo: ex primâ Christi institutione constar, ne Angelos quidem habere potestatem ministrandi illa; Christus enim solis Hominibus dixit baptizantes eos, in nomine Patris, &c. aut hoc facite in meam commemorationem, & quorum remisistis peccata remittuntur eis. Accedit quod formam Sacramentorum esse voluit naturales voces quales sunt tantum illæ, quæ ab homine formantur. Non nego tamen, quod si aliquis post mortem suscitaretur futuram in illo auctoritatem ministrandi validè Sacramentum. Præterea si quis bonus Angelus actionem sacramentalem præstaret putandum esse validum Sacramentum: boni enim Angeli sine peculiari auctoritate ad tale munus huiusmodi actionem non præstant. Si tamen de ordinaria potestate loquendum sit omnino certum est, vt diximus tantum esse in hominibus. Si verò aliquod Sacramentum administraretur à Diabolo non est habendum validum, sed inuolidum, nec enim credendum est Deum vnquam daturum Diabolo eam facultatem; non tamen repugnat de potentia absoluta Dæmonem baptizare de mandato Dei, qui illum potest cogere tanquam creaturam sibi subiectam: ita Franciscus Pitigianus distinct. 1. quest. 1. art. 3. conclus. 3. & alij citati. Neque obstat, quod Angelus non possit propriè loqui, Deus enim bene potest velle, vt sufficiant in eo casu voces, aut soni similes vocibus humanis, & hæc omnia docet Dicastillus de Sacramento, tomo 1. tract. 1. disput. 3. dub. 4. num. 32. cum seqq. Vasquez in 3. part. disput. 135. num. 29. Suarez ibidem disput. 13. Coninch de Sacramento, quest. 64. art. 4. Cardinalis Lugo disp. 8. sect. 1. Ochaguaia de Sacramento, tract. vnic. quest. 21. num. 10. Castrus Palaus tom. 4. tract. 18. disputat. unica, punct. 5. num. 1. Leander de Sacramento, tom. 1. tract. 1. disput. 4. quest. 1. Granadus in 3. part. controuers. 3. tract. 5. disput. 2. num. 3.

Itaque ad dubium propositum responderet cum Diuo Thoma in 3. part. quest. 64. art. 7. vbi sic ait: quod sicut Deus virtutem suam non alligauit Sacramento, quin possit sine Sacramento effectum Sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligauit Ecclesiæ ministris, quin etiam Angelis possit virtutem tribuere ministrandi in Sacramento; Hoc idem docuit Diuus Augustinus lib. 2. contra Parmenianum, cap. 15. quod attinet ad Baptismum adest Deus, qui dat siue per hominem, siue per

Angelum, &c. At hic omnis difficultas quod si aliquis Beatus in corpore, & anima, vel certè si miraculosè resurgeret aliquis Sacerdos, vel Episcopus cum corpore tamen gloriofo, an iste sacerdos, vel Episcopus Beatus posset verum Sacramentum, vt modo fit, efficere, seu an talis beatus esset tunc sacramentorum minister ordinarius, nam de extraordinario non est dubium, patet ex dictis de Angelis, & animabus separatis; Aliqui mordicus negant, ita Coninch. *de Sacram. quest. 64. art. 7.* Mercurius, & Ioannes V Viggers *in 3. part. quest. 64. art. 7.* Hurtad. *de Sacrament. disp. 4. distinct. 3.* Gabriel à Sancto Vincentio *tract. de Sacram. disp. 7. quest. 1.* Cardinalis de Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 8. sect. 1.* & alij, & ratio est, quia videtur Christus Dominus potestatem huius ministerij solis hominibus commississe ad quos solos dirigitur vbique in Scripturis sermo eius, vbi de sacramentorum dispensatione agitur Neque obstat, quod remaneat in beatis character, quia non manet in illis ad ministerium obeundum, vt supra diximus, sed tantum ad ornatum, & in signum ministeriorum probè functorum: neque ille est potentia aliqua physica, quæ per se valeat operari physicè Sacramentum, aut eius effectum.

Sed licet hæc opinio sit fatis probabilis, ego contrariam non minus probabilem esse existimo, & ideo illam tenet Nugnes *de Sacram. tom. 1. quest. 64. art. 7.* Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disput. 2. num. 38.* Auerfa *de Sacram. tom. 1. quest. 64. sect. 2.* Surian. *de Sacram. tom. 1. lib. 3. cap. 9.* Henriquez *de Sacram. in genere, lib. 1. cap. 16. num. 2.* & alij, & ratio est, quia anima quando corpus verum reassumit, tunc enim concurrunt omnia necessaria ex parte ministri ad substantiam Sacramentis; potest enim profere verba humana, applicare materiam, & ex alio capite supponimus habere characterem necessarium, & cætera alia requisita, si Sacramentum postulet: De anima verò separata, sicut de Angelis philosophandum est.

Neque aliud probat Coninch. primum enim, quod ait de corpore non verè humano reassumpto, concedimus tunc non valere; neque id est contra nostram doctrinam; tunc enim non erit verè homo. Quod verò addit, si resumant Beati proprium corpus, sed beatum non valere, quia sacramenta pro solis hominibus viatoribus instituta sunt, ac proinde ordinarios eorum ministros institutum solum esse viatores,

verum quidem est; non tamen ex eo, quod ministri non viatores non esse possint, sed quod ministri ordinarij Sacramentorum solum sint viatores; nempe, quia isti sunt qui ordinariè agunt cum viatoribus, si tamen extraordinaria facultate, & permissione Dei homo non viatoribus ageret, & apud illos versaretur sine noua alia concessione ad validè conferendum Sacramentum posset illud validè conferre: itaque aliud est, esse ordinarium ministrum Sacramenti; aliud verò, esse ordinarium statum in quo minister aliàs ordinarius posset ministrare.

Hoc postremum non habent, nisi viatores, illud primum possunt habere non viatores, qui tamen per extraordinariam concessionem in eo loco, aut modo agendi constituti possunt vti potestate quam habebant ordinariam. Ad argumenta verò Coninch. & alios contra nostram sententiam Doctores latè responderet Dicastillus vbi supra. Dicendum est itaque, quod quamuis verum sit Christum tradidisse potestatem conficiendi, & ministrandi Sacramenta hominibus viatoribus; tamen ex sacra Scriptura non constat hanc potestatem in solis viatoribus limitasse, ita vt eam aliquis beatus habere non possit iam corpori glorificato vnitus.

Sed his, omnibus rectè suppositi quæro pro curiosis, an de facto fuerit aliquod Sacramentum ab Angelis, vel Beatis ministratum. Aliqui ex Doctoribus citatis videntur affirmatiuam sententiam supponere, verbum doctus, & acutus Augustinus Bernal. *de Sacram. disp. 17. sect. 1. num. 15.* contrariam sententiam sustinet; nam legimus quidem sanctos Angelos, & Animas Beatas sacram præbuisse Eucharistiam vt quod, & alij de Thoma Apostolo referant, nempe, anno. 1220. Ioannem quemdam Indorum Patriarcham Summo Pontifici Calisto II. & Cardinalibus in Consistorio testatum esse, quod Sanctus Thomas Apostolus singulis annis Sacrosanctam Eucharistiam Populo distribueret, & quod in vita Beati Stanislai Kostka Societatis Iesu nempe sanctos Angelos semel, ac iterum sacram Eucharistiam ei ministrasse. Nunquam tamen legimus illam consecrassè, ac proinde, nec Sacramentum effecisse.

Id ipsum roboratur egregiè ex historia quam refert Baronius *tom. 8. anno 650.* nempe Sanctum Petrum in Anglia apparuisse, & Ecclesiam suo nomini dicatam, quæ die sequenti consecranda erat consecrassè,

crasse, & Episcopum admonuisse per internuncium, ne iterum eam consecraret, sed suppleat, inquit, quod omittimus Domini mei Corporis, & Sanguinis Sacrosancta mysteria. Itaque Anima Sancti Petri, cum caeremonias alias adhibuisset, Sacramentum tamen non consecravit.

At obstat exemplum Sancti Amphiphilij adductum in principio huius Resolutionis ex Nicephoro, qui testatur fuisse consecratum in Episcopum ab Angelo. Verù Bernal *loc. cit.* putat illam consecrationem non fuisse verè Sacramentum, sed purè intellectualem. Deinde addit Bernal. illam Historiam difficilem esse creditu, primò, quia singularissima in Ecclesia, vt patet; secundo, quia citra necessitatem, si enim Episcopi aderant, vel statim adfuturi erant quorsum Angeli ordinassent. Tertio, quia licet reuera ordinassent Angeli, debuissent profecto homines adicere in Ecclesia caeremonias ordinationis accidentales, vt populus eum pro Episcopo haberet, eaque reciperet. Cùmque hoc ibi non afferatur, sed potius negetur suspecta mihi est huiusmodi narratio. Ita Bernal. cui etiam adde Ioannem Præpositum *in 3. part. D. Thome, quest. 64. art. 4. dub. vnic. num. 10.* vbi docet illam narrationem Nicephori minus solidè intentum probare.

Verùm plures Authores videntur supponere, & admittere Nicephori historiam, & consecrationem Sancti Amphiphilij factam ab Angelo, vt nouissimè doctus P. Ioannes Morandus *in suo satis erudito cursu Theologico tom. 2. tractat. 2. de Sacrament. in genere, quest. 17. num. 433.* Gabriel à Sancto Vincentio *tractat. de Sacram. part. 1. disp. 7. quest. 2.* Hurtad. *de Sacram. disp. 4. difficult. 3.* Becanus *de Sacram. l. 2. cap. 3. quest. vnic. art. 1. propos. 5.* & alij, quos citat, & sequitur Surianus *de Sacram. tom. 1. lib. 3. cap. 17.* vbi sic ait: *Collige secundò, quod si contingat aliquem hominem ab Angelo in Episcopum ordinari, & ex certa reuelatione constet illum fuisse Angelum bonum, talis ordinatio valet, & vt tota habenda est quemadmodum docent Suarez, Bellarminus, Henriquez, & alij locis citatis, qui ad hoc comprobandum quoddam exemplum adducunt à Nicephoro lib. 11. cap. 20. relatum vbi dicit S. Amphiphilium ab Angelis fuisse ordinatum, & consecratum Episco-*

pum, quam consecrationem postmodum ratam habuerunt ceteri illius Provincia Episcopi quibus credendum est, ex certa reuelatione clarè constasse, quod ille Angelus, cui hoc ministerium diuinitus fuerat assignatum fuerat Angelus bonus.

Vnde supposita tanquam vera dicta historia, dicendum est tunc Angelos consecrassè in Episcopum sanctum; Amphiphilium non de lege ordinaria Dei, sed de potentia absoluta, vt posset consecrare alios, si Deus veller, vide præter Doctores citatos sapientissimum & illustrissimum Episcopum Franciscum Araujo *in 3. part. D. Thom. tom. 2. inspect. 64. artic. 7.* Carolum Mallerum *in auro Theologia moralis, tom. 1. malleatione 1. practica 14.*

Hermaphroditus consecratus Episcopus, si postea in eo præualeret sexus femineus, an si consecraret alios Episcopos, valida esset talis consecratio.

RESOLVTIO CXII.

CAsus est curiosus, vt suppono, præualente in Hermaphrodito foemineo sexu non posse validè ordinari, quia vt foemina est habendus, *l. queritur 10. ff. de statu hominum*, sed foemina est incapax ordinis. Idem dic, si æquè vtrumque sexum participaret: quia quamuis ex ea parte qua vir est validè ordinari; tamen, quia æquè est foemina, absolute incapax Ordinis dici debet; nam in eo casu Sacramentum Ordinis suspensum maneret, nec characterem imprimeret. Syluester *verb. Hermaphroditus. Nauarr. consil. 8. de aetate & qualitate ordinandi*, Auila *de censuris, part. 7. disput. 3. dub. 5.* Quod si sexus virilis præualeat, tunc posset validè ordinari: quia vt vir est censendus dicta *l. queritur. ff. de statu hominum*, opus tamen esset tunc Pontificis dispensatione cum Hermaphroditus sit irregularis. Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 203.* Tol. *lib. 1. cap. 25. num. 4.* Sayrus *lib. 6. de censur. cap. 8. num. 25.* Suarez *de censur. disp. 52. sect. 3.* Valquez *tom. 3. in 3. part. disp. 245. cap. 2. num. 3.* Molpheyus *in summa, tractat. 2. cap. 1. num. 48.* Quamuis nec certum sit eum esse irregularem, quia nullus est textus hoc prohibens, & si res esset occulta cessante scandalo, & monstruositate corporis præualentèque sexu virili posset etiam licitè ordinari, licet tutius esset à Papa dispensationem petere.

His.

His suppositis ad casum propositum loquens de Sacerdote consecrante, & idem dicendum est de Episcopo ordinante, affirmatiue respondet Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 20. num. 195. vbi sic ait; *Maiores difficultates est; an, qui prius valide ordinatus fuit praualentem virili sexu; postea decursu temporis (quod non videtur impossibile) praualentem femineo maneat, non solum irregularis, ut licite non possit in suo ordine ministrare, sed etiam, ut nec valide, v.g. si fiat ille talis prius Sacerdos, & postea decursu temporis praualeat femineo sexu dubitari potest, an, de facto profertur verba consecrationis panis, & vini supra debitam materiam, valide consecret? Res non videtur omnino clara, ut sequentes rationes dubitandi ostendent.*

Pro parte enim affirmatiua facit, quod character Sacerdotalis impressus est in anima, eaque potestas collata, ac proinde quantumvis sexus mutetur, non deletur ille character Sacerdotalis: Ergo non est caput unde affirmemus illam potestatem non perseverare, & consecrationem non esse validam.

Pro parte vero negatiua videtur facere, si non institutio ipsa Sacramento, (que in fieri consistit, & quando Sacramento fiebat, subiectum erat capax) saltem institutio gradus Sacerdotalis, que virum requirit, ut talem gradum habeat, nec enim Christus instituit Presbyteras, sed Presbyteros. Unde fit, actionem illam consecrandi non habere effectum, quia actio consecrandi debet fieri à Presbytero, & illa cum sit simpliciter femina, non est Presbyter.

Confirmatur à simili; nam probabile est non valere Sacramento administratum ab homine non viatore, solum, quia Sacramento instituta sunt fieri à Ministris viatoribus, ut late contendit Coninch, ibi citatus, qui vult neminem, v.g. damnatum, etiam (non tamen ad statum viatoris) rediret ad corpus suum, non consecraturum, & tamen nominus verum est, aut certum, quod Christus pro munere Sacerdotali, & consecranda Eucharistia elegerit solum viros, & non feminas, quàm, quod elegerit viatores, & non eos, qui iam sunt extra viam: ergo, sicut quantumvis characterem Sacerdotalis haberet vir non iam viator, non consecraret iuxta illam opinionem; ita neque femina, quantumvis eo tempore, quo erat in praualentem sexu virili, acceperit indelebilem characterem in anima.

Probabiliorum nihilominus puto partem

affirmatiuam. Nam licet ad primo consecrandam potestatem Sacerdotalem, & characterem, requiratur sexus virilis saltem praualens; tamen ad retinendum characterem semel in anima impressum, non videtur requiri, neque ad retinendam potestatem. Imò à paritate non viatoris possumus argumentum sumere; sicut enim non viator retinet suum characterem, & potestatem, quam acceperat dum viator esset, eamque non amittit, quia acceperat in tempore, quo erat capax accipiendi; ita similiter in Hermaphrodito ph. lo sophandum est maximè, cum, & in citato loco tanquam probabilior sententiam D. Thomam, & Suarium sequuti dixerimus contra Coninch, hominem non viatorem posse ministrare Sacramentum. Hucusque Dicastillus, cui adde doctum Fratrem Leandrum tom. 2. tract. 6. disp. 6. q. 7.

Verum his non obstantibus ego puto in tali casu Hermaphroditum Sacerdotem, nec valide consecrare, & Episcopum factum neque valide conferre Ordines, nec alios Episcopos valide consecrare, & hanc sententiam tenet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo in respons. lib. 1. dub. 51. num. 4. sic asserens: Consequenter in questione proposita dicendum videtur, Hermaphroditum illum valide antea ordinatum, quando virilis sexus in eo praualebat, praualente postea sexu femineo, retinere quidem illum characterem Sacerdotalem anima impressum; non tamen posse valide consecrare, vel abolvere. Et quidem quod character adhuc remaneat, probari facile potest, quia cum hic non sit qualitas materialis, sed spiritalis anima impressa, & suapte natura indelebilis, ut suppono ex tractatu de Sacramento in genere, manente eadem prorsus anima in illo composito, non deberet deleri character Sacerdotalis, sicut nec deletur character Baptismi, vel Confirmationis, quod à fortiori explicari potest posito alio casu naturaliter quidem impossibili, non tamen supernaturaliter, & miraculose, si Deus, v.g. animam viri Christiani, & Sacerdotis transferret in corpus femina, & anima Sacerdotis esset quidem femina cum corpus esset femineum, anima tamen retineret gratiam, & characterem Baptismi accepti in corpore priori, & characterem etiam Sacerdotalem; sed non posset femina illa consecrare, cum femina sit incapax eiusmodi functionis, imò nec in rigore femina illa esset baptizata, cum eius corpus nunquam fuisset ablutum aqua Baptismi, sed

sed deberet de novo baptizari; sicuti contra compositum alterum resultans ex corpore Sacerdotis, & anima femina infidelis, licet esset vir, non tamen esset Sacerdos, nec Baptizatus, cum anima neutrum characterem haberet. Nec obstat ex characteris, impressione argui tria illa Sacramenta, qua illum imprimis non posse reiterari, nam factum id de facto bene probari, & in ordine ad idem subiectum. Nunc autem loquimur ex Hypotesi impossibili in qua baptismus non esset reiterandus in eodem, sed in diuerso composito humano: unde nec illa est proprie reiteratio baptismi, cum ille homo nunquam fuisset baptizatus. Vides ergo in hoc casu non sufficere characterem Sacerdotalem in anima impressum, & perseverantem ad hoc, ut compositum illud esset Sacerdos, vel posset valide celebrare propter impedimentum proueniens ex incapacitate sexus feminei. Similiter ergo in casu nostro licet anima Hermaphroditii retineret characterem Sacerdotalem, non tamen posset pro eo statu valide Sacerdotij actus exercere propter impedimentum proueniens ex femineo sexu praualente iam in illo composito; eadem enim videtur esse ratio quoad hoc in utroque casu.

Neque obstat manere characterem, qui est signum potestatis Sacerdotalis, nam etiam in anima separata manet idem character, qui quidem in statu illo adhuc est signum potestatis, non tamen potestatis exercenda in illo statu, sed potestatis accepta ad actus exercendos in illo corpore in quo erat anima quando accepit illam potestatem. Si ergo in casu nostro maneret adhuc in anima Hermaphroditii character Sacerdotalis, qui esset signum potestatis accepta ad actus Sacerdotales valide exercendos in corpore, & sexu illo, quem habebat homo quando potestatem accepit, non in alio corpore, vel sexu diuerso: & hæc omnia docet Lugo vbi supra. Dicendum esse itaque puto in casu nostro Episcopum non solum in Missa minimè consecraturum Sacram Hostiam, & Sanguinem, sed etiam nec valide, neque ministrare consecrationem Episcopalem, ex his infertur hermaphroditum æque vtrumque sexum participantem, non posse in aliqua determinata Religione solemnem professionem emitte: quia, si profiteatur in virorum Monasterio, professio eius non est valida, quia æque est femina, ac vir: si autem in Monialium Monasterio, pro-

fessio eius non tenet quia æque est vir, ac femina, magnamque scandali occasionem, & libidinis ansam in vtroque loco praberet. Itaque, sicut tunc est incapax Ordinis, ita est incapax professionis, ut rectè docuit Henriquez libro 14. de irregular. cap. 18. numer. 6. & Nauar. vbi supra; secus autem est dicendum si praualente sexu virili in Monasterio virorum profiteretur, vel praualente sexu femineo in Monasterio Monialium solemniter voueret, tunc enim professio valida esset. Idem dicendum est de Hermaphrodito, qui matrimonio iungi voluisset, eademque regula est utendum cum eadem prorsus ratio militet, unde Hermaphroditus æque vtrumque sexum participans matrimonij incapax videretur nisi prius cautione det sub iuramento se determinato sexu semper vsurum.

Sed quid dicendum si postea in Hermaphrodito sexus femineus praualeat an matrimonium sit dissoluendum & affirmatiue respondet Cardinalis Lugo loco citato num. 5. sic enim asserit. Si Hermaphroditus in quo praualebat sexus virilis, matrimonium contraxisset cum femina, & postea per possibile, vel impossibile inciperet in eo praualere sexus femineus, in quo statu non potuisset denuò matrimonium cum femina contrahere, consequenter dicendum quod matrimonium dissolueretur, quia sicut non potuisset incipere, ita nec posset consistere verum matrimonium inter duas feminas, qui casus facilius posset contingere si Hermaphroditus, in quo praualebat sexus femineus, contraxisset matrimonium cum viro, & postea inciperet in ipsa praualere sexus virilis: tunc enim proculdubio dissolueretur prius matrimonium, eo quod non posset iam verum matrimonium consistere inter duos viros, quem casum miror apud Thomam Sanchez prætermisum fuisse in magno illo suo opere de matrimonio, ego saltem id inuenire non potui, vbi de impedimentis agit, & vbi agit de matrimonij insolubilitate, ad quem locum pertinet hæc exceptio singularis continens casum, quo matrimonium ratum, & consummatum dissoluitur, etiam quoad vinculum, & id obiter pro comperto supposuit Basilius Pontius lib. 7. de matrimonio cap. 57. num. 1. Quare consequenter etiam dicendum esset, si post dissolutum hac occasione matrimonium, Hermaphroditus, vel femina illa, qua transferat in virum rediret per possibile,

bile, vel impossibile ad sexum fœmineum, non ideo debere conualescere prius matrimonium, quod cum iam fuisset omnino dissolutum non posset stare, nisi denuò celebraretur, & saepe contingeret, quod prior maritus cum alia iam contraxisset, quod secundum matrimonium cum validum fuisset, & consummatum non posset dissolui per reditum prioris uxoris ad sexum fœmineum, ut constat. Hæc omnia Lugo.

At quid dicendum si fœmina erumpet in virum an ordinari posset, respondet Marchinus de Sacramento Ordinis, tract. 1. part. 4. cap. 2. num. 18. quod non licebit Episcopo hanc Ordinibus initiare, ob admirationem, & scandalum, quod homines conciperent, ut quem fœminam agnouissent nunc ad Altare ministrantem viderent: & ideo hæc difformitas canonicum gignit impedimentum cap. 2. de Cleric. agrot. Simon Maiolus lib. 1. de Irregular. cap. 27. num. 5. vers. Huc pertinet. Verum cognito sexu virili talis ordinatio, si non licita, saltem valida foret, cum iste verè esset vir, & consequenter capax Ordinis. Sed circa superiores difficultates, & alias vide Gibalinum. de irregularitate, cap. 3. quest. 2. confect. 6. num. 19. Martinum Perez de Matrimonio, disp. 37. sect. 14. & 15. & alios penes ipsos.

Quare Episcopus consecrandus ducitur vestitus veste candida, & in habitu Sacerdotali, ac de eius Præsentatione, Postulatione, & Interrogationibus.

RESOLVTIO CXIII.

ET tandem pro coronide huius Tractatus, deueniendum est ad mysticas interpretationes omnium, quæ obseruantur ab Episcopis in ministranda Consecratione noui Episcopi; de quibus pertractat ex Neoterico Augustin. Barbof. de potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 5. per. tot. sed pareant manes amicissimi heu quondam viti, nam posset accusari de crimine Plagario, nam omnia quæ de mystica interpretatione prædictorum Rituum obseruat, fuerunt ab ipso desumpta, & transcripta, tacito tamen eius nomine, à sapientissimo Stanislao Socolouio Canonico Cracouienfi, & Concionatore Regio, in Epithalamio de Consecratione Episcoporum, siue Oratione quarta impressa in suis operibus Cracouia, anno. 1591. à fol. 411. vsque ad fol. 484.

Itaque ego his, quæ ab ipso desumptam, addo auctoritatem Neotericoorum post ip-

sum scribentium; vnde ad dubium præsentis Resolutionis sic ipse respondet.

Ducitur igitur ad suum sponsorem nouus sponsus, ducitur in vestitu candido propter designationem illius candoris, & nuptialis vestis; sine qua, qui ingressus nuptias fuerat, in tenebras exteriores eiectus est. Nemo enim magno & Deo, & Sacrificio, & Pontificatui, dicit Gregorius, dignus est, nisi quis prius seipsum Deo Hostiam vinentem, & sanctam exhibuerit, rationabilemque cultum gratum, atque acceptum ostenderit, Deoque Sacrificium laudis, spiritumque afflictum, atque contritum obtulerit. Vestis ergo candida, innocentiam, vel animam indicat; ducitur autem in vestitu Presbyterali, atque Sacerdotali. Neque enim in prima illa Ecclesia licuit quendam Episcopum creari, qui non prius per omnes Ecclesiasticos gradus transierit, qui non per multos annos functiones omnium Ordinum exercuerit. Vnde illa laus Cornelij apud beatissimum martyrem, & Pontificem Cyprianum: Non iste, inquit, ad Episcopatum subito peruenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominium sæpe promeritus, ad Sacerdotij sublime fastigium, cunctis religionis gradibus ascendit; nec, ut quidam, vim fecit, ut Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet. Eodem modo Gregorius laudat Athanasium, laudat Basilium, & adfert hac de re suum iudicium: Nauticam legem præclaram censeo, qua gubernatori primùm remos committit, deinde ad proram collocat, sicque prioribus muneribus commissis; tandem cum post diurnam maris verberationem, ac ventorum gubernationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: Miles primò, deinde Centurio, tum Imperator: hic optimus ordo est iisque qui subsunt in primis conducibilis. Sed & ipse Pastor Pastorum Iesus Christus, per omnia primùm tentatus est pro similitudine absque peccato, priusquam Pontifex factus est, ut posset compari infirmitatibus multorum. Sic pertractus: sic vestitus, sistitur Principi Hierarcha, magni, & Sacrosancti Tabernaculi ministro, nonus sponsus; postulat. Postulari enim debet Episcopus, non postulare. De Dei enim, & Christi eius iudicio, dicit Cyprianus, de Clericorum omnium testimonio, de plebis, qua adest, suffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, loco, & gradu Cathedra Sacerdotalis vacante, Dei voluntate, atque omnium consensione, creari,

creari, & consecrari debet Episcopus. Postulat dicunt Sacri pronubi, Reuerendissime Antistes, Sacra mater Ecclesia, ut hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis. Faciunt autem id, ut doceant, neque Reges, neque Principes, neque Plebem, aut Ciuitatis Magistratum, sed Hierarchicam ordinationem atque benedictionem Episcopum constituere, illorum testimonium tantum, huius auctoritatem esse. Interrogatur postea: Num ea qua in diuina Scriptura legit, & intelligit, plebem cui preferendus est, & verbis & exemplis docere velit? Num traditiones orthodoxorum Patrum, ac decreta Sanctæ, & Apostolica Ecclesia, & ipse seruare, atque studiose docere propositum habeat? Num ipse superiori potestati Beati Petri, eiusque successorum, penes quos, Summam regimini sui primus, & summus Pontifex reliquit Iesus Christus per fidem, subiectionem, & obedientiam, secundum Canonum auctoritatem, & more, & lege veteri sese subiiciat? Num mores ab omni malo temperare, quantum poterit, Domino adiuuante, ad omne bonum commutare: castitatem & sobrietatem, cum Dei auxilio custodire, & docere: diuinis negotiis mancipari, & à terrenis negotiis, & lucris alienus esse: ne scilicet oculos, qui moderandis gressibus, præcant, cura pulueris obscuret, caput namque subiectorum sunt cuncti, qui præsumunt; & ut rectè valeant pedes itinera carpere, hac proculdubio caput debet ex alto providere: Num humilitatem, & patientiam in se ipso custodire, & alios docere velit? pauperibus item & peregrinis, omnibusque egentibus, propter nomen Domini, affabilis & misericors esse.

Quæ omnia ubi ille sanctè, & bona fide seruaturum se, quantum humana fert conditio, promiserit, summa eius oneris, quod subeundum est, illi ob oculos, tanquam in compendio, ponitur: Episcopum oportere iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, & baptizare. Quod onus cum humanarum virium non sit, sed Anglicis etiam ipsis humeris sublimis, cumque ab eo solo portari possit, à quo est omnis sufficientia nostra, conferunt se omnes, Consecrator, simul sponsus, Pronubi, ac tota Ecclesia, ad communem orationem, & ut recognoscant ciues Sanctorum, Domesticos Dei se esse, populum superna Hierusalem, adiungunt suis orationibus orationes Sanctorum: Ut quod eorum fragilitas non potest, istorum victorialis auctoritas impetret, ut qui iam sunt securi de suis, sint solliciti de nostris.

Anton. Diana Pars XII.

Super nouum igitur sponsum, primum ante conspectum Dei iacentem, Deum Patrem, ac Christum Dominum exornant, ut illi viro, utilitati Ecclesie prouidens, & benignitas omnipotentis diuina gratia sua tribuat largitatem; ut illum benedicere, sanctificare; & consecrare ipse dignetur. Hucusque Socolouius. Sed audiamus eius Echum Barbof. videlicet, ubi supra n. 5. sic asserentem: Deducitur postea consecrandus in veste, & ornamento Presbyterali, atque Sacerdotali: neque enim in prima Ecclesia licuit quemquam Episcopum creari, qui non per omnes Ecclesiasticos gradus transierit, qui non per multos annos functiones omnium Ordinum exercuerit. Cum, ut inquit Cyprianus lib. 4. Epist. 2. de Clericorum omnium testimonio, de plebis, qua adest suffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum Collegio, loco, & gradu Cathedra Sacerdotalis vacante, Dei voluntate atque omnium consensione, creari, & consecrari debeat Episcopus, ideo senior Episcoporum assistentium versus ad consecrationem sic dicit: Reuerendissime Pater, postulat Sacra Mater Ecclesia Catholica, ut hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis. Illud apertè declarantes, neque Reges, neque Principes, neque Plebem, aut Ciuitatis Magistratum, sed Hierarchicam ordinationem, atque benedictionem Episcopum constituere, illorum testimonium tantum huius auctoritatem esse. Hæc dum sanctè professus fuerit, proponitur illi vniuersa fidei summa, eorum præsertim capitum, quibus vniuersa Religio Christiana continetur, summa scilicet, ac diuinissima Trinitatis confessio, Incarnationis, salutisque nostræ œconomia, spes vite, & resurrectionis futura, Sanctorum communis, ac vniuersæ Sanctæ Catholica, & Apostolica Ecclesia auctoritas. Quæ omnia ubi ille sanctè, & bona fide seruaturum se quantum humana fert conditio, promiserit, summa eius oneris, quod subeundum est, ad oculos illi, tanquam in compendio ponitur, Episcopum oportere iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, baptizare, & confirmare. Ex quibus apparet in hac consecratione Episcopos nullum votum emittere, neque se ad aliquid obligare, nisi ad ea quæ tenentur ratione Sacerdotij, iurant tamen fidelitatem Sedi Apostolica, & se honoraturos Legatos de Latere, & Ecclesiam suam indemnem habere. cap. ego N. de iureiur. v. golin. de off. Episc. p. 1. §. 1. in pr. Alzed. d. p. 1. cap. 4. n. 18. Hæc omnia Barbofa.

M

Quare

Quare Episcopis consecrandis calceantur pedes, & quibusdam Tunicis ornantur, & de aliis vestimentis.

RESOLVTIO CXIV.

Respondeo cum verbis Socolouij, Absoluto fidei examine, angustiore sibi magis proprio habitu induitur Sponsus. Calceantur pedes, ad annunciandum Euangelium pacis, ut eat, non stet; laboret, non otiosus delitescat. Induitur item interioribus quibusdam tunicis, penitioris inquam deuotionis, innocentiaque, ac integritatis perfectionem denotantibus, cuius solus Deus purarum animarum unicus amator inspector est, & cuius suauitatem illi soli norunt, qui, qua & qualis sit experiuntur; intus enim est qui iudicat, intus quod iudicatur, ut interiorum cura in exteriorum nimia occupatione non minuat. Induitur item Dalmatica, latas manicas habente, oportet enim Episcopum, sicut Dei dispensatorem, hospitalem esse, benignum, liberalem, non turpis lucri cupidum. Vberioris enim peculij dispensatorem largiorem esse oportet: qui opes veras esse putet, non ut studio omni aliena bona corrodant: sed ut indigentium penuriam sua liberalitate retineat: qui sua commoda propinquorum bono deputet. Egentis enim mentem doctrina sermo non ita facile penetrat, inquit Gregor. si hunc apud eius animum manus misericordia non commendat. Verum de munificentia Pastoris satis. Adicitur autem hic mysticus vestitus super Sacerdotalem habitum, ad eas actiones, atque operationes, quas ipse supra alios Sacerdotes peculiari quodammodo exercere solet, iudicandas: quales sunt, ultra regiminis, doctrina, ac iurisdictionis auctoritatem, illa quas ex Graecis quidem D. Arcopagita: ex Latinis vero Leo Papa, ex antiquissimo ritu recensent; Presbyterorum, & Diaconorum, atque Virginum consecratio (ut eorum verbis utar) constitutio Ecclesiae atque Altaris, benedictio item eorumdem, & unctio per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conuersis ex haesi, Paracliti Spiritus sancti traditio: quale item est Chrisma conficere, Chrismate baptizatorum frontes signare, publice in Missa penitentes reconciliare, formatas Epistolae mittere. Haec enim omnia illicita sunt Chorepiscopis, atque Presbyteris (inquit S. Leo) qui ad exemplum, & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur: qui quanquam Consecrationem habeant, Pontificatus ta-

men apicem non habent. Qua omnia solis debent Summis Pontificibus, auctoritate Canonum praecipitur, ut per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium Summi Pontificis demonstratur. Sed neque coram Episcopo licet Presbyteris in baptisterium introire: nec praesente Antistite infanssem ungere, aut signare: nec penitentem, sine praecipione Episcopi sui, reconciliare, nec eo praesente, nisi illo iubente, Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi conficere, nec eo coramposito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari.

Induitur autem vestimentis eorum omnium ordinum, quorum conferendorum potestatem habet; ut & omnibus se ipsum exemplum praebeat, & omnium onera quodammodo portet, pro omnibusque, si indignos ordinet, responsurus sit, & omnium item defectus suppleat, omniumque infirmitatibus condolere sciat, ut item omnium potestatem, & dignitatem in se sustineat. Haec Socolouius, & ante illum Durandus lib. 3. cap. 12. Vide etiam ex veteribus Alcuinum lib. de offic. Diuin. c. Quid significant vestimenta. Amalarium lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 25. Ioannem Carnotensem Serm. Synodali de significatione indumentorum. Rupertum de diuin. Offic. lib. 1. cap. 24. Honorium in Gemma anima, lib. 1. cap. 10. Sed ne deferas ex Neoterics videre etiam Fragosum de Regim. Reip. Christ. tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 1 n. 20 ubi sic ait: Peti etiam potest, quare Episcopi pedes calceantur, & interioribus quibusdam tunicis induuntur: Cerri iuris est calceari pedes ad annunciandum Euangelium pacis, ut eat, & redeat, laboret, & non quiescat, nec delitescat otiosus, Interioribus quidam tunicis utitur, quae puritatem, & innocentiam vitae denotant, quarum virtutum interiorum solus Deus Animarum sponsus est verus speculator. Induitur item Dalmatica latas manicas habente, significantemque quanta debeat esse in pauperes Episcopi liberalitas, & hospitalitas. Decet enim, & oportet, Episcopum sicut Dei dispensatorem hospitalem esse benignum, liberalem, ad Titum 1. ut inquit Apostolus. Traditur item anulus sacer nouo Praesuli, ut sanctam Ecclesiam sponsam suam intemerata fide custodiat. Durandus in Rationali diuinorum lib. 3. cap. 14. Insuper chirothecis manus operit, ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua; non tamen chirothecis semper utitur, sed

Sed interdum chirothecas exuit. oportet enim ad adificandum, opera bona exhibere, & exemplo omnibus praelucere. Et haec omnia iisdem verbis notat Barbofa de potestate Episcoporum, part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 8.

Sed non deferam hic apponere ea, quae obseruat eruditus Andreas Suaffay in Panoplia Episcop. lib. 7. cap. 6. Sandalia Dominus Apostolos suos, quos ad mundi salutem gratiae suae nuntios, ac dispensatores delegauit, habere voluit in pedibus, cum Orbem peragrarent. Ut igitur Populus Christianus, Apostolos in Episcopis quasi rediuinos conspiceret, ac eorum in locum subiectos, ad salutis ministerium exequendum, ipsos Antistites, eadem obseruationis obseruantia exciperet: insignia quaedam eis indidit, quorum aspectu in intuentium oculis Apostolorum excitaretur memoria simul, & erga eorum successores reuerentia conciliaretur: hoc quoque ipso calceatu Episcopi sui officij commune fierent, huius scilicet, quod superno irradiatus lumine Prophetas praeuocauit, atque praesua excellentia admiratus est, ubi ait: O quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona! Ea nimirum quae ut ipse dicit, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis comprehendit, sed Deus diligentibus se preparauit.

Mirum tamen, quod in Sacramentario sancti Gregorij, ubi de Episcopi ordinatione agitur, & caetero contextu toto, nihil sit de Sandaliis memoratum, magis mirum quod Ioannes Diaconus, qui Iconas describendo ipsius sancti Gregorij, & Gordiani, ac Syluiae eius parentum, ipsi Gordiano Sandalia in usu fuisse, sicut calceos Syluiae insinuat, sileat tamen penitus de sancti Gregorij Sandaliis. Lapsu memoria id factum Angelus Rocca imaginum illarum illustrator, & doctorum Ioannis ipsius Diaconi solers, ac accuratus scholastes arbitratur, qui Sandaliorum Pontificalium arnosorem longe iudicat ipsa in Romana Ecclesia esse vetustatem. Et postea cap. 7. loquens de Compagis sic ait.

In Pontificali Romano recognito auctoritate Clementis VIII. tit. de Consecratione electi in Episcopum, ubi enumerantur quae ipsi imponenda sunt Pontificalia ornamenta, Sandaliorum sit expressa mentio, nulla compagorum. At tamen Innocentius III. distincte tam horum quam illorum meminit lib. 1. de Ministerijs Missae, cap. 48. quo agit discretim de utriusque. Inter haec, inquit, pedes Pontificis in preparatione Euangelij Anton. Diana Pars X II.

pacis caligis, & sandaliis calceantur. Et infra: Sandalia, inquit, de subius integram habeant soleam, de super autem corium fenestratum. Et sub sine capitis. Prius autem, ait, caligis induitur usque ad genua protensis, ibique constrictis. Quibus verbis etsi caligis idem esse, ac compagos censeat, has tamen aperte distinguit à Sandaliis. Tametsi vero Pontificale Romanum recens praecipitatum, in recensione Episcoporum ornamentorum sileat prorsus de compagis, & caligis, sed Sandaliorum duntaxat memoretur: usus tamen antiquus etiamnum perdurat, ut primum compagos, seu caligas induat Episcopus, deinde assumat Sandalia, ita re ab his, ut nomine distincta. Vnde liquet in ipso Pontificali sub Sandaliorum vocabulo, etiam compagos, seu caligas vocabulo etiam, comprehendit, quasi praecipui insignis denominatione. Hucusque Suaffay.

Quare Episcopo consecrando imponitur liber super Caput, & humeros.

RESOLVTIO CXV.

EX ordine sic respondet Socolouius Quartum symbolum sacrae actio, est sacrorum librorum super caput & humerum eius, qui consecratur, sanctissima impositio. Cuius modum & rationem sic explicat Carthaginense Concilium: Duo assistentes Episcopi ponunt, & tenent Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius qui consecratur, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt. Quid autem sibi ea actio velit, diuinus explicat Arcopagita: Quoniam, inquit, perficiens omnis Sacerdotij vis, & scientia, à diuina mysteriorum Authore bonitate diuinis Pontificibus datur, iure ac merito in capitibus Pontificum, scripta diuinitus tradita, ponuntur, quae compendio scienterque omnem Theologiam, omnem Dei operationem, doctrinam sanctam, diuina & sacra verba, & opera, orationes, & actiones quas Hierarchia nostra habet Dei benefici concessu, ac munere: quod diuinus Pontifex omni quidem facultate, quae Pontifice digna est, prae datus esse debeat, & omnium sacrarum Interpretationum, atque factorum, quae Hierarchiam attingunt, vera atque à Deo tradita scientia, non illustrari modo, verum etiam aliis, ut Pontifici consentaneum est, tradere, perscrutarique diuinis scientiis, ac summis, ut ita dicam,

promotionibus ex Pontificis dignitate omnia quae in tota Hierarchia maximam vim perficiendi habent. Ex multis enim, & variis functionibus, quae Episcopum attingunt, illa propria, ac quasi peculiaris est Evangelium predicare: *Ut potens sit, inquit, Paulus. in doctrina sana exhortari, & eos qui contradicunt arguere. Itaque in prisca illa, & veteri Ecclesia nemo hoc docendi pulpitem conscendebat, nisi is qui Episcopus esset; vel si forte aliqua infirmitate praepediebatur, Presbytero quidem probato hoc munus delegabat: ita tamen ut ipse eius doctrina testis, & index praesens adesset. Itaque agri etiam Pontifices nonnumquam in lectis ad templum adferebantur, ut eius doctrina, quae populo tradebatur, iudices, & arbitri interessent; ne quid illis inscius, atque incautis haeretica labris, & pestis subreperet. Non in capite autem tantum Sacer Codex Episcopi ponitur, sed in humero etiam: ut primus ipse hoc iugum subeat, ac in Societate Iesu Christi trahat, ut populo Dei, more sancti Moysi, atque adeo Iesu Christi praecat, ac viam per huius vita turbulentum pelagus pandat, angustamque illam semitam, & asperam, primus terat, ac muniat. Ut illud possit dicere cum Christo: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ita ille.*

Sed circa praesentem Ritus vide etiam Pontificem Iordanum tom. 1. lib. 5. tit. 2. n. 8. cum seqq. ubi inter alia, sic ait: *Ut non tantum impositio praefata censenda sit de substantia Ordinationis, verum etiam ipsa libri traditio, quae fit ad finem Ordinationis, dum consecrator adiurantibus Episcopis assistentibus librum ipsum capiti de scapulis consecrati, & tradit clausum Ordinato dicens: Accipe Evangelium, & vade, predica populo tibi commissio, potens est enim Deus, ut augeat gratiam suam.*

Quamvis enim Doctores supra citati loqui videantur de sola impositione: mysterium tamen aequaliter versatur in utroque, & inchoatum in impositione, perficitur in traditione cum praefata forma verborum; impositio etenim super scapulas, & cervicem denotat praecipuum Episcopi pondus in addiscendo, & ferendo Evangelio consistere: traditio autem, cum sua forma verborum, insinuat officium predicationis Episcopi proprium esse, ut diximus supra in tit. de DD. & cauetur in Trident. sess. 5. c. 2. & sess. 14. cap. 4. alibi que passim *Hac omnia Iordanus.*

Quare Episcopo consecrando ungantur Manus, & Caput.

RESOLVTIO CXVI.

Vngitur inquit Socolouius futurus Hierarcha primum in capite per quod mens eius designatur: quo admonetur, ut Deum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex omnibus viribus suis, & proximum suum, sicut seipsum diligit: quarum rerum omnium caput fons est, & principium. Deinde ut simul auctoritas, & dignitas eius declaratur, eum scilicet esse caput, & Principem Ecclesiae suae, quomodo vir uxori suae caput dictus est. Honor enim & sublimitas Episcopalis, inquit Ambrosius, nullis poterit comparationibus adequari: si Regum fulgore compares, & Principum diademati, longè erit inferior, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla, & Principum submitti genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se commendare, & communire, qui item cornu suo Reges, & Sacerdotes unguunt. Sed providendum est, inquit Ambrosius, ne sit honor sublimis, & vita deformis, ne sit deifica, profectio, & illiuta actio: ne sit Religiosus amittus, & irreligiosus proauctus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus: quia sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius; sic nihil esse miserabilius, si de sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Nam quanto gradus altior est tanto ruina grauior: honor grandis, & grandiori debet sollicitudine circumvallari. Ideo igitur praerogativa honoris monstratur, ut merita congrua requirantur. Vngitur demum in capite, ut ostendatur esse Vicarius Christi, eiusque locum, & officium tenere, qui est super omnia: & quem constituit Deus caput super omnem Ecclesiam.

Vnguntur amplius manus eius, qui consecratur, ut operetur bonum, ad omnes quidem, sed maxime ad domesticos fidei; ut manus suas mittat ad fortia, ut panem otiosus non comedat, ut manus eius distillent myrrham, ut sit beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit vigilantem, & operantem.

Vngitur autem sancto Chrismate, quod ex Oleo, & Balsamo confici, & commisceri solet, ut per oleum quidem, nitor & puritas conscientiae denotetur.

Balsamo autem designatur odor bona fama:

fama: Eumenim, qui Sacerdotio fungitur, inquit Chrysostr., odorem spirare optimum conuenit: ut sit pastor sine crimine: ut habeat testimonium etiam ab his, qui foris sunt: ut item luceat lux eius, quo videntes homines bona opera glorificent Patrem, qui in Caelis est. Hæc Socolouius.

Sed plura circa praesentem vñtionem late, & erudite obferuat Francisc. Hallier de Sacris Elect. p. 4. c. 10. a. 4. ubi sic asserit: *Ex dictis etiam emicat purior rationis scintilla, ob quam nimirum tot tamque singulares, prout superius docuimus, & fusius infra differimus, vñtionis Episcopalis supra Presbyteralem sint praerogativae, ut Presbyterum solum manus, & quidem Oleo simplici, non admixto balsamo delibuta esse debeant, Episcoporum verò tam caput, quam manus Sacerdotum Chrismate perunguntur. Id verò non alta ratione constitutum ab Ecclesia constat, nisi ut plenitudinem Sacerdotium donorum, & gratiarum in solo Episcopo, non in Presbytero reperiri pateat; expressiorem quoque eos pra inferioris Ordinis Sacerdotibus Christi imaginem referre innotescat. Et post multa sic in num. 11. subdit: Ex iis omnibus auctoritatibus concludo, Sacerdotum tam superioris, quam inferioris Ordinis manus inungi: Primo, ut ad laborem, ad ministerium, ad diligentem, & sedulam operam utrorumque manus indurentur, & confirmantur. Secundo, ut ad misericordiae opera charitatis oleo diffuentes manus habere moneantur, non aridas, non contractas, non illiberales Tertio, ut ad benedicendum, & Sacramenta conficienda idonei reddantur. Quarto, ut ad ligandum, & soluendum habiliore efficiantur. Item non sufficere Episcopis, quod eorum in inferiori Sacerdotio manus inunctae fuerint, sed iterum cum consecrantur, inungi deberent quia ad benedicendum manus eorum sanctiores efficienda: tum quia Sacerdotum consecratio, Altarium, Ecclesiarum, & caterorum benedictio, Sacramentorumque quorundam consecratio tunc ipsis confertur: tum quia ad operosius ministerium, & honorificentius officium consecrantur: tum denique quia cum opes Ecclesiae in ipsorum potestate consistant, maiorem largiendi habent occasionem, & ex suo statu, ad pietatis, & supererogationis opera arctius deuincuntur. Chrismate verò, Episcopalis manus, Oleo, Presbyterales inungi: tum quod perfectionem illa operentur, quae Chrismate bene olenti significatur: hac illuminandis praesertim mentibus incumbant, quae illuminatio oleo, quod ignis pabulum esse solet, conuenienter exprimitur. Anton. Diana Pars XII.*

tum in Corpus Christi mysticum (ad quod bono odore, & fama celebritate maxime opus est) Episcopi Presbyteris maiorem habeant potestatem; utriusque verò in Corpus Christi verum per se virtutem aequalem habeant: quae scilicet praesertim conscientiae puritate, & nitore indiget: si quid proinde detrahi debet Presbyterali vñtionem, quo praecellere ipsi possit Episcopalis, non Oleum, quod conscientiae puritate designat, sed balsamum, quod fama claritatem significat, detrahendum; illudque Episcopalis vñtionis materiae adiungendum. Denique infero, caput solius Episcopi inungi, quia solus regimini perfectam scientiam, solus gratia praesidendi perfectionem, solus regendi absolutam auctoritatem, solus perfecta Ecclesiae caput est Episcopus, solus tandem caput Ecclesiae Christum perfectius exhibet: Presbyteri, nec plenitudinem omnem Sacerdotij sibi vendicant, nec sine Episcopis aliquid gerendi auctoritatem, nec perfecta Ecclesiae capita sunt, nec Christi perfecta, ut mox docuimus, exemplaria. Ita Hallier.

Et tandem Barbosa de Potest. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 5. n. 10. hæc ait: *Vngitur in capite primum is, qui consecratur, ut auctoritas, & dignitas eius declaratur, eum esse scilicet caput, & principem Ecclesiae suae, quomodo vir uxoris suae caput dictus est: & ut ostendatur eum esse Vicarium Christi, eiusque dignitatem, & auctoritatem gerere, qui est super omnia & quem constituit Deus caput super omnem Ecclesiam.*

Deinde in manibus vngitur primum propter officium, & ministerium eius, ut se sciat dignitate non propter otium, sed propter negotium suscipere, ut sciat ex illo se numero operari esse debere, qui sustinet pondus diei, & aestus: deinde ut illis manibus adsit virtus Spiritus S. eas teneat, & dirigat, cum illis laboret & operetur, ut quidquid benedixerit, benedicatur; quidquid sanctificauerit, sanctificetur. Demum unguuntur manus eius, ut operentur bonum, ad omnes quidem, sed maxime ad domesticos fidei; ut manus suas mittat ad fortia; ut panem otiosus non comedat, ut manus eius distillent myrrham, ut sit B. seruus ille, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem, & operantem.

Quare Episcopo consecrando tradatur liber Evangeliorum.

RESOLVTIO CXVII.

Doctè, & piè, ut semper solet refpondet Socolouius ubi supra, Pastor M 3 conse

consecratur, pascha igitur illi traduntur. Accipit Consecrator Euangeliorum librum, eumque nouo Praesuli tradit: Accipe, inquit, Euangelium, & vade, predica populo tibi commissio. Potens est enim Deus tibi augere gratiam suam: Ac si diceret: Ne putes in Paulo, & Petro, in Tito item, & Thimoteo, Chryso-stomo, & Augustino solo, munus, & functionem Apostolicam defuisse: ne putes caelestem illam benedictionem, & auxilium aeterni Patris iam sublatum esse, quo illi subnixi, profecti annunciauerunt Euangelium vniuerso mundo: potens est Deus etiam tibi dare gratiam suam, ac per te similia operari. Et si enim illi plus omnibus, inquit Bernardus, laborarunt, non tamen totum elaborauerunt, & tibi adhuc locus relictus est. Neque te illud tantopere terreat, quod sublimibus humane sapientiae verbis careas, quod serius ad sacrarum literarum lectionem accessisti, quod nunquam antea Cathedram Doctoris forte conscenderis. Aude, & fac aliquid. Potens est enim Deus tibi augere gratiam suam. Nihil agentem, impossibile est bene operari. Melius sero, quam nunquam: nam, & undecima hora operarij, diurnum acceperunt denarium. Petro nihil indoctius, Paulo nihil imperitius, inquit Chrysostomus. Et hoc illi profitebantur, nec eos hoc fateri pudebat. Et si imperitus sum, inquit Paulus, sermone, non tamen scientia. Sed tamen hic imperitus, & ille indoctus, sexcentos Philosophos superarunt; sexcentis Rhetoribus obturarunt: suo ipsorum studio, propensaque voluntate, & Dei gratia, omnia peragentes.

In qua sacri Codicis traditione, tria nobis praecipue sunt obseruanda. Primum illud, quod non ipse sibi, is qui populo Dei perficitur, codicem sumit: hoc enim haereticorum proprium: & peculiare semper fuit: sed de sede Christi, sed ex manu diuini Hierarchae accepit. Nam neque Moyses sibi ipsi tabulas, in quibus Lex Dei continebatur, sumpsit; sed de manu Dei, acceptas populo tradidit. Et Paulus id, quod à Domino accepit, se tradidisse docet. Et Timoteum monet idem Paulus, ut id custodiat, non quod sibi priuata auctoritate sumpserit, sed quod apud eum depositum est. Secundum verò illud videndum erit, tradi illi Codicem, in quo omnia simul Euangelia, non vnum aliquod Euangelium, non pars aliqua Euangelij contineatur: nam hoc item haereticorum peculiare est; ut partem quidem sacrae Scripturae usurpent, partem autem, vel negligant, vel tanquam Apocrypham, & profanam penitus reiciant. Huic autem

nostro totum simul traditur Euangelium, ut ita eius vnam partem tueatur, ita interpretetur, ne reliquarum sensum, & veritatem peruertat: ita vni parti adhaereat; ut reliquarum conseruet sanctitatem. Tertium demum illud hoc loco notandum, quod Ecclesia, qua Pastori tradit Euangelium, eadem mentem interpretationem eius Euangelij eum docet ne ipse novos sensus quarat, ne sua figmenta pro Catholica doctrina obstrudat; ut Spiritus sancti, non humani sensus, sequatur doctrinam; Prophetia enim, atque vniuersa Scriptura, inquit sanctus Petrus, priuata interpretationis non est. Ut enim illud Euangelium adfert, quod omnium temporum, atque locorum est; ut & eam interpretationem eius Euangelij sequi debet, si verus, si Catholicus Doctor esse, & haberi vult, qua omnium aetatum, & temporum, omnium item gentium, & nationum, iudicio & auctoritate sit comprobata. Haecque illa est vera inter Doctorem Catholicum, & haereticum magistrum differentia; quod vterque sacrae Scripturae testimonio nititur; vterque Euangelium laudat, vterque pro hoc vitam, sanguinemque, si ita opus sit, se profunderere paratum esse dicit: hic tamen hoc Euangelium, eiusque ministerium, priuata sibi sumit auctoritate; ille à potestate à Deo ordinata accepit: hic partem aliquam tuctur: ille totum simul corpus defendit: hic suos proprios, ille Ecclesiasticos astruit sensus. Et ideo Catholici magistri doctrina, ad Deum reuelantem, & Spiritum sanctum interpretantem, enarrantemque, ac suggerentem refertur. Haereticus diuina quidem verba adfert, sed suum sensum verbis diuinis astruit: & verbo quidem Dei, summa, & prima fides habenda est; sed illi tamen, quod procedit de ore Dei, & quod os Domini loquutum est. Haec omnia Socolouius.

Quare Episcopo consecrando imponatur manus supra caput.

RESOLVTIO CXVIII.

Tractat de significationibus impositionis manuum Hallier. de Sac. Elect. c. 9. cas. 1. §. 3. n. 6. sic asserens: Duplex ergo tum ex Dionysio, tum ex eius Paraphrase manus impositionis in ordinatione significatio: prior est, iuxta quam diuinum auxilium ea manus impositione significari dicitur. Cuius significationis duplex est ratio, prima quia cum manus sit operationis principium,

& instrumentum cetera applicans instrumenta, ut alibi docuimus, recte concursus Dei, cooperationis, vocationis, & inspirationis symbolum esse potest: qua explicatio Scripturae Sacrae valde conformis est, in qua nempe protegentium, fauentium, & consulentium manus in iis, vel super eos esse dicuntur, quibus consilium, fauorem, vel adiumentum quodlibet impendunt: sic enim deduxisse dicitur Deus populum suum in manu Moysis, & Aaron: sic de Dauide dicitur, quod manus Domini cum illo fuerit, eumque confortauerit, & deduxerit: sic à Thecuite petiit Rex David num manus Ioab esset cum ipsa, id est an à Ioab de negotio, quod ipsa proposuerat; instructa, praemonita, & ad illud inducta fuisset: sic facta dicitur manus Domini super Ezechielem Prophetam: sic denique (ut innumera prope alia omittamus) Sacerdotes, & Leuitae Deum laudasse dicuntur per manum Dauid: Altera ratio est, quia cum ad periculum capitis auertendum manus statim accurrat: cum imminentem enssem, securim, vel baculum incidentem lapidem, aliamve calamitatem imposita manus à capite propulset, imò & à Solis ardore caput defendat, ipsum tegendo, & valendo: conuenientissime manus praefens subsidium, & tegmen (quod vtrumque verbum, quo Dionys. vtitur οὐρανὸν ἀλλὰς οὐρανῶν, οὐρανῶν οὐρανῶν significat) seu velamen representat, ad quam proinde significationem alludens Tertullianus de manus impositione in alio Sacramento usurpata haec ait: Caro manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur.

Secunda significatio manus impositionis, seu potius instructio, quam ex hoc ritu Ordinandorum, singuli percipere debent, secundum Dionys. haec est, ut moueantur omnes ita sacris ministerijs incumbere, quasi sub Deo, & diuinas capiti suo impositas manus semper habeant, ac si nimirum Deo mouente, dirigente, & manibus veluti eos deducente, diuina omnia munia aggrediantur, prosequantur, perficiant. Felices illi, qui manus Domini super se habent praemiatrices virtutum suarum corollasque texentes, & capiti ipsorum innocuo imponentes. Infelices autem isti, super quos manus Domini aggrauatur, quorum capitibus vindices scelerum manus diuina incumbunt: vnum tamen è duobus necessum est, ut vel super capita nostra benignas Dei manus, & liberales experiamur, vel punitrices sentiamus, pro ut neque, vel nos ab eadem diuina manu deduci passi fuerimus, vel eas-

dem reiecerimus: si super nos expensa illa fuerint, plurima quotidie ab iis in nos beneficia deriuabuntur: si restricta extiterint, non solum illiberales in nos futurae sunt, sed & armatae in nos diuinam vindictam minabuntur, Ita Hallier. Et indiuidualiter de nostro casu sic asserit Durand. in Rationale D. offic. l. 3. c. 11. n. 10. Manus verò impositio sumpsit exordium ab Isaac, qui dñ Jacob benedixit, imposuit sibi manum Gen. 27. & Moses Iosue, cum eum populo praefecit. Num. 27. & Dominus Apostolis, cum eos principes mundi constituit, sed & ipsi Apostoli per manus impositionem Spiritum S. dederunt. Act. 19. & c. 9. sic etiam ait. Ideo fit manus impositio super ordinandos: quia per manum opera, per digitos Spiritus S. dona, per caput verò mentem intelligimus. Recte ergo manus imponitur: quia donis Spiritus sancti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur.

Quare Episcopo consecrando traditur Baculus, & Anulus.

RESOLVTIO CXIX.

Assignat pulchras rationes Socolouius. Consecro, ait, Sacramento, atque matrimonio, confert se diuinis Hierarcha ad spiritualem aconomiam, sanctaeque prolis gubernationem. Armatur igitur primum, & instruit nonis praesidijs nouum sponsum: dat regenda, & gubernanda familiae instrumenta, ac gubernacula. Et cum omne regimen, omniq; administratio, auctoritate, & amore contineatur: Oderunt enim peccare mali formidine pena: Oderunt peccare boni, virtutis amore: tradit in primis in manus noui Antistitis consecratu baculum, auctoritatis scilicet, & disciplinae insigne: ut sit in coercendis vitijs p̄ seuerus, iudicium sine ira tenens, lenis in fouendis virtutibus, audientium animos demulcens in tranquillitate seueritatis censuram non deserens: ut reuocet errantes, regat iustos, pungat, & stimulet ignanos & inertes, repellat nocentes, ac iuxta Ezechielem, attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis, exemplo Principis pastorum, agrum & debilem. Ut increduli, inquit Bernardus, conuertantur ad fidem, conuersi non auertantur, auersi reuertantur, peruersi ordinentur ad rectitudinem, subuersi ad veritatem reuocentur, subuersores conuincantur; ut vel emendentur ipsi, si fieri potest; vel si non, perdant auctoritatem, facultatemque alios subuertendi.

Verum

Verum cum ha nuptia hocque regimen, non tam timoris, quam charitatis sit; non tam severitatis, quam charitatis: Nam & Christus Dominus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aque, in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Et cum quem Vicarium loco sui relicturus erat, priusquam illi despondisset, ter interrogavit, num se diligeret, & propter se sponsam suam. Quod cum ille summa asseveratione ter professus fuisset, tum demum illud audiuit: Pace oves meas, pace agnos meos. Sanè qui dicit, Amice ascende superius, ait Bernardus, amicum fore fudit: si minus inueniat non expedit quidem. Qui eleuauit, & deicere potest. Sera querela, quoniam eleuans allisisti. Ideo eius amoris, & charitatis symbolum, sacer Consecrator non sponso, consecratum anulum confert, monens eum, ut accipiat anulum, fidei scilicet, & amoris signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide, illibatam custodiat. Ita ille, quem postea transcribit Barbosa de potest. Episc. p. 1. tit. 2. cap. 5. n. 13. & 15. Vide etiam Lotharium de Benefic. tom. 1. l. 1. q. 9. n. 97.

Sed hunc Ritus magis latè tractat Dominus Hallier ne Sacram. elect. pag. 2. c. 8. art. 4. § 1. tit. 1001. & quia ab eo obseruata satis sunt curiosa, & erudita, hic in gratiam Lectorum per extensum apponam, sic itaque asserit.

Alia verò apud Latinos consecrato Antistiti tradi solent, anulus scilicet, & baculus pastoralis: ex veteri nempe Ordine Romano, Sacramentali Gregorij, & Pontificali Romano, necnon Authoribus infra citandis. Tradebatur Pontifici anulus in Ordinatione, sicut in renuntiatione ab eodem reddebatur, teste Carnotensi Episcopo Iuone; Benedictio autem anuli, qui Pontifici traditur, iis verbis prescribitur in veteri Ordine Romano, Creator humani generis, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis, tu Domine emitte tuam benedictionem super hunc anulum, ut quicumque hoc Sacrosancto fidei signo insignitus incedet, in virtute caelestis defensionis ad æternam vitam sibi proficiat. Verborum quoque profereendorum, dum traditur idem anulus, varia formula profertur: prima, cuius solius meminit Sacramentale Gregorij, amplissima hæc est: Accipe anulum discretionis, & honoris,

fidei signum, ut quæ signanda sunt signes, quæ aperienda prodas, quæ liganda sunt liges, quæ soluenda sunt soluas: atque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, sed poenitentibus, per ministerium reconciliationis, ianuas regni caelestis aperias; cunctis verò de thesauro Dominico noua, & vetera proferas ad æternam salutem hominibus, consolatur gratia Domini nostri. Altera, quæ admonitio dicitur, & quæ fusiori procedenti aliquando, ut opinor, adnectebatur, iis verbis traditur. Memor sponsonis, & desponsationis Ecclesiasticæ, & dilectionis Domini tui, in die qua affectus hunc honorem, caue ne obliuiscaris illius. Tertia ibidem refertur, Accipe Anulum Pontificalis honoris, ut sis fidei integritate ante omnia munitus, misericordiæ operibus insistentis, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans: sic enim effectus esse solet sponsi erga sponsam suam animus, ut eius siue bona siue mala sibi adscribat, ad condolendum, vel congratulandum paratus. Quarta denique quam solum tradit Pontificale Romanum ea est: Accipe Anulum, fidei, scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide ornatus, illibatè custodias.

Ex quibus formulis multiplex ratio eruitur, ob quam Episcopo anulus consecrato tradatur. Prima est, ut species nuptiarum, inter Episcopum, & Ecclesiam exhiberetur; anulus enim sponsa pignoris loco mitti solitus fuit, quem pronubum idcirco Tertullianus vocauit, Iuuenalis Sponsaliorum pignus; cuius etiam in nuptiis tradendi causam hanc refert Hispalensis Isidorus. Illud verò, inquit, quod in primis anulus à sponso sponsæ datur, sit hoc nimirum, vel propter naturæ fidei signum, vel propter id magis, ut mutuo pignore eorum corda iungantur. Plura hæc de re passim apud Authores prophanos, Agellium, Macrobius, Plinius, & alios.

Ad significandum ergo spirituale fœdus coniugij, quod inter Episcopum, & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione, intelligitur consummatum: anulus Pontifici rectè datur, ut meminerit se cum Ecclesia sua sanctè copulatum, & augustissima consecratione deuinctum. Altera anuli significatio est, ut Episcopi per anuli traditionem digni

dignitas innotescat, & apud ipsum signatorius esse Dei anulus ostendatur; potestatis quoque nobis beneficia conferendi, quæ à Deo omnibus potissima tribui possunt: nec peccata nostra remitti nobis solere, nisi Episcopi, vel Sacerdotum ab ipso delegatorum ministerio diuina gratia consignetur.

Anulum autem Principatus signum seu, ut loquitur Augustinus, mirabile dignitatis insigne censerit nemo ferè nescit, potestatem quoque anuli datione significari discas ex Curtio, Iustino, & Arriano, apud quos, quod Alexander Macedo extraxit ex digito anulum Perdida tradidisset, successorem Imperij cum designatum multi credidisse referuntur: eaque auctoritate ipse fretus ceteris Ducibus Prouincias diuisit. Discas ex Suetonio referente Caligulam Imperij insignia auide expetentem Tiberio cum morte luctanti anulum detraxisse. Discas ex Niceta, qui Isacuum Comnenum è digito patris Alexij signatorum anulum subduxisse narrat, ut eo viso milites sibi manus palatium aperirent. Discas maxime ex Ambrosio Patriarcha Ioseph dignitatis à Pharaone collata ornamenta exponens, è quibus unus erat anulus, quem Scriptura sacra Pharaonem è digito suo extraxisse, & manum Iosephi inseruisse testatur, hæc verba profert, Quid enim sibi vult anulus digito eius insertus, nisi ut intelligamus Pontificatum ei fidei esse delatum; ut alios ipse signaret? Nam quod Pontificatum anulo exprimi doceat Ambrosius, ad præsentem expositionem idoneum est argumentum: sed cur Pontificatum fidei anuli traditione significari docuit, non ita constat: nisi forte quia quemadmodum scripta tabula fidem apud Romanos minime merebantur, nisi quæ signatorio anulo essent munita; ita nec predicatio diuini Verbi, neque Sacramentorum collatio, legitima, sed furtiuè usurpata censetur, nisi Pontificia auctoritate approbata fuerit. Anulis autem ad signandum veteres usos fuisse Lippis, & Tonsoribus notum est. Verum etiam quandam rationem, ob quam anulus daretur Episcopo, suggerunt verba Ambrosij, quod propria Episcopi potestas anulo conuenientissimè significetur; nam cum tria tantum sint Sacramenta, quæ characterem conferunt, seu anima spiritale signum imprimunt ex Theologis, ex his tribus Baptismum soli Episcopi solemniter conferre olim solebant, Confirmationem autem, & sacrum Ordinem soli ipsi tanquam Ordinarij ministri concedere possunt: quo fit, ut quia animarum consignandorum pe-

Anton. Diana Pars XII.

culiarem potestatem habent, anulum signatorum in sui consecratione accipiant: Quantum addere possumus, per anulum scilicet dona Spiritus sancti, variasque gratias gratis datas significari, quæ instar anuli in circulum gerantur, quia inter se connexa, & à Deo deriuata in Deum tendunt; ad quod illudens Ecclesiastes, lustrans vniuersa in circuitu porrigit spiritus, & in circulos suos reuertitur.

Baculi porò pastoralis variæ mysticæ significationes referuntur: primò enim baculus Pastoralis datus est dignitatis insigne: nam virga, seu baculus apud veteres potestatis, & dignitatis insigne habitus est quarum formam Pastorales iam baculi exprimunt, Laconum in pretio fuerunt, teste Platone 2. pastoralia ferè omnia officia baculo pastorali significari possunt. Docet Isidorus Hispalensis, cuius verba exscripti Synodus Aquisgranensis, huic autem, dum consecratur, datur Baculus, ut eius indicio subditam plebem, vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Bædæ Baculum habet Episcopus ut subditos regat, infirmos sustineat. Innocentius III Baculus correctionem significat Pastorem. Item idè est acutus in fine, reclusus in medio, retortus siue recuruus in summo, quia Pontifex debet tangere pigros, regere debiles, colligere vagos. Hoc ipsum olim lapis quidam Marmoreus Tholose repertus nos docuit, cui Sanctorum Petri, & Saturnini pedum pastorale gestantis imagines cum hoc versu insculpta sunt.

Curua trahit, quos recta regit, vltima pangit.

Sed Honorius Augustodunensis expressius id ipsum significat, per baculum quo infirmi sustentantur auctoritas doctrinæ designatur: per virgam, qua improbi emendantur, potestas regiminis figuratur; Baculum ergo Pontifices portant, ut infirmos in fide per doctrinam erigant: virgam bauiant, ut per potestatem inquietos corrigant: quæ virga, vel baculus est recuruus, ut aberrantes à grege, docendo, ad poenitentiam trahat; in extremo est acutus, ut rebelles excommunicando retrudat, hæreticos velut lupos ab ouili Christi potestatiue exterreat, A quo non discedit Hugo à S. Victore ijs verbis, Episcopo dum regimen Ecclesiæ committitur baculus, quasi pastori traditur: in quo tria notantur, quæ significatione non carent, recuruitas virga, cuspis: significatio hoc carmine continetur.

N

Coll

*Collige, sustenta, stimula, vaga morbi-
da, lenta
Hoc est Pastoris, hoc virga figurat ho-
noris.*

Item

*Attrabo peccantes, istos rego, pungo va-
gantes.*

Officio triplici seruo Pontifici.

Et hæc omnia notauit Hallier loco cita-
to, cui adde omnino vicendum non minus
eruditum Andream Suaffarium in Pano-
plia Episcopali lib. 3. per totum, & præci-
puè disp. 8. pro nostro instituto latè explicat
Mysticam Annuli Episcopalis significatio-
nem.

*Quare Episcopi consecrandi manus chiro-
thecis induantur.*

RESOLVTIO CXX.

Sæpius citatus Andreas Suaffay in Pa-
noplia Episcopali lib. 1. per totum multa
eruditè obseruat de Chirothecis Epi-
scopalibus, & indiuidualiter pro casu nostro
facit ait.

*Cæterum dato, quod Bernoldus aliqua
mutauerit in Ordine Romano, seu ut ait
Menardus, quadam detraxerit, quadam
addiderit, iuxta usum quem in Ecclesia
suo tempore videbat. Hinc tamen non se-
quitur: neque elici potest, quod ritum tra-
dendi Episcopo in Ordinatione sua mani-
cas, seu chirothecas benedictas, hasque
deinceps cum pontificio fungitur gerendi,
fuerit à Bernoldo additus: cum mos iste in
Ecclesia vigeret diu antequam Bernoldus
ipse natus esset. Id porro ex Sacramento-
rum Codice Ratoldi Abbatis, qui anno 986.
excessit ab humanis, fit omnino explora-
tum sicut ex excerptis ex eo supra latè pa-
tet, ubi ex more Ecclesiastico iam receptis-
simo, constat Episcopum manicas cum præ-
scripta orationis formula induisse: & postea
cum consecratus esset oblata, exuisse, prout
etiam nunc fieri solet. Ita ille; qui usum
chirothecarum in Episcopis antiquissi-
mum esse in Ecclesia Latina ex multis
probat; sed deueniendo ad mysticas earum
significationes, ponam verba veterum Au-
thorum. Primò sic asserit. Honorius de an-
tiquo Missæ Ritu, lib. 1. cap. 215. in scripto
de chirothecis chirothecarum, inquit, usus
ab Apostolis est traditus per manus opera-
tiones; per chirothecas designantur earum
occultationes. Sicut enim aliquando manus
chirothecis velantur, aliquando exactis
chirothecis denudantur. Sic opera bona in-*

*terdum propter arrogantiam declinandam
celantur, interdum propter adificationem
proximis manifestantur. Chirotheca in-
duuntur cum hoc impletur: Luceat lux ve-
stra coram hominibus, vt videant opera
vestra bona, & glorificent patrem vestrum,
qui in Cœlis est. Chirotheca sunt in consu-
tiles, quia actiones Pontificis, debent rectæ
fidei esse concordæ.*

Secundò Innocentius III. lib. 1. Myste-
riorum Missæ, cap. 57. Quia verò plerique
(ait) bonum opus quod faciunt inani fauore
corrumpunt, statim, (ac induit dalmati-
cam) manus operit chirothecis, vt nesciat
sinistra sua, quid faciat dextera: per chi-
rothecam ergò, congruè cautela designatur,
quæ sic facit opus in publico, quod intentio-
nem continet in occulto. Nam etsi Dominus
dixerit: Luceat lux vestra coram homini-
bus, vt videant opera vestra bona, & glo-
rificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est,
propter quod chirotheca circulum aureum
desuper habet; ipse tamen præcepit, At-
tendite ne iustitiam vestram faciatis coram
hominibus, vt videamini ab eis: alioquin
mercedem non habebitis apud Patrem ve-
strum, qui in Cœlis est.

Tertiò. Guilielmus Durandus lib. 3. ra-
tion. diuin. Offic. cap. 12. Per chirothecas
quoque in manibus exempla Sanctorum
quæ in operibus habenda sunt intelliguntur:
quæ opera ab omni inquinamento munda-
ta sunt, ne modicum fermenti totam
massam corrumpat. Per ipsas verò chiro-
thecas albas, castitas, & munditia deno-
tatur, vt manus, id est operatione, sint
munda, & ab omni inquinamento immu-
nes. Porro secundum quod capiti scilicet
Christo conueniunt chirotheca, sunt hædo-
rum pellicula quas manibus Iacob, Rebecca
mater, id est Spiritus sancti gratia: mani-
bus veri Iacob, id est operibus Christi cir-
cumdedit, vt similitudinem maioris, ac
prioris Adæ secundus exprimeret Christus
enim similitudinem peccati sine peccato
suscepit, vt Incarnationis mysterium diabo-
lo celaretur. Nam ad similitudinem pec-
catorum esuriit, & sitiuit, doluit, & expa-
uit, dormiuit, & laborauit. Vnde cum ieiun-
asset quadraginta diebus, & quadragin-
ta noctibus, ac postea esuriisset, accedens ad
eum diabolus, cum ad similitudinem pecca-
ri Adæ tentare tentauit. Sed qui primum
vicerat, eisdem modis victus est à secundo.
Hactenus Durandus. Sed vt verum fatear
admodum speculatiuè.

Sed Suaffay vbi supra, ait, in chirothe-
cis, & in Pontificali Romano; surgens Con-
secra

De Consecratione Episcoporum. 314

*secrator Mitra deposita chirothecas bene-
dicens, dicit. Oremus Omnipotens Crea-
tor; &c. & postea reponit illas manibus
Consecratis dicens: Circunda Domine &c.
ex quibus Ecclesia Oracionibus redditur
ratio, quare ipsa ornat manus Episcopi con-
secrati chirothecis; verum mihi etiam ni-
mis placet alia chirothecarum mystica sig-
nificatio. Dico igitur, quod dantur Episcopis
consecratis chirotheca, ob reuerentiam vn-
ctionis, quam in manibus suscepit. Quod
enim chirotheca dentur Episcopo ob vn-
ctionis sacre, quæ sunt eius delibuta manus
reuerentiam, ex eo facile colligi potest, quod
in Romano Pontificali, titulo, de derogatio-
ne ab Ordine Pontificali, ablato Pastoralis
Baculo, ei qui tanto culmine honoris deiici-
tur, mox sequitur. Deinde extractis per Mi-
nistros chirothecis Pontifex degradator ab-
radit degradando pollices, & manus leuiter
cum cultello aut vitro, dicens. Sic spiritua-
lis benedictionis, & delibutionis mysticæ
gratia, quantum in nobis est, te priuamus
vt sanctificandi, & benedicendi perdas of-
ficium, & effectum. igitur chirotheca, tum
aufertur, cum vnctionis tollitur efficacia
sicut cum infunditur vnctio, ipsa chirotheca
imponuntur.*

*Quare Episcopo Consecrando trada-
tur Mitra.*

RESOLVTIO CXXI.

DE Mitra Episcopali latè pertractat
Andreas Suaffay in Panoplia Episco-
pali lib. 1. per totum: nam in cap. 2. proponit
argumenta Hæreticorum contra mitram:
in cap. 2. respondet ad dicta argumenta; &
postea in cap. 3. firmat ex antiquis testimo-
niis, & exemplis Mitræ. Sed directè ad ca-
sum propositum respondet Fragosus de
Regimine Reipublicæ Christianæ, tom. 2.
cap. 18. §. 1. & 13. Præterea (ait) imponitur
nouo Prasuli sacra Cydaris in capite, bi-
cornisque galea cum Patris Omnipotentis
inuocatione, vulgo Mitra, quæ scientiam
vtriusque testamenti in eo residere testa-
tur. Duo Mitra cornua, duo designat te-
stamenta: anterius nouum, posterius vetus,
quæ duo Episcopus scire debet cap. Episcopus
23. q. 1. quibus fidei inimicos terrere, ferire,
ac lacerare potest. His cornibus armatus
Ambrosius Theodosio; Basilius Valentino; &
Chrysostomus Arcadio fortiter se opposue-
runt, & terribiles apparuerunt. Sed omnia
ab ipso dicta latè confirmantur à Step-
hano Durando in Rationale Diuinorum Offi-
Antoa. Diana Pars XII.

torum, libro. 3. capite 13. numero 2.

Vnde ex his Soclouius vbi supra, ait
Imponitur capiti eius sacra Cydaris, bi-
cornisque galea, cum Patris Omnipotentis
inuocatione, cuius præclara est bonitas, &
virtus inmensa, totiusque decoris orna-
mentum Imponimus, inquit diuinus Hie-
rarcha, capiti huius Antistitis, & Agonista
tui, galeam munitionis, & salutis; qua-
tenus decorata facie, & armato capite non
generis, & profapia vetustate, non stipato-
rum vi, & armata manu, non magnis ne-
cessitatibus, & cliētēlis, sed cornibus vtri-
que testamenti terribilis appareas aduer-
saris veritatis: & te ei largiente gratiam,
impugnator eorum robustus existat. Qui
Moyse famuli tui faciem, ex tui sermonis
consortio decoratam, lucidissimis clarita-
tis, ac veritatis cornibus insignisti, & capiti
Aaron Pontificis tui tyaram, imponi iussisti.
Tali armatura muniebantur priuè Reli-
gionis nostræ Duces, & Antistites, per
quam diuicerunt Regna, obturauerunt
ora Leonum, extinxerunt impetum ignis,
effugauerunt aciem gladij, conualuerunt
de infirmitate, fortes facti sunt in bello,
castra verterunt exterorum. Hoc eodem
modo instructus Petrus Nerone, liberius
Constantio, Ambrosius Theodosio, Basilius
Valentino, Chrysostomus Arcadio, Leo Gen-
serico, atque Attila; Stanislaus noster Boles-
lao, aliisque alij quamplurimi resisterunt,
terròrique fuerunt. His præsidis omnis Ar-
riana, Macedoniana, Nestoriana, Dioscori.
Euthicheris, ac reliquorum monstrorum dis-
sipata est impietas, bis demum omnis hæreti-
corum prauitas cessit.

*Vobis amplissimi Patres, nimis hæc ipsa
Moyse cornua obtusa, attrita reddita sunt.
Quietem, & tranquillitatem nostram cura-
mus: Cælum ruiturum existimamus, si quid
liberius pro Ecclesia Dei dixerimus, aut fe-
cerimus. Nimis timidi sumus, nimis otio &
desidia torpemus. Hæc ille.*

In signum ergo Ordinis, Episcopus ha-
bet Mitram, & Baculum; quæ eius com-
missionis, arma sunt, vt dixit gloss. vlt. ad
fin in cap. disciplina 43. dist. & in signum
administrationis subiectus, curæ habet
cathedram, Loter de re Benefic. lib. 1.
quæst. 9. num. 47. Hic quando prædicat
Episcopus, cum causam Dei agat, & alle-
get minis id facit, & ideò baculum, & Mi-
tram assumit; quando verò offert in altari,
quia tunc causam populi apud deum præ-
cibus agit, & allegat, & ideò, vt humilita-
tem ostendat in conspectu Dei Omnipoten-
tis, deponit indicia, & insignia alti-
tud

tudinis, & terroris, Baculum scilicet, & Mitram quemadmodum videmus in dict. cap. disciplina de Moysse, qui quando Dei causam apud Populum allegavit, gladius vsus est quando verò apud Deum causam Populi precibus. & humilitate rem totam confecit, vide Turecrem. num. 2. Prapof. nam. 11. & D. Anam in d. cap. disciplina num. 12. Barb. de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 19.

Quare Episcopus Consecratus offerat Episcopo consecranti Panem, & Vinum.

RESOLVTIO CXXII.

Olim de hoc casu interrogatus fui à Clemente Merlino Sacræ Rotæ Decano Viro incomparabili, & qui ex præcordiis teste experientia me supra meritum, & magnificabar, & amabat. Tunc in promptu respondi indemonstrationem gratitudinis ex potestate ab ipso accepta ordinandi Sacerdotes, qui debent consecrare Corpus, & Sanguinem Christi, & ideo Panem illum, & Vinum ob reuerentiam Faces accensæ præbant; non displicuit tunc Viro accuratissimi ingenij hæc explicatio, sed nunc inuenio illa etiam docere sæpius citatum Socolouium Orat. 4. vbi sic ait, *Accepto deinceps nouus Pontifex à suo consecratore, ac reliquis assistentibus; osculo pacis, de quo paulò post nobis dicendum erit; eo tempore, quo populus Christianus dona, & muneræ ad Altare Dei, more veteri, eoque laudatissimo, offerre solet: ipse quoque suo Consecratori tanquam spiritali patri, muneræ adfert. Sunt autem ea ex antiquissima Melchiodis Pontificis institutione, panis, & vinum, quibus due anteferuntur faces. Offert panem, & vinum velut ostendat se in cuius Sacerdotis functionem, & munus succedere, cui sine omni in futurum penitentia iurauit Dominus, eum esse Sacerdotem secundum Ordinem Melchisedech: vel, ut quidem ego iudico, ad designandam paupertatem Episcoporum primitiua illius Ecclesie, in qua summa opes, summa diuitia, Panis, & Vinum fuerunt. Dantur autem hæc muneræ clara luce, & amplius duabus facibus accensis, ne quid inter hæc leuia muneræ speciosius colore, pondere preciosius (scitis quid intelligam) subrepat, ac subiiciatur. Male enim igitur, cum ea, que virtuti, & pietati debentur, auro onusto auro conferuntur.*

Assumitur demùm nouus Antistes à suis

Collegiis, in communionem, & participationem orationis, ac mystica mensa. Ac ut quondam Elias quadraginta dierum, & noctium ad Montem vsque Horeb Dei visionis iter emensurus, cælitus delato communiter viatico: sic contra omnia prolixæ, & difficillimi itineris pericula, contra omnes visibilibus, & qui videri non possunt, inimicorum insidias, contraprinces, & pestes tenebrarum mundi huius, confirmatur, & roboratur Pane illo, qui de Cælo descendit, quem qui dignè manducat, non succumbit, non moritur, sed habet vitam æternam. Super quem panem, iuxta Isaiam: requieuit Spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus concilij, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis: & repleuit eum spiritus timoris Domini. Quorum donorum participes efficiuntur omnes illi, qui dignè, & religiose tanto reficiuntur viatico. Ita ille, & post illum more suo, Barbosa de Potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 17.

Quare Episcopo consecrando præbeat Osculum Pacis.

RESOLVTIO CXXIII.

Tangit hunc morem doctus Hallier de Sacramento Ordinis, par. 2. cap. 11. art. 2. num. 1. vbi sic ait. *Confirmatur ex veteri Ordine Romano, in quo præcipitur, ut cum Diaconi consecrati fuerint, dent osculetur Episcopo, & Sacerdotibus, & stent ad dexteram Episcopi. Item ut perfectæ Pontifex presbiterorum ordinatione, tunc osculetur singulis dicens, Pax Domini sit semper vobiscum, & per manus commendat se orationibus eorum. Denique Episcopo, vbi non consecratus fuerit, iubet ut tunc det osculum Pontifici, & Diaconibus omnibus, & tenens eum Archidiaconus deportet in Presbyterum; & det osculum Episcopis, & presbyteris, scilicet ex more Græcorum, quibus cum salutatio ista in hierarchicis ordinationibus exhibenda præcipitur, exhibito, ac recepto osculo ordinati ei satisfaciunt, ut osculati testes passim renuntiant. Nec aliena hæc interpretatio à moribus antiquis Ecclesie Catholica, ut pote cum præcis seculis vsitatissimum esset, ut sese inuicem fideles osculantes saluarent: quod ostendunt non mel sanctus Paulus, semelque sanctus Petrus, dum salutare inuicem fideles in osculo sancto admonet: ad eundem veterem morem probandum plura probata testimonia*

nia proferre possemus qua libenter omittimus. Sed & fauet huic ritui salutandi de nouo ordinatum per osculum; Innocentius 111. Epistola decretali ad Episcopum Trecentem, vbi Episcopum consecratum cum Ecclesia sua possessionem adiret, ad osculum Canonicos omnes Ecclesia admittere solitum ostendit, itaque, inquit, cum ad eandem accessisset Ecclesiam Consecratus, eum cum canonicis aliis ad osculum recipitur; cum tunc non nisi Canonici ad osculum admittantur. Ex quo sanè arguitur, quod sicut in institutione, ita & in consecratione Episcopi salutatio per osculum ab ipso fieret. Ita ille; qui numero 3. obseruat mysticam huius osculi significationem dedisse Dionysium de Cælesti Hierarchia, capite 5. sic asserentem. Hinc, consultatio illa inter Ecclesiastici Ordinis homines seruatur, & perficitur, qua sanctum parium, similitudinemque mentium societatem indicat, latitudinemque mutuam, qua amore digna est, quippe qua diuinam pulchritudinem saluam, & incolumem Ecclesiastici Ordinis forme conseruet.

Sed non deferam hic pro curiosis adducere ea, quæ circa præsentem materiam de osculo obseruat ex Societate Iesu Pater Iacobus Lobbetius in speculo Ecclesiasticorum, capite 8. §. 4. vbi sic ait: *Inter Sacras ceremonias; ritusque quos usurpat Ecclesia, reponitur osculum, quod vulgò dicitur Pacis. Omni auro osculum symbolum fuit amoris, ac benevolentia singularis: à qua factum, ut apud Græcos, & Xenophontem eadem vox, φιλέω & amare, & osculari significaret: nimirum amor qui in cordis regia, & arcano residet, ac latet, subit quodammodo in os, & per illud tanquam per ostium animi elabatur. Ad eam osculi, & amoris, tum in voce, tum in re ipsa comunione; accessit omnium prope gentium vsus, ac sensus, qui amorem suum vnico fere osculo prodidit: ita apud Romanos inualuit illud, ut amici in morte carissimorum, & filij in obitu parentum sese ad eorum oscula dimitterent, spiritum abiturientem aperto ore, & hiantibus quasi labris excepturi, quod summa charitatis erat argumentum. Et illud ita cuique peruenit, ac tritum, ut pluribus probare sit nefas.*

Arcanum magis, ac reconditum illud, quod osculum antiquis, etiam fuerit iudicium prærogatiua dignitatis imperij gratique per illud conferenda.

Exempla si voles, tibi dabunt Sacra pagina, Doctorum schola, ac pulpita, ipsique ri-

tus in Sacerdotum consecratione quondam seruari soliti.

Caligarat Isaac, & oculorum orbes prope amiserat, lucisque huius vsuram cum ad eum de venatione rediit Iacob, & à parente senem quàm optimo sibi bene precari, benedici petiit: tunc senex: Accede, inquit, ad me, & da mihi osculum filii mi.

Quid opus osculo, quærit Abulensis opus enim verò quàm maximè. Ambiebat Iacob iura primogeniti, & amplissimi in fratres, ac posteros principatus: eum bonus Isaac in Iacobum filiorum natu minorem uno osculo transfundit.

Ita deinde posteris seculis, cum Saulem in Regem vnxit crexitque Samuel, deosculatus est eum, & osculo ei regis animos, dignitatem, & maiestatem, gratiam impertiit: ita censuere Theodoretus, & Procopius: Quamquam alij id referri malint ab obseruantiam, quàm Sauli osculo testabatur Samuel: more tum recepto, ut populus in signum submissionis Regem oscularetur. Quod si à Regia ad Lycaum transire velit, & in hoc osculo sua vis, & auctoritas. In conferenda laurea Doctorali, & nouellorum Doctorum inauguratione, Academia Principes dabant osculum, ut quam habebant in docendo auctoritatem, per osculum quodammodo transmittent.

Neque mirum si ea legendi, docendique potestas ita diffundi potuit, cum & ipsa gratia, qua cæli quodammodo, benèque aternitatis dos est, semenque gloria, sic possit participari. Certe quondam in consecrationibus Sacerdotum mystica fiebat osculatio; & Episcopus Neomysta incumbens, impertito osculo consecrationem perficiebat. Imo & ipse Seruator optimus in discipulos insufflauit, & illo suo spiritu, benignaque ad osculum inclinatione, spiritum sanctum, eiusque dona, ac charismata immissit, atque inspirauit; Hucvique Lobbetius; qui alia plura nimis eruditè subdit, & postea magis ad nostrum casum accedens, sic asserit: *Elabro ad postremum, quod in hoc argumento mihi propositum fuit, osculum, quod pacis appellamus. Originem illud habuit è familia Christi; in qua discipuli reduces Magistro suo osculum offerre soliti, in pignus amoris, & insignem venerationis: hinc illa quærela, & amica expositio Christi ad Simonem Pharisæum: Intravi in domum tuam, osculum mihi non dedisti; de more scilicet meorum familiarium, & domesticorum.*

Ex illo Ecclesia auita pietatis amans, ac retinens, in Sacris Missa solemnibus osculum offerri voluit. Ideoque Diaconus olim contenta voce clamabat. Osculemur nos inuicem. Ad ea verba, quasi data, acceptaque venias viri viros; femina feminas osculabantur, ut mihi testis est Clemens Alexandrinus, qui osculum illud, mysticum appellat. Diuus Paulus, Sanctum; salutem, inquit, inuicem in osculo sancto. Diuus Ambrosius, pietatis, & Charitatis pignus.

Tertullianus veneranda antiquitatis obseruator, & interpret, osculum pacis, signaculum orationis, quod à Sacerdote sacrificium immortali Deo offerente, primum ad Diaconum, & ab hoc ad alios longius emanabat. In quo ritu doctè obseruat Ioannes Beletus antiquissimus Theologus Parisiensis, Sacris operantem osculum accepisse primum ab ipsa Sacrosancta Eucharistia, ac deinde aliis dedisse; ut sentias unde tibi, totique populo amor, charitas, pax esset, alia scilicet ab ipso altaris Sacramento.

Haec basorum in templis consuetudo, non diu tenuit, subeunte per osculum flagitio, imo duobus scelerum monstris perfidia, & impudicitia, quibus animi polluebantur. Hinc Ecclesia (qua labentibus annis, collapsa etiam filiorum suorum innoxia pietate, prospectum voluit) osculum illud sustulit, & tantum Sacros inter Ministros seruandum esse existimauit. Hæc Lobetius.

Explicantur cetera mysteria Sacrorum Rituum, qui in consecratione Episcopi adhibentur.

RESOLVTIO CXXIV.

Collocatur deinceps Episcopus, hoc est, Inspector omnium, in editiore supra omnes specula, inquit Ambrosius, ut ita cunctos respiciat, & cunctorum oculi in eum respiciant. Quidni locetur in eminenti, ait Bernardus, unde prospectet omnia, qui speculator super omnia constituitur? Collocatur in sede Iesu Christi homo mortalis, qui aliquando iudicium, & sententiam, vel aeterna salutis, vel perpetua damnationis, ex eadem sede, prout eandem tutatus fuerit, reportaturus est Collocatur in Soglio illius, cuius Sedes Cherubini sunt, mentes tranquillissima, & placidissima, pace perenni, qua exuperat omnem intellectum, perpetuo gaudentes. In quem desiderant, & Angeli prospicere: cui om-

nes Patriarcha seruiunt: cui omnes Prophetæ testimonium reddunt: cuius pedum, vel ipsam corrigiam calcameri qui soluat, indignum se iudicat ille, quo nullus maior extitit inter natos mulierum. Cuius loci consideratio, inquit Bernardus, facit honoris contemptorem in honore etiam ipso. In alto positum, non altum sapere difficile est, & omnindinuitatum; sed quanto inuitatius, tanto gloriosius: timor de adepta iam altitudine, tadeve magis facit, quam placere ipsam alitudinem. Nulla splendidior gemma in omni præcipue ornatu Pontificis, ipsa humilitate: quo enim celsior, eo humilitate apparet illustrior, & seipso. Blanditur Cathedrala, specula est, non domus: qui eleuauit, deicere potest. Consideras gradum, & casum metue: consideras fastigium dignitatis, & vide faciem abyssi deorsum. Occupare enim locum, & non facere fructum, nec loco expedit, nec personæ. Hæc quidem hæcenus diuinitus Bernardus.

Sic igitur collocato Pastore in sua Sede, prorumpit vniuersa Ecclesia in confessionem, & laudes Omnipotentis Dei; in quas omnis humana actio & institutum, merito desinere debet. Ducitur per templum nouus Antistes, ut omnibus innotescat: commendatur Summo Pastori, & Rectori omnium Deo: ut quem Ecclesia sua Pastorem præfisse voluit, propitius respiciat: det illi verbo, & exemplo proficere, & ad vitam vnâ cum grege sibi commissio sempiternam peruenire. Quantumlibet enim fuerit peritus gubernandi, inquit Chrysostomus, nisi inter huiusmodi gubernacula gratiam habeat, & pacem, quæ à Deo est, & nauiculam simul, & nauigantes procella inuoluet, mergetque profundo.

Sic vestitus, sic ornatus nouus Præsul, benedicit populo, ac dimitti Ecclesiam. Pleni autem amore, & spiritu diuini Antistites, in mutuas salutationes, & in mutua oscula, mutuosque amplexus effunduntur, mutuum sibi pacem tradentes, & accipientes.

Precaatur sacer consecrator nouo præsul, tanquam spirituali filio suo in omni cura, ac sollicitudine subiecti sibi gregis, omnes saluare, & optatos successus; Precaatur nouus Pontifex consecratori suo, quem in patris loco vestustissimis institutis, per omnem vitam habere, ac venerari iubetur ter elata voce, multos felices, & prosperos annos.

Amor siquidem Pastorum, & concordia, salus, & incolumitas est gregis. Decet enim eos, qui omnis pacis, & amoris ceteris omnibus hominibus duces, &

authores esse debet; ad cuius rei designationem, in veteri lege, non alij, quam Sacerdotes ignem in templo Dei, accendere iussi sunt; eos ipso inter se nullis dissensionibus, nullis similitatibus disfidere; sed mutuam pacem, & charitatem perpetuo colere. Sic enim animis coniuncti, atque concordēs, viribus quoque magis pollebunt, omnesque inimicorum fraudes, atque insidias, omnem vim, & impetum, facilius sustinebunt, atque superabunt penitus. Amor, & Concordia Pontificum, amorem, & mutuam charitatem fouet principum; principum consensus, & concordia, populi salus est. Hucusque Socolouius, & ex illo Barbosa de Potest. Episcopi, p. 1. tit. 1. c. 5. n. 2.

Sed scias, amice, Lector, diuinum ingenium sancti Præceptoris Diui Thomæ paucis verbis omnia à nobis superius dicta, complecti in Addit ad 3. p. quest. 40. art. 7. in corpore, vbi docet, Episcopum habere supra Sacerdotem nouem vestimenta; quæ sunt Caligæ, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chirotheca, Anulus, & Baculus; quia nouem sunt, quæ ipse super Sacerdotes potest; scilicet Clericos ordinare; Virgines benedicere; Basilicas dedicare; vestes & Vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum: per Sandalia, quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum: per Succinctorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis: per Tunica perseverantia, quia Iosephum tunicam talarem habuisse legitur, quasi descendentem, vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ: per Dalmaticas largitas in operibus misericordiarum per Chirothecas cautela in opere: per Mitram scientia vtriusque testamenti; vnde & duo cornua habet: per Baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quod significat curuitas in capite baculi sustentare Infirmos, quod ipse stipes signat baculi, & pungerentos, quod significat stimulus in pede baculi. Per Annulum Sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo: Episcopi enim sunt in Ecclesia loco Christi.

Horum Pontificalium ornamentorum antiquitas clarè constat ex Sancto Bernardo Epist. 42. circa finem, vbi inter ornamenta Episcopalia enumerat Mitram, Anulum, & Sandalia. Idem faciunt Innocentius III. lib. 2. de myst. Missæ, cap. 41. lib. 1. de Diuino Offic. cap. 24. & alij de rebus Ecclesiasticis Scriptores; quare multa hæc missa faciemus apud prædictos Authores legenda. Et hæc omnia minutatim, & latè explicare volui circa mysticam in-

terpretationem Rituum, qui in consecratione Episcopali ministrantur, nam dubito aliquos Episcopos, illos tantum materialiter adhibere, non autem formaliter, intelligendo videlicet quid ex illis Ritibus adhibendis mysticè significentur.

Quare in Consecratione Episcopali tres Episcopi adhibentur, ut visum est supra, & an sit de necessitate præcepti, vel ut alij volunt, de necessitate Sacramenti.

RESOLVTIO CXXV.

Cum mysticas rationes aliorum Rituum consecrationis Episcopalis in superioribus Resolutionibus explicauerimus, visum est hic pro curiosis exquirere, cur statutum sit Consecrationem Episcopalem à tribus Episcopis ministrandam esse; Et hoc cum Hallier de Sacram. Ordini. part. 2. cap. 2. art. 1. § 2. num. 9. Quadruplici potissimum de causa statutum esse conuicio, ut tres saltem Episcopi Episcopali Ordinationi interessent, primum ad Episcopatus vnitatem seruandam; quia enim, ut habet Cyprianus, Episcopatus vnus est Episcoporum multorum concordia numerositate diffusus, nec Episcopus legitimus esse potest, qui à Coepiscoporum suorum Corpore, & ab Ecclesiæ vnitatem deficiat: ideo ad eandem vnitatem fouendam, strictiusque colligandam, prudenter institutum est ne quis nisi ab Episcopis simul adunatis, & collectis ordinaretur. Secundò ut Diuina gratia, quæ in iis ordinationibus maximè necessaria est, magis appareat. Cum enim promiserit Christus, vbi duo, vel tres congregati fuerint in eius nomine, se in medio eorum futurum; consentaneum visum est, ut in nomine Christi, id est autoritate Metropolitanæ, vel alterius potestatem habentis, duo vel tres Episcopi congregentur, ut ordinationem futuri Antistitis perficiant. Tertiò ne in re tanti momenti, quanta Episcopalis est ordinatione vnus iudicio cum periculo fidei fideretur, & ambitioni exinde, ac tyrannicæ cuiusdam potestati via aperiretur: Nam, ut ait Anaclerus, & post eum Isidorus Hispalensis, Rabanus Maurus, Concilij Aquifranensis Patres, & alij, quod Episcopus non ab vno, sed à cunctis consensu, aut præsentia Comprovincialium est ordinandus, & non minus quàm à tribus, cæteris consentientibus instituentem Domino, fieri iubetur, ne

ne aliquid contra fidem Ecclesiæ, vnus tyrannica autoritas moliretur, & regula, vel fides confunderetur credentium. Consentit Syricius verans, ne vnus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præstitum videatur. Quæ vltima verba habentur etiam in Epistola Innocentij I. ad Viſtricium Rothomagensem. Quartò, quia vt docet, S. Gregorius, in ipsis rebus spiritualibus, vt sapienter, & maturè disponantur, & exemplum trahere à rebus cardinalibus possumus. Cerrè enim dum coniugia in mundo celebrantur coniugati quique vocantur, vt quia in via iam coniugij præcesserunt, in subsequenti quoque copula gaudio misceantur, cur non ergo, & in hac spirituali ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo coniungitur, tales conueniant, qui vel in profectu ordinati gaudeant, vel pro eius cu-

stodia Omnipotenti Deo preces pariter fundant.

Nota Lector, quod plures alias mysticas significationes omnium Rituum Episcopalis consecrationis eruditè, & latè inuenies apud Gerundam, doctum quidem authorem ex Societate I.E.S.V. de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disput. 13. cap. 5. cum seq. sed ex industria illas hic adducere nolui, contentus tantum ea, quæ notat Socolouius proferre, nam liber Patris Gerundæ facile inuenitur; non autem Socolouij, vide etiam Petrum Gregorium Tholosanum in Syntag. Iuris vniuers. lib. 15. cap. 12. num. 38. cum seqq. & hæc dicta sufficiant circa præsentem Tractatum de Consecratione Episcopali, quem post tot exhauriatos labores in Theologia Morali vltimo loco scripsi, annum agens sexagesimum nonum. Faxit Deus, quod qui tantos libros scripsi, in vno vitæ libro, scriptus sim.



TRACTATVS
DE
COLLOCUTIONIBVS,
ET SCRIPTIONIBVS
VETITIS CONCLAVIS TEMPORE.

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclauem de rebus ad Electionem pertinentibus incidant in Censuram Papæ reſeruatam. Et negatiuè respondetur.

RÉSOLVTIO PRIMA.

RESPONDENT aliqui negatiuè, quia in Cap. *vbi periculum de elect. in 6.* sic habetur. *Nulli fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam: qui verò contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo illorum secretè loquendo, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat:* ita ibi. In quibus verbis vt patet, solum excommunicantur ad Cardinales in Conclauem existentes, vel nuncium mittentes. Ergo mittentes à Cardinalibus distinguuntur: maximè cum in verbis antecedentibus dixerit Pontifex *nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat.* Ergo personæ extra Conclauem existentes, sunt quæ huic excommunicationi subiiciuntur, non autem qui intra Conclauem existunt. Itaque hæc excommunicationis non comprehendit ipsos Cardinales, sed nuncium, vel scripturas mittentes, vel secretè alloquentes. Ita docet Caiet. *verb. Excommunicatio cap. 55.* Sayrus *lib. 3. cap. 35. num. 3.* Filliucius *tract. 14. cap. 4. quæst. 2. num. 54.* Suar. *disp. 23. sect. 4. num. 1.* Bonac. *tom. 3. de censur. disp. 2. quæst. 2. punct. 34. num. 6.* Castrus Palauis *tom. 6. disp. 3. punct. 31. num. 1.* Sed quid Anton. Dianæ. Pars XII.

dicendum in terminis Bullæ Pij IV. Respondendo etiam negatiuè; nam Pontifex ibi sic ait. *Clauso Conclauis, nulli ad colloquium, etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & urgente causa à maiori parte Collegij approbata admittantur.* In quibus verbis, vt patet, nulla imponitur excommunicatio Cardinalibus propter locutionem, Vnde Castrus Palauis *vbi supra num. 1. in fine,* sic ait. *Aduerte in fine huius Constitutionis Gregorij Pij IV. in Bulla eiusdem incipiente in eligendis Ecclesiarum Prælati, excommunicationem sibi reſeruatam proferre aduersus quoscunque etiam Cardinales, qui litteras, aut cuiusuis generis scripta nuncium vel notam, aut signum miserint ad eos, qui in Conclauis fuerint, vel è contra è Conclauis ad eos, qui foris fuerint, & aduersus quoscunque has litteras, scripta, nuncium, vel notam recipientes. Ex quo iam dubitare non licet quocunque modo littera, vel nuncius mittatur, siue secretè siue publicè, sub excommunicatione comprehendendi; neque etiam dubitare licet comprehendendi Cardinales.* Ob locutionem autem præfenti Constitutione Pij IV. excommunicatio non iniungitur; bene tamen in dicto cap. *vbi periculum.* Ita ille *Et punct. 26. num. 6.* Sic etiam asserit. In Bulla Pij IV. in ordine 63. edita Anno 1562. cuius initium est, *In eligendis Ecclesiarum Prælati, Pontifex sub excommunicatione ipsè reſeruatam prohibet litteras aut cuiusuis generis scripta ad eos qui in Conclauis erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, aut recipere, aut è contra è Conclauis ad eos qui foris erunt. Insuperque prohibet,*

Et si non sub excommunicatione, ut clauso Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna; Et urgente causa à maiori parte Collegij approbata admittantur. Hæc Palaus Itaque dicendum est Pium IV. confirmationem eorum, quæ disposuerat Gregor. X. in d. cap. ubi periculum addidisse excommunicationem Papæ referuatam, non solum contra scribentes extra Conclauem, intra Conclauem, ut fecerat Gregorius, sed etiam Cardinales recipientes litteras, & illas scribentes ex Conclauis ad alios extra Conclauem. Prohibuit etiam Collocationes, sed non cum pœna excommunicationis; & ita hanc sententiam præter Palaum ubi supra in terminis Bullæ Pij IV. docet etiam Bonacina tom. 3. disp. 2. punct. 34. num. 9. ubi loquendo de differentia inter Constitutionem Pij IV. & cap. ubi periculum, sic asserit; Pater differentia inter istam, & præcedentem Excommunicationem. Primo quod ista est reseruatata Summo Pontifici, illa nequaquam. Secundo, in ista non solum prohibitum est mittere litteras, scripta, & signa, verum etiam illa recipere: illa uero non imponitur excommunicatio recipientibus. Tertio in illa prohibitum est sub excommunicatione, secretè loqui, in hac uero Constitutione prohibitum quidem est, sed non sub censura. Hæc Bonacina, cui etiam adde Josephum Gibalinum in Synopsi censurarum verbo electio num. 6.

Itaque dicendum est, in dicta Constitutione non inueniri censuram latam reseruatam contra colloquentes, sed contra scribentes ex Conclauis ad alios existentes extra Conclauem, vel scribentes Cardinalibus, vel aliis existentibus in Conclauis.

Et tandem non deferam hic apponere verba Parisi Theauri in praxi de pœnis par. 2. verb. Conclauem, cap. 2. §. Item Pius. ubi sic ait, Nota quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna lata sententiæ, ex prædictis; Itaque solum hi, qui secretè loquuntur cum Cardinalibus in conclauis existentibus incurrunt excommunicationem non reseruatam: ipsi autem Cardinales secretè loquentes cum aduentibus, non incurrunt illam censuram. Ita Theaurus.

Rationes pro affirmatiua sententiâ adducuntur, sed negatiua firmatur.

RESOLVTIO II.

Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam aliqui satis probabilem existimabunt, nempe Cardinales non solum

mittentes litteras, & nuncium ad alios extra Conclauem existentes, sed etiam cum ipsis colloquentes in censuram reseruatam Pij IV. incidere.

Probatum Primò hæc opinio, quia legis mens magis est attendenda, quam verba, ut patet ex l. scire, ff. de legib. l. non aliter, ff. de legat. 3. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. signific. & tenet Surdus decis. 35. n. 4. Ferret. in Constit. Catal. Gloss. 4. n. 66. vnde Bartholomæus Humada in schol. ad Glossam, Lopez l. 57. tit. 5. part. 1. gloss. 2. num. 7. docet ex Baldo in dicta l. scire, quod non solum recedere debemus à verbis legis, & seruare mentem, ubi est expressa, sed etiam ubi mens, seu ratio non est expressa. Sed certum est Summum Pontificem Pium IV. in dicta Constitutione aliam non habuisse mentem ac finem, quam ob solam Pontificis electionem Cardinales ab omni communicatione cum aliis extra Conclauem se abstinerent, vnde prohibuit sub censura sibi reseruatata ad eos mittere litteras, nuncium &c. Ergo quanto magis dicendum voluisse Cardinalibus prohibere collocationem cum supradictis, cum lingua magis vrgeat, & vim habeat, quam calamus.

Deinde probatur, & confirmatur hæc opinio, quia in Bulla Pij IV. §. Clauso & §. litteras versantur, & respiciunt vnâ eandemque materiam, videlicet remotionem ab omni communicatione cum existentibus extra Conclauem, prohibendo collocationes, litteras, mandata, notas, signa, ergo licet materialiter videantur duo §§. distincti; sunt tamen formaliter vnus, & idem, & ideo in Rubr. §. litteras dicitur Clauso Conclauis littera, & signa similiter prohibentur. Nota dictionem similiter, quæ est repetitiua, ut obseruat Ruinus conf. 169. num. 2. vol. 2. & Surdus decis. 88. num. 15. Vnde inducere dispositionem similem præcedenti, dixit Sacra Rota coram Seraphino tom. 2. decis. 1384. num. 1. Ergo censura lata in dicto §. litteras cadit etiam, & includit antecedentem §. Clauso, & ideo non solum mittentes, & recipientes litteras, vel scripturas, sed etiam colloquentes cum his qui extra Conclauem existunt de rebus pertinentibus ad electionem, in excommunicationem incidere dicendum erit, cum vtrouque par sit ratio, ut statim videbimus, & alioquin contra Regulam cum quis de regulis Iuris in 6. quod vna via denegatur, altera concederetur, vnde Petr. Peckius in dictam Regulam sic ait. Quoniam in omnibus dispositionibus, & publicis, & priuatis scripturam sententia

sententiæ, & menti cedere æquum est, cum ratio legis lex sit, & non legis verba captanda sint, sed legislatoris intentio spectari debeat, optima sanè ratione constitutum fuit, quod cum quid alicui vna via per legem prohibetur ad id alia via, sub velamento, & prætextu verborum, contra legis mentem admitti non debet. Ita ille. Cui adde Varnesium vol. 2. consil. 459. n. 2. Vela dissert. 10. n. 59. Sesse decis. 28. n. 11. Larra Decis. Granat. 1. n. 45. lib. 1. Sanchez de matrim. l. 1. c. disp. 8. n. 20. & alij asserentes absurdum esse, quod vna via denegatur altera concedere: Sed hoc eueniret in casu nostro, nam ad euitandam omnimodam communicationem cum aliis extra Conclauem denegarentur sub censura latæ sententiæ scriptiones, & mandata per nuncium, sed concederentur sine incurfu censurarum colloquia.

Probatum tertio quia non pauci, nec contemnendi, imò magni nominis Doctores asserunt etiam legem pœnalem extendendam esse ad alium casum, quâdo militat eadem ratio, & ita per Textum in l. 2. vers. si Curatoris, ff. ad Tertull. & in cap. si postquam, cum gloss. de elect. in 6. docet Alphonsus Modicius in §. lex est instit. de iur. gent. dub. 54. n. 1. Quia, ubi est eadè ratio, & omnimoda similitudo, debet esse eadem iuris dispositio, etiam in pœnalibus: quia tunc non dicitur fieri extensio, sed quædam declaratio, ut notat Gloss. singularis in cap. 1. in verb. Italia de temp. ordinand. l. 6. quam pro singulari cõmendat Panormitanus in cap. nihil colum. antepenult. de elect. & in cap. fin. colum. 2. de rescript. Et hæc omnia latè firmat ex Neoterico Gutierrez præf. qq. l. 3. q. 17. n. 83. ubi probat, quod in quacunq; materia sumus, ubi habet locum ratio legis, ibi quoque locum debet habere ipsa lex: illud, ff. ad l. Aquiliam. l. à Titio, cum similibus, ff. de verb. obligationibus. Mant. de coniecturis vltimarum voluntatum l. 2. c. 11. n. 20. Tiraquell. de causis cessantibus part. 1. n. 151. Becc. conf. 89. n. 10. Decian. conf. 76. n. 10 lib. 2. Mascard. de probat. concl. 1162. n. 4. & prius conclus. 312. n. 9. Adde Barb. consil. 10. n. 11. 12. & 19. l. 2. Hinc est, quod in his quæ per rationem legis comprehenduntur non dicitur fieri interpretatio extensiuâ, sed comprehensiuâ. Rolandus à Valle cons. 27. n. 6. cum seqq. lib. 1. Molina l. 1. de Hispan. primogen. c. 5. n. 12. Vnde in tali casu non dicitur lex extendi, sed includi ille casus sub eiusdem legis dispositione, latè Crauet. de Antiquit.

temp. 4. part. princip. in princip. n. 91. cum sequentibus & Parisius consil. 32. n. 20. l. 2. quibus adde Antonium Frances in Pastor. Regul. part. 2. q. 10. n. 52. Ergo cum ex supradictis pateat ex identitate rationis legem pœnalem esse extendendam, à fortiori dicendum est in casu nostro Constitutionem Pij IV. contra Cardinales, mittentes, litteras, & nuncium extra Conclauem ad alios, extendendam esse ad Cardinales cum ipsis colloquentes, nam in hoc casu militat eadem, imò maior ratio: vnde ex superius allatis patet opinionem hanc affirmatiuam cui ego adhærere Eminentiſſimis DD. Cardinalibus consulerem, esse satis probabilem. Illa tamen non obstante, existimo opinionem negatiuam Castri Palai, & Bonacinae non carere probabilitate, & ideo illam sequentes non damniarem. Nam in materia censurarum respicitur communiter à Doctoribus argumentum à simili, ut notat Amicus in Curs. Theologic. tom. 7. disp. 31. sect. 3. n. 58. & alij, imò & à fortiori, vnde verba interpretanda sunt, ut iacent, & sonant. Pœnæ etenim ad alios casus non sunt extendendæ, sed restringendæ, l. factum cuique, §. in pœnalibus, ff. de Reg. Iur. cap. in pœnis eodem tit. in 6. docet Surdus de Alimen. tit. 1. quest. 51. n. 12. Burgos de Paz. cons. 8. n. 2. etiam si extensio efficeretur ex similitudine rationis, ut docet Girona de Priuileg. explicat. num. 540. Dueñas. Regul. 1281. cum aliis communiter. Ergo, cum Pius I. V. fulminauerit sententiam excommunicationis contra Cardinales mittentes, & recipientes litteras, nuncium, &c. non est extendenda ad colloquentes: nam si istos voluisset comprehendere, expressisset, ut fecit, contra mittentes, & recipientes litteras. Ergo dum non expressit, comprehendere non voluit, quia ut diximus, si voluisset expressisset l. unica, cap. fin. autem, C. de caduc. tollen. cap. 2. de transf. Prælat. Tiraquellus in l. si vnquam, verb. libertis, num. 3. C. de reuocan. donat. Surdus conf. 88. num. 4. Gutierrez Præf. qq. l. 3. quest. 2. n. 7. & alij. Sed si aliquis veller stare in hac opinione quod Cardinales loquentes de rebus pertinentibus ad Electionem non incidant in censuram Papæ reseruatam; restat videre an saltem Cardinales in tali casu peccent mortaliter.

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclauem de rebus pertinentibus ad electionem, peccent saltem mortaliter.

RESOLVTIO III.

Negatiua prima facie videtur respondendum, nam Pius IV. sic ait. *Clauso Conclauis nulli ad colloquium admittatur*: Quæ quidem verba cum sint imperatiua, non inducunt præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba. Et quando Ius, vel Superior aliquid sub culpa præcipere volunt, fortioribus terminis uti solent. Et ita hanc sententiam generaliter, & absq; vlla limitatione docet Bordonus in *consueg. tom. 2. resol. 61. q. 9. n. 27.* Patrū Thomistarum decus Cardinalis Caiet. 2. 2. q. 186. ar. 9. circa solut. ad 2. Castro l. 1. de leg. pæn. c. 3. docum. 4. Salon 2. 2. q. 77. ar. 2. controuers. 8. col. 3. vers. *Ex his sequitur.* Carbon. de leg. l. 7. disp. 4. ad fin. Confirmatur hæc opinio auctoritate Petri de Ledesma in *Summa Tom. 1. de Eucharist. c. 11. ante 9. conclus.* Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 7. diff. 37. n. 7.* Tambur. *opusculo de Commun. c. 1. §. 6. n. 49.* Lud. de S. Ioanne q. 7. de *Eucharist. art. 7. dub. 1. in fin. pag. 264.* Martin de S. Ioseph. l. 1. tract. 7. de *Eucharist. num. 19.* afferentium verba Concilij Tridentini *sess. 13. c. 5.* Quod si necessitate urgente Sacerdos absq; præuia confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur, quia sunt verba imperatiua, non important præceptum ad mortale, sed consilium & adhortationem. Et ad plurimum verba imperatiua, non important tantum præceptum sub veniali, tradunt Nauarrus c. 12. num. 49. Emanuel. S. a *verb. lex. n. 6.* Sayrus in *Claui Regia l. 3. c. 7. n. 2.* & alij.

His tamen non obstantibus puto affirmatiuam sententiam tenendam esse. Probatur primò, quia supradicta opinio Caietani, & aliorum procedit quando materia non est grauis, sed quando verba imperatiua versantur circa materiam grauem, & quæ plurimum interest Reipublicæ, tunc dicta verba importare præceptum sub mortali, tradunt communiter Doctores, ut Cast. Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 9. n. 2.* Vasq. in 1. 2. tom. 1. disp. 178. c. 3. n. 21. Sanc. de *matrim. l. 4. disp. 23. n. 11.* & in *Summa tom. 2. l. 6. c. 4. n. 26.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 3. diff. 1. n. 110.* & alij. Quod patet ex Clement. *Exini, Sitem quia, vers. nos ita-*

que de verb. significat. vbi Pötifex expressè dicit, verba imperatiua nec continere præceptum, nec ei æquipollere, & statim ex materia grauitate præceptum colligit. Sed in nostro casu materia præcepti est in re grauissima, quæ importat, & conducit ad bonum vniuersale totius Ecclesiæ, videlicet ad liberam, & rectam electionem Summi Pontificis. Ergo verba supradicta Pij IV. licet imperatiua, præceptum sub mortali continere omnino dicendum est. Et ita interpretata sunt dicta verba Pij IV. consuetudo, & obseruantia subsequens, quæ est optima legum interpret. *l. minimè. ff. de legib. l. si de interpretatione. ff. eod. tit. cap. cum de consuetud.* Syluan. *conf. 88. n. 27.* Tiraq. de *nobil. c. 10. n. 9.* Afflit. Neap. *decis. 166. n. 9. & decis. 173. n. 3.* Menoch. *conf. 32. n. 44. & conf. 390. n. 21. & conf. 577. n. 2. & 3. vol. 3.* Mascard de *probat. concl. 1415. n. 10.* Brunor à Solè in *locis cõmun. verb. consuetudo 6.* Cardof. in *praxi iudicij, & aduocat. eod. verb. n. 3.* Cald. Pereira in *l. si curator è, C. de in integr. restit. minor. verb. contractus n. 29.* Bellef. *disquis. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12.* Mendez à Castro in *praxi Lusit. l. 2. c. 1. n. 12.* Camill. Borell. in *Summa omnium decis. tit. 14. n. 88.* Cened. *practic. & canon. qq. l. 1. q. 3. n. 11.* cum aliis, quibus adde Ioannem Præpositum in c. 2. n. 14. & Amicū in *Cursu Theolog. t. 5. disp. 5. sect. 8. n. 204.* afferentes, obligationem ad mortale solo verbo imperatiuo declarare praxim, & consuetudinē. Et ideò loquentes de verbis imperatiuis afferunt plures stādum esse consuetudini acceptanti, & intelligēti ea verba. Si enim ita explicuit tãquã verba præcepti, continebunt præceptum; si vero tanquam verba consilij continebunt cõsilium. Vbi autē consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam, & si ea magni pōderis, & necessitatis sit, & ita verisimile sit, eam sic à superiore ponderatã, continebunt præceptum; secus autē si non. Sic Anton in *cap. nã concupiscenziam in fin. de constit.* & ibi Panorm. *num. 4.* Imol. *n. 10.* Fel. *n. 8. vers. De aliquibus autē verb.* Alex. de Neuo *n. 26.* Ang. *verb. lex, n. 3.* & ibi Tab. *q. 18. n. 29.* Armilla *num. 4.* Sylu. *verb. Præceptum q. 2.* Euerard. in *suis topicis loco ab æquipollentib. n. 11.* Sanch. *t. 2. Summa l. 6. c. 4. n. 39.* & alij. Sed in casu de quo loquimur, etiã si non adesset consuetudo, quod negamus, tamen materia est ita grauis, vt grauior esse non possit, videlicet, vt diximus, media ad rectã electionem Pontificis. Ergo in dictis verbis imperatiuis præceptum sub mortali Pium IV. impo-

imposuisse, manifestè apparet, nec aliter sentiendum puto.

Ad auctoritatem desumptam ex verbis Concilij Tridentini vbi supra, Respondeo contra Ledesmam, & alios, verba illa imperatiua, vt ego alibi probaui, inducere obligationem sub mortali, quia versantur, vt est in casu nostro circa materiam grauem, ita etiam interpretantur consuetudine. Et ita docet Amicus loco citato n. 204. Et me citato Diacastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. dub. 9. n. 176.* & me citato Leandrus de *Sacram. tom. 2. trat. 7. disp. 7. quest. 46.* & me citato Eminentiss. Card. Lugo de *Euchar. disp. 14. sect. 7.* & me citato Auerfa de *Sacram. Eucharistia quest. 8. sec. 7.* & me citato Francisc. de Lugo de *Sacram. l. 4. c. 6. q. 8. n. 61.* & me citato Paulus Maria Quartus in *Rubricas Missalis Romani p. 3. tit. 8. sect. 3. dub. 6.* & me citato Trullench, de *Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. q. 4. num. 26.* & me citato Eligius Bassæus *verbo Communio sacra n. 59.* & me citato Caspensis in *Cursu Theolog. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sec. 2. n. 26.* cum aliis communiter.

An Collocutiones, & Scriptiones, quæ ordinantur ad bonam electionem futuri Pontificis prohibeantur in Bulla Pij IV. In eligendis &c. Et opinio negatiua affertur.

RESOLVTIO IV.

IN Bulla sic haberur, *Clauso Conclauis nulli ad colloquium etiam extra portam Conclauis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & urgente causa à maiori parte Collegij approbanda admittantur, Litteræ verò, aut cuiusvis generis scripta ad eos, qui in Conclauis erunt, seu nunciunt, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, è Conclauis ad eos, qui foris erunt, nullo modo liceat, qui contra fecerint: quacunque dignitate, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pena excommunicationis latæ sententiæ subiaceant, absoluedi facultate, præterquam in mortis articulo, soli Pontifici Maximo reseruata, à quo nihilominus pro qualitate delicti ultra dictam excommunicationis penam puniendi erunt.*

Ad dubium propositum negatiuè videtur respondendum, quia in hoc casu cessat finis legis scriptiones prohibentis.

Probatur eo quod mens Legislatoris, & finis legis colligitur ex eius proemio, vt patet ex *l. fin. ff. de Hereditibus instit.* & ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & Imola. Idem habetur in *l. 1. ff. de orig. Iuris,* & docent Molina Anton. Dianæ Pars XII.

de *primogen. lib. 1. c. 5. n. 34. & 35.* Guttierex *pract. lib. 1. q. 27. n. 90. & 91.* Hurradus *var. tom. 1. tract. 2. cap. 2. resol. 3. n. 30.* Soccin. de *confess. sollicit. tract. 1. cap. 7. n. 4.* Panormitanus in *c. aduersus de immun. Eccles. n. 2.* Nauarrus in *cap. si quando de rescrip. except. 8. n. 1.* Oldradus *conf. 103.* Tiraquellus *tit. cessante causa limit. 1. n. 90. & 91.* Paz *conf. 92. n. 6.* Quinta Dueñas *tom. 1. tract. 3. singul. 18. n. 8.* Salas de *legib. disp. 17. sec. 9. n. 13.* & alij. Sed vt patet in §. 1. Bullæ Pij IV. finis suæ constitutionis fuit, tollere abusus qui liberæ, rectæ, & maturæ Electioni Pontificis obstare poterant: & ideo Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 2. pun. 35. n. 13.* & Castrus Palaus *n. 6. disp. 3. punct. 18. n. 6.* cum Iosepho Gibalino in *Synopsi Censurarum verb. Electio n. 6.* docent finem dictæ Bullæ Pij IV. esse, vt electio futuri Pontificis libera omnino sit. Et Sayrus de *censur. lib. 3. cap. 3. n. 2.* ait, materiam canonis *ubi periculum in 6.* esse occasionem differendi, vel turbandi electionem Summi Pontificis. Ergo quando collocutiones cum Cardinalibus, vel scripturæ ad eos missæ nullum continent abusum, nullam occasionem differendi, vel turbandi electionem Pontificis, imò conducunt, & ordinantur, & efficiunt, vt actu sequatur subita, recta, liberã, & matura electio ipsius Pontificis, vt est finis, & voluntas dictarum Constitutionum, in tali casu dicendum videtur ita colloquentes, & scribentes neque peccare mortaliter, nec incidere in censuras.

Probatur hæc opinio, quia quando cessat finis adæquatus, & fundamentalis legis etiam in particulari, lex non obligat, & lex fundata in præsumptione, ipsa deficiente non adstringit.

Probatur primo ex Iure Canonico, vt patet in *cap. miramur, de seruis non ordinandis, iuncto cap. multis, de atar. & qualit. cap. cum cessante de appellationib. cap. quorundam de iudiciis cap. Marchion. 1. q. 2. cap. fin. de Regiuris, & glossa. vers. seruorum in cap. ita quorundam de Iudeis.*

Probatur ex iure ciuili, vt patet ex *l. quod dictum 32. ff. de pactis, l. adigere 6. §. quamuis de iure patronatus l. illud 9. ff. ad legem Aquiliam, l. ita demum, ff. de administr. tutor, l. quod ait lex, ff. de diuortijs, l. 1. §. vltim. ff. de alimentis legatis, & gloss. verb. prouidentia, & verbo filio procedente in l. 2. vers. & si extraneum, ff. de vulgari.*

Et tandem probatur auctoritate Doctōrū, ita Granadus in *1. 2. contr. 7. tract. 3. p. 2. disp. 15. sect. 2.* & alij quos alibi adduxi, & ad fatietatem adducit Franciscus Soufa in Bullam Clementis VIII de largitione munerum

fundam. 2. n. 24. quibus nunc addo Martinum de S. Ioseph post Regulam S. Francisci fol. 437. n. 7. & me citato Roccaful. tom. 1. p. 3. l. 6. de lege humana in communi c. 15. & me citato Crescēt. in Praesidio Romano l. 3. n. 28. & me citato Bertrand. Loth. in Resol. Theol. tract. 2. art. 8. & Tamburin. vir doct. & amiciff. in Decal. tom. 1. l. 2. c. 1. §. 10. n. 3. & me citato Pollachus vocat. epidem. p. 1. n. 65. & me citato Caramuel in Theologia regulari disp. 5. num. 50. & me citato Possentius verb. lex, in collect. responsionū moralium tit. de Monialibus, inquis. 2. n. 52. Et nota quod Granadus addit supra sect. 3. n. 24. Satis esse probabiliter cognosci cessare adaequatam rationē legis, ut licitè possit non seruari; dummodo, ut obseruat Roccaful. ubi sup. Absit scandalū, & rectè procedatur in rei veritate, nō verò fictione, fingendo deficere, & cessare finem legis in particulari, cum minime deficiat. Vnde ex his aliqui non possunt intelligere, quomodo Pius I V. & Gregorius X. qui nihil aliud intendunt in suis Constitutionibus, quam optimam Pontificis electionē, quod postea velint eos excommunicationis nexu vinciri qui scriptiones adhibent tāquam media probabilia opportuna, imò, & forsitan necessaria ad adiuuandā, & efficiendam dictam electionē, ideo putant in dictis Constitutionibus solū prohiberi litteras, quæ tanquā abusus tendere possunt ad differendā, turbandam, & impediendam liberam, rectam, & maturam Pontificis assumptionem, non autem collocationes; litteras &c. quæ illam adiuuare possunt, & ad hunc finem adhibentur.

Opinio affirmatiua firmatur.

RESOLVTIO V.

Verum supradicta opinio, licet prima fronte speciosa videatur, quam ego olim speculatiuè loquendo, probabilem censui, asserendo cessante legis fine, non obligare legē etiam in particulari, nunc tamen omnino existimo practicè in nostro casu non esse hanc sententiam consulendam. Durum enim mihi videtur in re tam graui relinquere iudicium de cessatione legis, non solum omnibus Eminentissimis Cardinalibus, sed etiam secularibus, itaut possint impunè scribere, & colloqui cum ipsis, quoniam probabiliter dictas collocationes vel litteras existimarent conducere ad bonam electionem Pontificis; atque ideo non adesse in illis abusum, sed cessare finem legis. Et vnus

scriberet contrariū, quod scriberet alter, & ideo vnusquisq; diceret, quod cessat finis legis in suo casu. Vnde si hæc opinio esset admittenda, dubitarē quod Sacrum Conclauē, & eius Rotę magis frequentarentur, quā Postea Pasquini, & Constitutiones Pontificiæ tā arctæ, deseruirent de vento, & in fumum transirent, & electio Summi Pontificis vsq; ad Kalendas Græcas differretur. Ideo negatiuæ sententiæ, quam certam existimo, adhærendum puto prorsus affirmatiuam refellendo.

Dico igitur, quod lex aliquando fundatur in periculo facti, vel delicti, quando enim lex, seu præceptum fundatur præsumptione facti, vel delicti, si factum, vel delictum cessat, cessat etiam obligatio legis, ut fuisi institutus hæres alicuius, non fecisti inuentariū, præsumitur, quod bona hæreditatis abscondisti, & propterea es condemnatus ultra vires; si reuera non abscondisti, nō teneris in conscientia. At quando lex, seu præceptum fundatur in periculo facti, vel delicti, etsi delictū, seu factum cesset in aliquo casu speciali, quia non cessat generaliter, & absolūtè, id est non cessat ab entitate præcepta in se, ideo non cessat lex, neque præceptum. Ideo contractus minoris, vel pupilli sine auctoritate tutoris, & aliis conditionibus requisitis non valet, & si cesset omnis fraus; Sic obligatio dotis, renunciatio illius, donatio vxoris facta marito, renunciatio legitimæ, confessio Sacramenti, electio, & alia similia, si fiant sine solemnitatibus, etiam si fraude non valent; etsi alia viger lex, quia non fundatur in facto, seu delicto præsumpto, sed in periculo facti, id est quod factum, seu delictum in ea re esse potuit, & si actu non sit. Ita ex Pontio, Suarez, Salas, Bonacina, & aliis docet hæc omnia Ferdin. à Castro Palao tom. 1. tr. 3. dispnt. 1. punct. 14. n. 13. Quibus adde Ianuariū de Casibus reseruat. resol. 34. n. 14. & nouissimè Angelum Bossium Var. tom. 3. tit. 16. §. vnic. n. 11. & 12.

Hoc supposito, sic argumentor. Quādo lex præsumitur, & fundatur non in delicto, sed in periculo delicti, illo deficiente adhuc lex obligat, sed in nostro casu cōstitutiones Pontificiæ nō fundantur, nec præsumunt factum, vel delictū, sed periculū facti, & delicti: ergo etiam deficiente præsumptione, & delicto obligabunt.

Probo minorē ex verbis Bullæ Pij IV. §. 2. ibi, Nos quantum cum Deo possumus futuris periculis occurrere volētes, &c. Et ideo dixit Bonacina ubi infra n. 10. quod Sum-

mus Pontifex ad præcauenda pericula prohibet mitti scripta cuiusuis generis, &c. Quod confirmatur ex illis verbis Greg. X. in cap. ubi periculum, pro his tantum, quæ ad electionis negocium pertinent vocarentur, &c. videlicet, ait Glossa, Aduocati, & Religiosi. Ergo non prohibentur tantum collocationes quæ continent abusus & delictum, sed etiam collocationes absque abusu, & delicto, imò licitæ in ordine ad rectam electionem Pontificis. Itaque axioma illud Iurifconsultorum, ac Theologorum, legem fundatam in præsumptione, si præsumptio deficit non obligare, & cessante fine legis, legem non arctare, intelligenda sunt, ut diximus de fine legis, & præsumptione, quæ fundatur in delicto, non autem in periculo delicti, ut accidit in casu nostro circa prohibitiones Colloquentium, vel scribentium ad Conclauē, seu existentes in Conclauē.

Ad argumentum verò desumptum ex verbis Pij IV. appositis in proemio seu §. 1. suæ Constitutionis patet responsio ex dictis, videlicet Pontificem ibi non loqui de abusibus continentibus delictum, sed tantum periculum. Ergo.

Adde, quod illa opinio, in qua fundatur contraria sententia, videlicet cessante fine legis, cessare obligationem legis, etiam in casu particulari, est contra communem, ut me citato obseruat Bassæus verb. lex. 5. n. 3. & me citato Merolla tom. 2. cap. 8. dub. 2. difficult. 1. & me citato Vericell. in qq. Moral. tract. 3. quest. 13. num. 13. & me citato Pellizzarius in Manual. Regul. tom. 2. tract. 6. cap. 4. num. 22. & me citato Hurtadus var. tom. 1. tract. 3. cap. 6. resol. 35. num. 223. & me citato Caspensis in Curs. Theol. tom. 1. disp. 6. sect. 1. num. 4. Araujo in. 12. D. Thom. quest. 97. disp. 3. sect. 7. diffic. 3. num. 45. & hæc opinio communiter recipitur in Schola Societatis, & ita præter Suarez, Vasquez, Salas, Baldellum, Azorium, Filliuccium, & alios à me alibi adductos tenet nouissimè Escobar in Theol. Mor. tom. 1. lib. 5. cap. 9. n. 66. Vnde practicè ego negatiuæ sententiæ adhæreo.

An in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. detur paruitas materia excusans à peccato mortali, & ab incurfione Censurarum.

RESOLVTIO VI.

Negatiuam sententiam mordicus sustinet Bonacina tom. 3. disp. 2. quest. 2.

punct. 34. num. 13. vbi sic ait. Dubium est utrum mittens, vel recipiens modicum chirographum, & valde breuem scripturam, vinculo huius censura obstringatur. Ratio dubitandi est, tum quia paruitas materia semper excusatur à mortali, consequenter etiam ab excommunicatione, qua peccatum mortale incurritur, tum quia legens octo, vel decem lineas libri ob hæresim danati, non afficitur excommunicatione lata contra legentes libros hæreticorum, etiam si in illis paucis lineis insertus sit error, cuius causa liber ille damnatus fuit: ergo multo minus in præfatis casibus incurrit excommunicationem mittens, vel accipiens breuissimum chirographum. Et ideo post hæc dicta sic subdit Bonacina.

His non obstantibus omnino sustinendum est, tam recipientem, quam mittentem breue chirographum in præfatis casibus vinculo excommunicationis ligari; Ratio est, tum quia prohibitio generalis est: non solum enim prohibentur litteræ, verum etiam scriptura cuiusuis generis: nota & signa; huiusmodi autem chirographum comprehenditur sub nomine scripti cuiusuis generis, vel saltem sub nomine nota, aut signi, tum quia ubi est eadem ratio, debet etiam esse eadem iuris dispositio l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles. & l. à Titio, ff. de furtis. Ratio autem ob quam ista excommunicatio lata est, militat tam in breui chirographo, quam in longiori, cum inde arripi possit occasio impediendi liberam futuri Pontificis electionem. Ad primam rationem dubitandi, Respondeo, in hoc casu non adesse paruitatem materia, sed materiam ipsam sufficientem ad mortale, & ad censuram incurrendam, ut patet ex rationibus à me allatis. Ad secundam, negatur consequentia. Ratio disparitatis est, quia illa excommunicatio lata est contra legentes libros hæreticorum; qui autem paucas lineas legit, non dicitur, moraliter loquendo librum legere, consequenter ratione paruitatis materia à mortali, & à censura excusatur. Qui verò breue chirographum in Conclauē mittit, vel recipit, dicitur recipere aliquod scriptum, notam, vel signum, quod est materia istius excommunicationis: consequenter non excusatur à mortali, & ab excommunicatione. Hucusque Bonacina, cuius opinio terrere quidem debet illos qui forsitan folia integra extrā Conclauē scriberent, vel reciperent.

Sed licet hæc opinio sit satis probabilis, tamen ego puto aduersus illam, dandam esse paruitatem materiæ in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pij IV. Et ita hanc sententiam sustinet Castrus Paulus

laus tom. 6. disp. 3. punct. 29. n. 6. vbi ita asserit. Ex eodem etiam sine desumendum est, an litterarum missio grauitatem peccato mortali requisitam attingat: si enim ex se leuiter nocere possit, & non grauitate intentioni Pontificis, à peccato mortali & consequenter à censura excusabitur. Nihilominus, consultum est à qualibet litterarum missione, & secreta locutione omnino abstinere, tum ob scandalum, tum quia saltem in foro exteriori dum veritas non manifestatur, sic litteras mittens recipiens, & secretè colloquens excommunicationi subiectus erit. Ita ille, & ego. Vnde ex his ego interrogatus respondi non esse paruitatem materiæ, sed peccatum mortale si aliquis ex Conclau diceret alicui his paucis verbis: Vade, & dic Oratori Hispano, vel Gallo, vt impediatur electione eam faciendam Cardinalis N. nam licet verba prolata quoad materiale sint pauca, formaliter tamen sunt multa, & grauitate nocent intentioni Bullæ prohibentis colloquia, & scriptiones, ne turberetur electio Pontificis: Secus autem dicendum est, vt obseruat Palaus, si aliqua pauca verba etiam circa electionem leuiter nocere possint intentioni Pontificis, vt si quis diceret alicui: *Cardinalis N. habuit decem vota*, maxime si in hoc non sequeretur turbatio, vel aliud inconueniens in Conclau.

Itaque paruitas materiæ in hoc casu non solum merienda venit ex quantitate, vel paucitate verborum, sed ex leui, vel magno nocimento, quod verba illa afferre possunt electioni Pontificis: Id verò, quod diximus in ordine ad Colloquia, dicendum etiam in ordine ad scriptiones.

An peccet mortaliter Cardinalis si in Rota audiatur aliquem cum ipso loquentem, ipso tamen nihil respondente, vel è contra.

RESOLVTIO VII.

Difficultas oritur ex verbis Pij IV. appositis in Bulla, vbi sic habetur. *Clausula Conclau nulli ad colloquium admittantur*, Nota verbum *Colloquium*, quod importat duorum locutio: Sed in nostro casu tantum vnus loquitur, & alter nihil respondet: ergo non dicitur colloquium, & ideò non adest transgressio præcepti. Vnde in casu simili Pelizzarius de *Monialibus* c. 5. sect. 5. q. 17. n. 217. Sic ait. *Probabile videtur non incurere excommunicationem latam contra colloquentes cum Monialibus eum, qui cum Moniali loquitur ipsa nihil respondente, siquidem in tali casu non interuenit propria collocutio, quæ sola prohibetur sub censura: quæ*

opinio fortè non est improbabilis, attenda communi doctrina ad incurrendam censuram prærequiri effectum completum, & consummatum sub ea prohibitum. Ita ille.

Sed ego alibi hanc sententiam impugnavi & impugnat Ioseph Demarius in *Praxi Cas. Reserv. Disquis.* 3. quest. 5. num. 100. nam relictis rigoribus Grammaticalibus, idem est loqui, ac colloqui, quod probavi in terminis casus nostri: nam vbi Pius IV. in sua Bulla prohibet *Colloquia*, antea Gregorius X. prohibuerat *loquutiones*. Et in decretis Pontificum eorum mens est attendenda. Adde, quod in casu nostro videntur supradicti peccare, & incurere excommunicationem: nam licet non respondeant, certum est, quod in tali casu contra prohibitionem Pij IV. recipiunt, vel mittunt nuncium, vel recipiunt, & præbent notas, & signa: nam quæ maiora signa, & notæ, quam verba & ideò sunt comprehensæ in §. *litteras dictæ Bullæ Pij IV.* Sed probabiliter contrarium dici potest: nam verba censurarum, vt sonant, & strictè debent intelligi: Ergo in casu nostro isti tales non incurunt censuram. Probatur, quia certum est non recipere, nec mittere litteras, non recipiunt nuncium, quia nuncius mittitur ab alio, & loquitur nomine alterius. Non recipiunt signa, & notas, quia signa, & notæ significant aliquid ex conuentione, & intelliguntur tantum mittenti, & illi à quo mittuntur. Vt notat Bonacina tom. 3. disp. 2. quest. 2. punct. 35. num. 10. verba autem non ita, sed ea à primæua institutione eandem rem omnibus significant, & manifestant, & ab omnibus æqualiter intelliguntur. Ergo in nostro casu non est locus censuræ: Casus est curiosus, ideò tu cogita.

Quod tamen intellige, quoad Censuras, per ea quæ dicta sunt in *resol. 2.* nam quoad peccatum, vt diximus *resol. 3.* propter cooperationem cum locutione alterius circa res pertinentes ad electionem, vt suppono, aliter philosophandum erit.

An ad incurrendam censuram latam in Cap. Cum periculum, requiratur quod missio scripturæ, vel nuncij sit secreta, vt requiritur pro loquutione.

RESOLVTIO VIII.

Suppono, quod in dicto cap. excommunicantur omnes, qui mittunt scripturam aut nuncium, vel loquuntur occultè Cardinalibus aut alicui eorum existentibus in Conclau pro electione Papæ. Difficultas est

est. An ad incurrendam dictam censuram requiratur, missionem litterarum, vel nuncij esse secretam, sicut requiritur in locutione.

Et quidem Geminianus, Ioan. Andreas, & Archidiaconus in dicto cap. Syluester verb. *Excommunicatio* 9. num. 34. Angelus eodem 7. casu 23. Tabiena 5. casu 16. & alij, existimant nuncium, & scripturam secretè mitti debere, vt huic excommunicationi locus sit, quia nulla est specialis ratio, quare potius in locutione requiratur secretum, quam in scriptura, & nuncio, præterquam quod ad verbum illud, *secretè*, positum in fine clausulæ, ad omnia antecedentia referri debet. Nihilominus contraria sententia communior est.

Dicendum est itaque solam locutionem secretam excommunicationi subiaci, nuncij, vel scripturæ missionem quæcunque sit, siue secreta, siue publica excommunicatione affici. Ratio est: quia Pontifex non absque mysterio seorsim loquutus est de nuncio, & scriptura, eaque nulla apposita restrictione generaliter prohibuit dicens: *Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam, statimque subiungit. Qui verò contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.* Non igitur aduerbium illud *secretè* ad nuncium, vel scripturam referendum est, sed solum ad locutionem. Præterquam quod communicatio per scripturam, vel nuncium esse secreta est, ideòque opus non fuit huic communicationi eam qualitate exprimere. Et ita docet Tolet. lib. 1. *Summa* c. 38. n. 1. vbi ex Caiet. notat particulam illam, *secretè*, non esse coniungendam cum *scriptura*, aut *nuntio*, sed cum vltima particula, scilicet, cum *locutione*. Ita etiam Suar. disp. 23. sect. 4. num. 1. qui etiam notant ex eodem Caietano, quod hæc excommunicatio non ligat ipsos Cardinales, etiam si has actiones inter se, vel cum aliis faciant, nec etiam Cardinales, qui colloquuntur, vel recipiunt scripturam, vel nuncium, sed eos, qui mittunt, vel secretè colloquuntur, & in Conclau non existunt. Itaque certum est licere Cardinalibus in Conclau existentibus inter se loqui secretè, vel nuncium mittere, aliquem scilicet famulum, quem vnusquisque intus habet, & eadem ratione licere scripturam inter se dare, vel mittere quantum est ex vi huius legis. Ita Suar. Vide etiam circa præsentem difficultatem Sayrum de *cens. lib. 3. cap. 35. n. 3.* & Filiucium tom. 1.

tract. 14. cap. 2. q. 2. punct. 34. n. 4. Castrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 31. n. 1. & nouissimè Marcum Serium de *Censur. tom. 5. disp. 3. diff. 3. quest. 2. num. 1.* & Gibalinum in *Synopsi censurarum verb. electio*, num. 6. Sed quicquid sit de intelligentia Censuræ latæ à Gregorio X. in d. cap. vbi periculum. Certum est hodie per Bullam Pij IV. absolute, & generaliter omnes mittentes litteras, scripturas, &c. extra Conclau, vel illas recipiendo, incurere censuram latæ sententiæ, summo Pontifici referuatam.

An collocutiones, & scripturæ præter materiam Electionis sint in dicta Bulla Pij IV. interdicitæ.

RESOLVTIO IX.

Sed ne videar nimis rigidus obseruo Martin. Bonacinam tom. 3. disp. 2. q. 2. punct. 35. num. 10. etiam docere in dicta Constitutione Pij IV. prohiberi non solum litteras, &c. de rebus pertinentibus ad electionem, sed ad quascunque alias materias: sic enim ait, *Sed modo dubium est Primò, vtrum ad istam excommunicationem incurrendam opus sit, vt scriptura tractet de re ad Pontificis electionem pertinente. Respondeo, id non requiri, sed sufficere quamlibet scripturam.* Ratio est, tum quia Summi Pontifex ad præcauenda pericula prohibet mitti, vel recipi scripta cuiusvis generis, ibi, littera verò, aut cuiusvis generis scripta, tum quia sicut prohibetur qualibet locutio cum Cardinalibus, ita etiam cuiuslibet scripturæ transmissio. Adde sub eadem excommunicationis pena prohibitum esse nuncium notam, aut signa mittere, etiam si illa signa nota sicut tantummodo mittenti, & illi ad quem mittuntur, vt si quis cum aliquo qui Conclau ingressus est confingat quosdam Characteres, aut signa, vt alter intelligat illud significari, quoties, talis signum dederit. Ita ille

Verum hæc opinio mihi non placet, sed magis adhæreo sententiæ Iosephi Gibalini in *Synopsi Censurarum verb. electio*, num. 6. Castri Palai tom. 6. disp. 3. punct. 18. num. 6. & Iulij Laurij in *suis elucubrationibus*, tit. 3. c. 2. n. 0. & 11. qui rectè docent Pontifices in dictis Constitutionibus loqui tantum de collocutionibus, & scripturis tractantibus de electione Summi Pontificis, & non de aliis pertinentibus ad alia negocia. Nec obstat ratio à Bonacina adducta, Bullam Pij IV. generaliter, & indistinctè cuiusvis generis scripta, interdicit, quia illa verba cuiusvis generis non ad materiam in scriptura

ptura contentam, sed admodum scripturæ referri debent: Itaque dicendum est, illa verba intelligenda esse de negotiis deuiantibus ab electione, prout videtur intelligi Pius I V. de scripturis pertinentibus ad electionem. Ideo in c. *Vbi periculum*, §. hoc sacro. verb. nullo, adducuntur verba *secretæ loquuntur*; & in Bulla Pij IV. in d. §. *litteras*, dicitur *nota* aut *signum*: alia enim negotia, & scripturæ non tangentes negotium electionis, vel Conclauis, parum refert, quod secreto, vel per signum, aut notam tractentur.

De deferentibus litteras, & loquentibus cum famulis Cardinalium, an incurrant censuram?

RESOLVTIO X.

Affirmatiuè responderi Theaurus in *Praxi de penis par. 1.* ver. *Conclauis*, c. 2. §. *Nota* quod, vbi sic ait, *An autem penam ibi contra dictos deferentes litteras, notas, & signa furtiuè, sit lata sententia; Respondeo secundum communem opinionem esse lata sententia, quia verbum incurrant est lata sententia.* Sed ego ex sola delegatione litterarum non video vbi sit lata talis censura: nam Gregorius X. loquitur de mittentibus litteras, & scripturas, non de deferentibus, & ideo assero, quod deferentes litteras, seu scripta, etiam si sciant, continere aliqua circa electionem, non incurrunt excommunicationem latam etiam in Constitutione Pij IV. quia Bulla de illis non loquitur, sed tantum de mittentibus, & verba excommunicationis sunt, vt iacent, & strictè interpretanda, cum pœnam contineant: incurrunt tamen isti deferentes censuram Gregorij X. in cap. *vbi periculum de elect. in 6.* si loquantur secreto cum illis ad quos litteræ mittuntur, ita Marc. Serius de *censura tom. 5. disp. 3. difficult. 3. q. 2. n. 1.* & Barbosa de *potest. Episcopi p. 3. alleg. 50. n. 201.* Item loquentes cum famulis Cardinalium de rebus pertinentibus ad electionem, nullam incurrunt censuram, quia de his nulla mentio efficitur in Bulla Pij I V. nec in cap. *vbi periculum.*

Sed quid si sciunt postea famulos omnia referre suo Cardinali, videtur affirmatiuè respondendum, quia tunc ille famulus habetur tanquam nuncius ab ipso missus ad Cardinalem. Sed ego puto non incurrere in censuram, si ipse loquatur cum famulo Conclauista absque tali intentione: nam in tali casu non dicitur propriè mittere nuncium iuxta strictam verborum significatio-

nem vltra quam in pœnalibus non debet fieri extensio. Ita Bonacina *vbi supra*, n. 8. Nota verò quod dicti famuli Conclauistæ, Magistri caremoniarum, & alij existentes in Conclauis, licet non incurrant censuram Pij I V. loquendo cum aliis extra Conclauem de rebus pertinentibus ad electionem, peccabunt tamen mortaliter, & qui cum ipsis loquentur peccabunt etiam mortaliter propter cooperationem, ad quod idem dixerim de loquentibus cum Dominis Cardinalibus. Nota etiam secretam locutionem de qua sermo habetur in cap. *vbi periculum*, tametsi ad electionem Pontificis non pertineat, affirmat Bonac. *disp. 2. q. 2. p. 34. n. 10* huic excommunicationi subiici. Quod in foro externo verissimum est; at in foro conscientie difficultate non caret, cum nequaquam obstat, neque obstat possit fini per hanc legem intento. Ita Palauus *tom. 6. disp. 3. punct. 31. n. 1.* verum si secreta locutio non pertineat ad electionem, censura afficietur non tamen Papæ referuata.

An quis incurrat in Censuram si litteræ ad Cardinalem scriptæ ad illum non perueniant, & casus nouus apponitur.

RESOLVTIO XI.

Obseruandum est hic cum Serio vbi supra, eum non affici excommunicatione præfari capitis, qui litteras alicui Cardinali scripsit, sed illæ ad Cardinalem non peruenerunt, etiam si forte is, qui eas intercepit, eidem Cardinali significauerit, quid in ipsis contineatur, quia effectus ex parte mittentis non est consummatus.

Sed difficultas est, An si quis daret in Rota litteram Cardinali, qui tunc non legeret, ne videretur, & postea litteram perderet, an inquam in tali casu vterque incidere in censuram

Videtur affirmatiuè respondendum, quia deuentum est ad actum proximum, & per ipsos non stetit; quod autem littera non fuerit lecta, per accidens euenit Ergo delictum fuit ex parte vtriusque consummatum.

Respondeo distinguendo delictum fuisse consummatum, materialiter, concedo, fuisse consummatum formaliter, nego. Ergo cum sumus in materia odiosa, strictè interpretanda; non debemus in hoc casu attendere consummationem delicti materialem, sed formalem. Probat, quia tam scribens, quam Cardinalis non assequutus est finem propter quem missa est illa littera, quia lecta non fuit, & ideo in ea contenta scita non fuerunt. Confirmatur hæc opinio quia non

non desunt Doctores asserentes probabiliter assassinum si vulnerauit animo occidendi, & vt occideret fecit quantum potuit, non sequuta morte, ordinaria pœna non esse puniendum; at in isto casu gaudet immunitate Ecclesiæ, vt determinauit Sacra Congregatio in vna Bononiensi die 10. Aprilis 1628. & in vna Florentina 10. Iunii 1636. docet donatus de Asyria *resol. 109. n. 3.* & alij. Sic, & in casu nostro, licet deuentum sit ad actum proximum, & per supradictos non steterit quin litteræ legerentur, tamen quia reuera lectæ non fuerunt, res permansit in eo statu, ac si litteræ non peruenissent in manus Cardinalis, &c. Et ideo delictum non fuit cum effectu consummatum. Non habeo pro hac sententia Doctorem in terminis: sed omnis opinio in principio sine auctore incœpit, verum remitto me iudicio doctorum virorum. Et quidem video Bonacinam *num. 8. & 9.* constituere hoc delictum eo ipso, quod litteræ recipiantur, & ad Cardinales peruenerint, dummodo ipsi sciant dictas litteras continere materiam electionis, & ideo Theaurus *part. 2. verb. Conclauis cap. 2.* sic ait: *Mittentes nuncium, vel litteras non incurrunt censuras istas, nisi nuncij, vel littera peruenerint ad quos mittuntur, quia actus nondum est consummatus.* Ita ille, sed magis clarè iterum Bonacina *n. 11.* vbi docet illum affici excommunicatione, qui aliquid scriptura inuoluit, illudque in Conclauem mittit, etiam si putet fore, vt illa scriptura non legatur, adhuc enim dicitur mittere aliquod scriptum ad eos qui in Conclauis existunt. Et ad exemplum adductum de assassino, contraria sententia videtur esse communior, & illam tenet Couarruias, Carerius, Corneus Decianus, & alij, quos citat, & sequitur Megala *in 3. p. Inst. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 20.* asserentes assassinum esse puniendum pœna ordinaria, si deuenit ad actum proximum, licet mors sequuta non fuerit, & adducunt rationem, quia per ipsum non stetit.

An Cardinalis, qui propter infirmitatem egressus est à Conclauis, scribat litteras ad alios Cardinales in Conclauis incurrat excommunicationem.

RESOLVTIO XII.

Affirmatiuè videtur respondere Castrius Palauus *tom. 6. disp. 3. punct. 35. n. 1.* vbi sic ait. *Verum si conigerit aliquem Cardinalem extra Conclauem existere, & nuncium, vel scripturam ad existentes in*

Conclauis mittere, credo huic excommunicationi subiectum esse, quia nulla est ratio ob quam excusari possit, siquidem sub generali prohibitione mittendo nuncium, vel scripturam ad existentes in Conclauis comprehensus sit. Ita ille, cui adde nouissimè eruditum Iosephum Gibalinum in *Synopsi censurarum ver. electio n. 6.* Sed ego probabiliter saluò aliorum iudicio existimo, Pontifices in dictis Bullis non loqui de Cardinalibus in ordine ad hunc casum; & ideo sicut possunt scribere litteras sibi inuicem intra Conclauem, sic etiam extra, nam ipsi inter se hic, & nunc quoad electionem Pontificis constituunt vnum corpus. Adde, quod cum dictus Cardinalis ex iusta causa non est in Conclauis, & debet quam primum ad Conclauem redire, non dicitur absens à Conclauis, nam statim rediturus, non dicitur à loco abesse, sed præsens esse. Et ideo dixit Amicus in *Curs. Theol. tom. 5. disp. 5. sect. 16. num. 359.* quod moraliter censentur loco præsentibus, & vt præsentibus in ipso iure habentur, qui mox sunt reuersuri. Vnde ego satis probabiliter docui Siculum verbi gratia posse virtute Bullæ Cruciatæ edere lacticia in Regno Neapolitano, dum absit scandalum si sit in Siciliam statim rediturus, quia non dicitur absens; Et ita me citato, tenet nouissimè Marcus Serius *tom. 2. in Bullam Cruciatæ disp. 1. diff. 7. §. 5. q. 10. n. 2.*

Confirmantur superius dicta autoritate *leg. Postliminij §. captiuus, & leg. nihil. ff. de captiuo & post limin. reuers. ex l. 3. ff. de divor. ex cap. diuortium de penis disp. 1.* cum aggregatis per Rebuffum *de priuileg. schol. priuileg. 13. per tot. & per Gonzales in regul. 8. Cancellaria, gloss. 43. n. 5.* quod etiam clarè probatur ex *Concilio Tridentino sess. 23. c. 1. de reform.* vbi hæc verba habentur. *Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, sacrosancta Synodus &c.* Cum igitur in nostro casu Cardinalis citò sit in Conclauem reuersurus secundum leges & Canones, vt Tridentinum obseruat; dicitur in Conclauis præsens & non absens.

Obserua tamen contrarium asserendū esse si Cardinalis v. g. Cueva, Sádoual, vel Mazarinus scriberent ad Cardinales in Conclauis, vel è cōuerso isti scriberēt ad illos omnes in censuram Pontifici referuatam incurrerent. Probat, nam doctrina superius firmata non potest applicari, nec militari in hoc casu; illi enim Cardinales voluntariè à Conclauis absunt, nec possunt dici moraliter præsentibus, quia non sunt statim reuersuri.

Sed

Sed stando in hac opinione, dicendum videretur, dictos Cardinales, si cum aliis loquerentur de rebus pertinentibus ad Conclauem in ordine ad electionem peccare mortaliter, secundum opinionem aliquorum incidere in Censuram referuatam, quia ut diximus, habentur, moraliter, ac si adefsent loco Conclauis, in quo non est licitum eis supradicta facere.

Verum si aliquis staret in opinione Castri Palai, praesertim si citra fraudem exeant à Conclauis, contrarium dicendum erit, quia praecipuum peccati mortalis, & poena censuræ imponitur Cardinalibus existentibus in conclauis. Ergo non comprehenduntur in dictis prohibitionibus; nisi quis dicat opinionem Castri Palai procedere in casu, quo Cardinales non existerent Romæ mox redituri, de quibus nos loquimur, sed de Cardinalibus nimis longè absentibus, ut Cardinalis Cueva, & alij. Ergo opinio Castri Palai non facit contra nos.

Notat tamen hic obiter, Cardinales exeuntes à Conclauis præbere iuramentum, acta in Conclauis circa electionem nemini manifestare.

An Cardinalis, qui propter infirmitatem exiit ex Conclauis, teneatur postea in Conclauis, si conualuerit redire.

RESOLVTIO XIII.

Affirmatiuè videtur respondendum ex his, quæ assertit nouissimè loquens de electionibus Religionum Pater Hieronymus Garzias in *Republica Regulari tom. 2. tract. 9. difficul. 3. dub. 8. num. 2. & 3.* vbi citans Sigismundum, Samuellium, Bonaciam, & Lezanam, sic asserit. *Los electores no pueden con buena conciencia renunciar el voto, y si lo hazen sin causa legitima, y muy justa, pecaran mortalmente. asi lo tienen los DD. citados a los quales añado el Cardinal Pusco litt. Z. conclus. 17. num. 11. Prueba se lo primero con muchas decisiones de la Rota, que refiere Samuelio vbi supra num. 3. y la razones porque como se dice en una decision de la Rota, que trae Tamburino tom. 1. y es la 81. num. 8. puede vno renunciar à su derecho, quando es solo en su fauor; pero quando es mixto, que es fauor proprio, y fauor publico, no puede, de que trae la decision an a quel lugar muchos Autores, sed sic est, que el derecho de elegir que les da la Religion, no se les da para su proprio fauor, y vtilidad; sino in gratiam officij, & boni publici; como el privilegio del Canon que da la Iglesia al Clerigo,*

*el qual no le puede renunciar, luego hazien-
dolo sin causa legitima haze agrauo a la Religion, y a los que le dieron el tal officio, y poder luego peca grauamente, cuya doctrina se ha de estender a los electos para votar en Cortes, y en otras cosas graues de la Republica. Ita ille, quæ à fortiori procedunt in Dominis Cardinalibus, nam fateor, quod à iure dispositum est neminem ad electionem inuitum compelli cap. in causas cap. ad Apostolicam de Regul. tamen hoc tutum in Cardinalibus non videretur, nam ius eligendi Pontificem, qualitatem esse à Cardinalibus inseparabilem docet Laudensis de Cardinal. tract. 2. quest. 37. Dicendum est itaque quod licet quilibet possit fauori proprio renunciare. l. si quis in conscribendo C. de Episcop. & Cleric. l. penult. C. de pact. cum similibus; non potest tamen renunciare fauori mixto hoc est quando id, quod renunciatur, non solum proprium fauorem ipsius renunciantis; sed etiam fauorem alterius, seu publicam vtilitatem concernit, Felin. in cap. si diligenti, num. 16. de foro compet. & in cap. cum accessissent, sub num. 29. & ibidem Dec. num. 23. & 24. de consuet. Castrenf. in l. penult. n. fin. & ibi Iaf. num. 14. C. de pact. Calderin. cons. 1. in fin. vers. Si vere de pact. Gozad. cons. 88. num. 20. Castrenf. cons. 29. ante num. 6. lib. 1. vbi adducit simile in Clerico, qui non potest renunciare priuilegio Clericali; ut conueniatur coram Iudice seculari, ut notatur in cap. si diligenti de foro compet. Quæ omnia videntur à fortiori procedere in casu nostro, nempe Cardinalem, qui ex Conclauis exiit propter infirmitatem, si postea conualuit, non posse absque iusta causa remanere extra Conclauem, & renunciare proprio fauori eligendi Pontificem; & hanc opinionem sine vlla trepidatione ego sequor. Quia ibi agitur de re grauissima, & concernente totam Ecclesiam: ergo cum Cardinales sint Ecclesiæ Cardines, non possunt se absentare, cum possint commodè adesse. Et ita in terminis terminantibus docet nouissimè Thomas Hurtadus *variarum Resolur. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 4. n. 1435.* qui citat Garziam, Villadiego, Platam, & Paleotum.*

Sed difficultas est an talis Cardinalis, si nollet redire post adeptam salutem intra Conclauem, posset compelli intrare, & quaestionem hinc inde eruditè pertractat Albanus de Cardinalibus q. 28. per totam, & in sententiam negatiuam figit pedes, vbi sic ait. *Nec obstat Clem. ne Romani, non excusare nisi cum, qui male valetudinis causam afferre possit, quin iterum Conclauem ingredi compellatur,*

*compellatur, quia illum procedit inibi propo-
sita re, videlicet, quando omnes penitus exi-
uissent, sed hoc ad casum in quo eorum sola
pars exierit ad correctionem alterius iuris
dilatandum non est, maxime cum illud c. pri-
uationis poenam iniungat, ut praxi. Non
obstat, quod isti redeuntes alios quoque in
suam sententiam trahere potuissent, ac de
meliori Pastore prouidere, quia respondeo in
casu nostro quanto pauciores essent, eos tanto
facilius conuenturos, nam si eorum aliqui in-
uitti, & nolentes Conclauem ingredi cogeren-
tur, aut scandalum, aut schisma facillimè
concitarent, quod maxime precauendum est,
ut in dictis iuribus euidenter apparet; minor
enim hoc modo erit dissentiedi facultas, ideo
sententia ista amplectenda est. arg. d. Clem.
§. Ceterum; nam ob hoc voluit textus in d.
cap. Vbi periculum §. Sanè, tales amplius
admitti non debere, sed ad illos tantum, qui
in Conclauis remanent, eligendi ius deuolu-
tum esse, arg. cap. Gratum, cum concord. de
posu. Prælat. alias dicendum esset illud, quod
ad celebrandam Pontificis electionem condi-
tum fuisset, facile contrarium effectum ope-
rari posse contra l. legata inutiliter, ff. de ad-
min leg. Non obstat quemadmodum omnibus
egressis omnes ad redeundum compellendi
sunt ita, & quando pars tantum exierit, in-
dicandum esse, arg. d. l. Quæ de tota, qua re-
pondeo legem illam procedere non posse, ubi-
cunque eadem ratio non subest, ut per gloss.
in Clem. 1. in ver. defensor de reb. eccl. non
alien & gl. in l. Qui hominem in princ. ff.
de solu. & per Iaf. in l. Serui electione §. cum
fundus, ff. de leg. 1. cum multis simil. sed in
casu isto non subest eadem ratio: ergo &c.
Patet, quia omnibus exeuntibus tunc sine
Pastore Ecclesia relinqueretur, quod quidem
maximi momenti, infinitique ponderis esse
nouimus, ut per gloss. in Clem. Ne Romani
§. Ceterum. Secus est, quando aliqui tantum
exeunt, quia ad alios eligendi facultas reci-
dit, qui, ut dixi, facilius etiam in concordia
adducentur. Non obstat penalem Constitutio-
nem ob vtilitatem publicam extendi posse
per text. vbi Bar. in d. §. Exercitium respon-
detur enim id locum habere, quando, nisi fi-
ret extensi, publica vtilitas laderetur, ut ibi
per Bar. dicentem, ideo demisso ab exercitu
admissum à cohorte extensionem fieri, quia
aliàs delictum contra publicam vtilitatem
impunitum remaneret, contra l. ita vulnera-
tus, ff. ad l. Aquil. Sed in proposito difficultate
quamuis isti non congerentur, nihilominus
Ecclesia sine Pastore non remaneret, quia
ab alijs facilius electio fieret, ut diximus.
Ita ille, qui tamen pro affirmatiua sen-
Anton. Diana Pars XII.*

tentia asserit Angelum cum rationibus minime contemnendis, adi illum, & non pigebit.

*An Cardinalis, v. g. qui mandat Clanista
ut scribat extra Conclauem circa mate-
riam Electionis, in censuram Pij IV.
incurrat.*

RESOLVTIO XIV.

Videtur affirmatiuè respondendum, nam qui per alios facit per se ipsum facere videtur, ut asserit Regula 7. *Qui facit, &c.* in 6. Vnde qui mandat solui ipse videtur soluere, ut ait *Et si de offic. eius cui mandat. est iurisdictio.* Et ideo is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandato ius dicit, l. *Et si, ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdictio* confessionique eius cui fides datur, qui vel per se, vel per Aduocatum suum, in libello supplice porrecto, aliquid asserit, quod contra se est, l. *Cum precum, c. de liberal. caus.* Et valet dictum testis dicentis, Titium ligna amputasse, etiam si ipse Titius per se hoc non fecit, sed per alium, ut *consilio suo* 135. lib. 2. ait Marianus Socinus nepos. Sic & in testamentis, atque vltimis eulogijs, qui sepulturam per alium eligit, perinde est ac si eligeret per seipsum, *Anchar. con. 214.* Et qui alieno annulo tabulas testamenti signat perinde est atque si proprio annulo signasset. §. *possent Inst. de Testam.*

Sed ego puto in tali casu non incidere in censuram, quia censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes, ita Sanchez *tom. 1. de matrim. lib. 4. disp. 49. n. 1. & 2.* Henriquez *lib. 13. cap. 17. n. 2. & alij.*

Dices in hoc casu Cardinalis operatur in fraudem legis ne in censuram incurrat. Respondeo, quid inde; censuram enim non fertur contra cum qui aliquid operatur fraudulenter ne incidat in ipsam, sed contra facientes actiones sub censura prohibitas, & ideo si quis ne incidere in censuram Bullæ Cœnæ, mandaret famulo ut legeret librum hæreticum & ipsum audiret, non incidere contra legentes libros hæreticorum, quia in tali casu Dominus non legit, sed facit legere. Ita Fagundes in *Decalog. tom. 1. cap. 14. num. 27. art. 8.* Trullench. in *Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 9. §. 3. num. 24.* Coninch. *de fide disp. 18. dub. 11. num. 178.* & alij. Ergo & in casu nostro Cardinalis non incidit in

cenfuram, quia non scribit litteras extra Conclauē, sed mandauit, vel consuluit, vt scriberentur. Nec obstat autoritas Bonacinae adducta supra *Resol.* 10. nam distinguendum est inter Collocutionem; & scripturam, & in ista materia non est facienda extensio, sed strictè verba sunt interpretanda.

Ad argumentum pro contraria sententia adductum, quod qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Respondeo primo, hoc procedere forsitan in nostro casu, si Cardinalis mandaret famulo, vt nomine ipsius Cardinalis litteram scriberet. Secundo illud axioma intelligendum est stante fictione Iuris, quæ quidem non sufficit, vt quis in censuram incurrat, & sic probabiliter aliqui asserunt non incurriere censuram contra colloquētes cum Monialibus, si quis loquatur cum ipsis per intermedium personam. Et ita me citato docet Tamburinus de iure Abbatissarum *disp.* 25. *quest.* 8. *num.* 2. & 3. & me citato Pellizarius de Monialibus *cap.* 5. *sect.* 5. *num.* 215. & me citato Ianuarius de Casibus *reservatis resol.* 134. *num.* 49. cum aliis notat, dictum Cardinalem in tali casu peccare mortaliter propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli.

Qua diligentia vti debent Prælati in perscrutandis epulis in Conclauī intrantibus.

RESOLVTIO XV.

IN Bulla præfati Pij V. sic habetur; *Prælati quoque ad Custodiam Conclauis deputati, sub pœna periurij, & suspensionis à diuinis, maxima, & exquisita diligentia vtantur in inspiciendis, ac perscrutandis epulis, & aliis rebus, ac personis in Conclauē intrantibus, & de eo exeuntibus, ne sub earum rerum velamine, litteræ, aut notæ, vel signa aliqua transmittantur;* ita ibi. Et quidem illa verba *maxima, & exquisita diligentia* videntur importare plusquam diligentiam moralem. Verum quia statuta è praxi, & obseruantia ipsorum, atque ita prout retro practicata, & obseruata fuerunt, interpretanda, & vel restringenda, vel extendenda veniunt, vt probat Crauetta *conf.* 735. *numero* 14. *par.* 4. Decianus *Respons.* 32. *numero* 17. *vol.* 2. & alij, quos citat, & sequitur Hurlerius Hunnius in *Encyclopedia Iuris part.* 1. *titulo* 3. *cap.* 7. *numero* 71. Vnde interpretatio Statutorum è consuetudine, praxi,

& obseruantia desumi debet, etiam si proprietas verborum Statuti repugnet. Ioanni de Amicis *conf.* 42. *n.* 16. & 17. Ernest. Corthmann. *Respons.* 48. *n.* 24. *vol.* Alderan. Mascard. de *general. Statutorum interpretat.* *concl.* 2. *num.* 156. Et hæc omnia procedunt tam in legibus Ciuilibus, quam Ecclesiasticis, ex his dicendum videtur sufficere diligentiam moralem, vt quis non incurrat periurium, & suspensionem in videndis, & perscrutandis epulis, quæ in Conclauī pro Eminentissimis Cardinalibus introducuntur. Et hoc stante praxi, & consuetudine post dictam Bullam Pij IV. (non illam derogante, *obserua hoc*, sed illam declarante, & interpretante) quam obseruauerunt Prælati, qui postea Summi Pontifices fuere, & hodie ex hoc alij Prælati obseruant. Quanta esse debeat hæc diligentia moralis, remittendum puto arbitrio docti, & timoratae conscientia viri, vt suppono esse Prælatos, qui assistunt in Rotis. Nec sufficit dicere, quod sit impossibile, vt si quis velit, non introducat litteras in epulis supra dictis, quia potest litteras apponere intra panem, & intra fundum artocrearum vulgo *Pastoni pasticci*, vel in fundo Cornutarum aut in fundo suberis frigidarij vulgo *Cantemporij*, seu *Rinfrescatori*, Respondeo hoc non obstat vt ipsi liberentur à perscrutandis epulis, vt Bulla præcipit: sufficit tamen, vt dixi, & praxis ostendit adhibere diligentiam moralem arbitrio boni viri, non obstantibus illis verbis Bullæ *maximam & exquisitam diligentiam*. Et in particulari de dicta diligentia moralis sic loquitur Laurorius in *var. Elucubr.* 3. *cap.* 3. *numero* 23. *Perscrutentur cibaria, & vasa, quæ intromittuntur omni solertia, & fide introspectendo epulas, & fercula, ne forsitan laterent aliqua litteræ, nec non vinum, & aquam in vitreis vasis exportare faciant.* Itaque rigidam cuiusdam Prælati diligentiam non puto necessariam, aliquorum verò socordiam damno si forsitan adesset, quod non puto. Sed si aliquis quærat an dictos Prælatos comprehendat excommunicatio lata in c. *vbi periculum*. Respondeo negatiuè, quia ibi tantum efficitur mentio de Magistratibus, & Rectoribus. Ergo non est extendenda ad Prælatos Custodes Rotarum, strictè enim verba in hac materia sunt interpretanda.

Nota tamen hic obiter ad sedandos scrupulos cuiusdam Prælati nimis timoratae, ac delicatae conscientia me tria illi respondisse. Primo suspensionem in isto casu latam à Pio IV. non esse late sententia, & ideo

ideo in eius fractione quem non esse verè suspensum sed suspendendum. Ita Thesaurus in *praxi de panis part.* 2. *Verb. Conclauē, c.* 2.

Secundo me non posse tanquam improbabilem damnare opinionem asserentium, præceptum sub pœna suspensionis non inducere peccatum mortale nisi expresse, vel verbis æquiualentibus id significetur. Ita Magister Marcus Serra Dominicanus *tom.* 2. *in* 1. 2. *D. Thomæ quest.* 96. *art.* 4. & ex Societate IESV Pater Tamburinus *opuscul. de Sacram. Missæ lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 8. *num.* 4. & 7. Caietanus 2. 2. *q.* 286. *art.* 9. *circa solut.* ad. 2. & in *summ. verb. Præcepti transgressio vers. pœna præceptorum*. Nauarr. in *summ. cap.* 23. *num.* 53. Corduba in *Reg. D. Francisci cap.* 10. *quest.* 2. *punct.* 1. in 4. modo cognoscendi, quando lex obligat sub mortali, Valen. 1. 2. *disp.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. in 4. *Signo.* Salon. 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *controu.* 8. *reg.* 3. in *fin.* Vide etiam à fortiori Escobar in *Theolog. Moral. tom.* 1. *lib.* 5. *sect.* 2. *pro* 31. *num.* 165. Remigium in *summ. tract.* 2. *cap.* 4. *§.* 12. *num.* 7. Azorium *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *q.* 5. & Sayrum in *Clauī regia lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 25. cum aliis.

Et quia dictus Prælatos angebatur iuramento præstito dixi quod iuramenta de obseruandis Statutis, Legibus, & Constitutionibus secularibus, vel Ecclesiasticis intelligenda sunt *quatenus sunt in usu, & obseruantur*. Ita Gomez in *leg. Tauri n.* 365. & 366. Gutierrez de *iure confirmat. part.* 1. *cap.* 38. *n.* 14. Malderus in 2. 2. *D. Thom. tract.* 10. *cap.* 6. *dub.* 9. Sanchez in *Summa tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. & alij quos ego adduxi in *part.* 2. *tract.* 6. *resol.* 39. Verum relinquendo supradicta, tantum scrupulos applicanda, dico absolute Prælatos custodes Rotarum satisfacere suo muneri, & iuramento, si in præscrutandis epulis, & personis intra Conclauē intrantibus adhibeant diligentiam moralem arbitrio viri prudentis, ac timoratae conscientia mensurandam; alioquin peccarent mortaliter; agitur enim de re nimis graui, ordinata ad bonum totius Ecclesie, videlicet electionem liberam Pontificis, & ideo tali transgressioni imponitur pœna suspensionis, quæ contra allatos Doctores inducere peccatum mortale communis fert sententia, quam nouissimè docet Vrbanus ab Ascensione in *Theol. Moral. tract.* 1. *c.* 6. Malletus in *Theol. Mor. tom.* 2. Malleatio 1. Braçtea 11. *quest.* 4.

Nota verò hinc obiter, quod si aliquis Prælatos adhibendo diligentiam moralem in præscrutandis epulis alicuius Cardinalis timeret ab ipso inferendum graue damnum in

Anton. Diana Pars XII.

honore, & bonis temporalibus, tunc equidem ad nullam diligentiam teneretur, quia præcepta positua non obligant cum tanto discrimine, vt tradunt Doctores, quos citat, & sequitur Ioann à Trinitate de *confess. solict. sect.* 7. *dub.* 4. *num.* 3. & 4. Leander de *Sacr. tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 13. *q.* 44. Lupus in *Edict. Inquis.* p. 1. *dist.* 3. *art.* 2. *difficul.* 2. Verum hoc probabiliter non potest timeri, stante pietate, & prudentia Eminentissimorum Cardinalium.

An sit prohibitus ingressus per Rotam alicuius Infantis non attingentis usum rationis intra Conclauē, & exponitur cap. Vbi periculum.

RESOLVTIO XVI.

His diebus de hoc casu in pluribus ego his interrogatus fui, & prima facie, videtur affirmatiuè respondendum, per verba Gregorij X. in *cap. vbi periculum, de elect.* in 6. vbi generaliter sic ait. *In conclauī tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur per quam eisdem Cardinalibus ad victum commodè necessaria ministrantur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus, sic ibi;* Vnde lex generaliter, & absolute loquendo, generaliter, & absolute est intelligenda, vt patet ex *leg. præst. l. quamuis ff. de in ius vocando, l. si seruum §. non dixit ff. de acquir. hered. l. 1. §. quod autem, & ibi gloss. verb. simpliciter ff. de aleator. l. vnica. Cod. qui pro sua iuris d. l. illam C. de collationibus *Cap. Romanorum 9. dist. cap. consulisti 2. q.* 6. *cap. soluta, de maior. & obed. cap. quia circa 22. de priuileg.* Clement. vlt. *de rescript.* & docet Sard. *conf.* 271. *n.* 28. Valascus *conf.* 113. *n.* 21. Narbona de *appellat. à Vicario ad Episcopum par.* 1. *num.* 12. & alij. Quod confirmatur indiuidualiter pro casu nostro, quia lex generaliter interdicens ingressum intra monasteria Monialium, vt patet in *cap. periculoso de Statu Regular. in* 6. & ex Concilio Trident. in *sess.* 25. *de Regular. c.* 15. ex hoc à Scortia in Bullas Pontificias *Theor.* 336. Paulus Comitulus Societatis Iesu in *Respon. Moral. lib.* 6. *q.* 19. *n.* 6. & ex nostris Antonius Naldus in *Summa vers. Clausura n.* 4. Constante asserunt esse prohibitum ingressum infantium intra septa Monialium, etiam si non attingant usum rationis, quod etiam firmavit Sac. Congregatio die 12. Februarij 1585 His non obstantibus ad casum propositum ego respondeo negatiuè.*

Moueor ad sic tenendum, quia infantes ante usum rationis non sunt capaces alicuius

præcepti, seu prohibitionis, & in ipsis in isto casu cessat non ex parte, sed adæquatè, & fundamentaliter tota ratio, & finis legis, & abest omne periculum, nam supradicti infantes non possunt se miscere in negotio electionis Papæ, & illam turbare, ergo non comprehenduntur in dicta prohibitione, neque etiam admittentes illos intra Conclauem. Notandum est tamen adhibendam esse diligentiam moralem à Prælaris Rotarum ne dictus infans secum asportaret in Conclauem aliquas scripturas prohibitas. Restat modo respondere ad argumenta contraria. Ad cap. *ubi periculum*, respondeo, quod licet lex generaliter loquatur, verba eius sunt distinguenda videlicet, *nulli pateat ingressus &c.* absolute nego, *nulli pateat ingressus, &c.* si ingrediens habeat usum rationis, concedo; nam in istis adest periculum electionem turbandi, non autem in illis.

Ad Confirmationem argumenti respondeo sententiam illam Comitoli, & aliorum plures respuere, & probabiliter contrarium tenere, & ita docet Pellizarius de *monial. c. 5. sect. 3. q. 25. num. 1. 5.* cui adde alios, quos ad fatietatem adducit, & sequitur Gibalin. de *clausura, disquis. 1. cap. 4. §. 2. const. 4. n. 5.* & Garzias in *Polit. Reg. tom. 2. tract. 13. difficult. 2. punct. 10. num. 5.* Adde, quod aliquis posset dicere, esse disparem rationem, inter vtrumque casum; nam quoad infantes intrantes in monasteria Monialium, non videtur cessare tota ratio legis, possunt enim sequi ex tali ingressu aliqua inconuenientia, quæ accidere non possunt in ingressu infantium intra Conclauem in ordine ad electionem, Ergo &c. Vnde ex his, Ego sum in voto, quod adhibita prius morali diligentia, & etiam postea ne dicti infantes secum deferant, vel asportent litteras posse Prælatos Custodes Rotarum permittere absque scrupulis vt intra Conclauem per Rotam dicti infantes ingrediantur, nisi tamen ex Superioribus aliquid in contrarium ordinatum fuerit.

Sed quia hic sermo incidit de ingressu intra Conclauem, quæro, an si aliquis clam in illo ingrediat, incidat in Censuram. Et respondeo negatiuè, sed in pœnas impositas à Pio IV. qui in §. *Clausura*. sic ait. *Et si quis fortè quod absit, clam ipsum Conclauem, & aliunde quam per ostium ingrediat, omni honore, gradu, & officio, & beneficio ipso facto priuatus existat, & tradatur Curie seculari accerrimis pœnis puniendus.* ita ibi. Nota verò, quod si post ingressum intra Conclauem iste talis loqueretur secretè cum

aliquo Cardinali, tunc incurreret excommunicationem latam, & nemini reseruatam in cap. *ubi periculum de elect. in 6.*

Sed quid dicendum de priuatione officij, & beneficij, quam vbi supra imponit Pontifex ipso facto incurrere tenetur ne iste talis officium, & Beneficium dimittere ante Iudicis declarationem. Et negatiuè respondeo, quia nullus ante aliquod Iudicis decretum tenetur subire pœnam; ipso facto, ipso iure, eo ipso, & absque aliqua declaratione impositam pro crimine, etiam si Hæreticus, aut Sodomita, aut quodlibet aliud, si quod est maius. Ita communis opinio, quam sequuntur plures, quos vidi, sunt Thom. Sanch. lib. 2. in *Decalog. c. 22. n. 2.* Sotus lib. 1. de *iust. & iur. q. 6. art. 6. con. 1. & 3.* Molina tom. 1. disp. 65. *vers. contrariam sententiam.* Salon. 2. 2. q. 62. art. 3. *controu. 1. ante solut. argument.* vbi D. Caiet §. *Ad hoc dicitur.* Bañez q. 12. art. 2. *dub. unico, ad tertium principale.* Aragon. q. 11. art. 3. §. *Hi suppositis.* Lessius lib. 2. c. 29. *dub. 8. n. 64.* Layman. in *theolog. moral. tract. 4. c. 1. n. 3.* Granada 1. 2. *contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 3. sect. 2. n. 3.* Vasquez disp. 166. c. 3. Montefinos disp. 16. q. 24. n. 5. Martinez q. 94. art. 3. *dub. 3.* Araujo *ibid. dub. 4.* Valentia disp. 7. q. 5. *punct. 6. quest. 3.* Sayrus in *Clau. lib. 3. cap. 9. num. 30.* Quibus omnibus adde omnino videndos Thomam Hurtadum *Var. tom. 2. tract. vlt. resol. 12. per totam* Angelum Bossium *tract. de effect. matrim. cap. 5. n. 3. cum seq. & Quintanadueñas in theolog. moral. tom. 2. tract. 14. singul. 8. n. 3. num. Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 8. cap. 29. num. 15. cum seqq.*

Vnde Emanuel Sà *verb. Pœna num. 1.* sic ait. *Pœna imposita ipso iure, vel facto non incurritur, sine sententia Iudicis, & executione per ipsum, etiamsi lex dicat non requiri sententiam, aut declarationem, aut etiam soluendam in foro conscientie.* Inteligitur enim Iudice exequente; nisi pœna esset huiusmodi, quæ secum traheret executionem, vt excommunicatio, suspensio, Interdictum, & Irregularitas, aut lex dicat, sit incapax, inhabilis. Quidam tamen hic sententiam requirunt, aut dicat non faciat alioqui fructus suos. Est enim conditio, quæ seruanda est, vt quæ ponitur à testatore. Quod egregiè explicat D. Caietanus in *summ. verb. Pœna.*

An verò clam intrantes in Conclauem subiciantur tantum his pœnis, sed etiam peccent mortaliter, posset quis dubitare, nam Pontifex non vititur verbis præceptiuis, sed imperatiuis pœnalibus. Pro affirmatiua sententia aliquis posset dicere quia agitur de re graui,

grauis, quod patet etiam ex pœnis impositis. Vnde videmus Sacram Congregationem Cardinalium declarasse Decretum ab ipsa editum, quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Regularium sub pœna priuationis officij, & vocis actiua, ac passiva obligare ad mortale.

Sed aliquis posset respondere cum Serra in p. 2. D. Thomæ q. 96. art. 4. *dub. 2.* Quod per dictam Declarationem Sacra Congregationis constat voluntatem præcipientis esse obligare ad mortale, quod non constat in casu nostro de quo loquimur. Ideo tu cogita.

Vtrum Cardinales peccent mortaliter cum pluribus ferculis in Conclauem vescuntur.

RESOLVTIO XVII.

Suppono in Bulla Pij IV. sic haberi. *Cardinales autem primo ipso die quo Conclauem ingressi fuerint, tam in prandio, quam in cœna uno solo ferculo vnus speciei tantum eoque moderato, & aliis iuxta constitutionem præfati Clementis VI. qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius cella, vel de alterius ferculo vescatur.* Ita ibi Hoc supposito posset aliquis affirmatiuam sententiam docere; nam licet Pius IV. vbi supra, videatur vt blandis illis verbis, *contenti sint*, tamen statim subdit, *& esse debeant.* Quod verbum, vt in terminis obseruat scientia, & dignitate Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de *Sacr. Euchar. disp. 14. sect. 7.* exprimit grauem obligationem. Idem docet frater eius germanus Franciscus Lugo de *Sacr. lib. 4. c. 6. q. 8. n. 61.* Et verbum, *debeo*, etiam Amicus in *Curs. Theol. tom. 5. disp. 5. sect. 8. num. 20.* & Badell. in *Theol. moral. tom. 1. lib. 5. disp. 2. 1. n. 1.* inter verba præceptiua apponunt.

Sed licet superius dicta nimium vrgere videantur; ego tamen negatiua sententia adhareo: existimo enim verba Pij IV. de quibus est quæstio, continere consilium, & exhortationem, cum enim potuerit Pontifex vt grauioribus verbis imperium explicantibus v. g. *Iubemus, Præcipimus*, &c. tamen ab huiusmodi præcipiendi rigore temperauit, & mollibus verbis usus est. Ergo signum est verè non imposuisse præceptum quod patet ex obseruantia subsequenti, non abrogatiua legis, sed interpretatiua, & declaratiua eius verborum. Vnde vt superius diximus obseruantia subsequens declarat legem, & illustrandum est, *leg. si de interpre-*

Anton. Diana. Pars X l. 1.

tatione ff. de legibus & cap. cum contingit de transact. & docet Mastrillus Decis. 52. n. 14. Parisius conf. 36. num. 8. Carena de S. Officio part. 5. tit. 1. num. 72. & alij. Imo stando in rigore iuris, nego Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, Vasquetio, Sanchez, & Castro Palao verbum, *debeo*, importare semper præceptum, & contra supradictos adducam ex eadem Societate Patrem Tamburinum *opusc. de comm. c. 1. §. 6. n. 52.* vbi sic ait. *Quamuis aliqui doceant per illud verbum, debet, importari in legibus necessitatem præcepti mortalis; tamen aliqui negant, & solum per illud concedunt importari debitum conuenientie, & honestatis.* Ita ille probabiliter quidem, cui adde etiam Lezanam. tom. 5. part. 2. in *Mari magno Seruitarm. §. 13. num. 41.* & Barbofam *diffusione 77. num. 9.* quod probatur ex *Can. ad eius disp. 5.* in quo dicitur. *Mulier nisi purgationis dies transeat, viro suo admisceri non debet*, vbi non nisi consilium, seu debitum eiusdem conuenientie, & honestatis, & non præcepti significatur, vt ipsemet Sanchez lib. 9. de *matrim. disp. 2. num. 111.* Rurfus ex *disp. 1. cap. vestimenta*, vbi Pontifex de vestibus Ecclesiasticis sic dicit. *Que neque ab aliis debent contingi, aut ferri nisi à Sacris hominibus. Quem textum expendens Suarez de Euchar. disp. 81. sect. 8. §. tertium exemplum sic habet. Que verba, aut præceptum non continent, quia illud verbum, non debent, non videtur in rigore significare obligationem, sed decentiam quandam, aut non intelliguntur, &c.* Et in Sacris quidem litteris per idem verbum, *debet*, conuenientiam, decentiamque notari solemne est. Matth. cap. 3. *Ego à te debeo baptizari. & tu venis ad me.* Ioan. 13. *Et vos debetis alteri alterius lauare pedes.* Tobia 10. *Te non debimus dimittere ire à nobis.* Et similia passim. Deinde Præpositus 1. 2. D. Thom. q. 95. *disp. 3. dub. 2. num. 15.* Vasquez, & Sanchez, quos citat Castrus Palao *tom. 1. tract. 3. tract. 3. disp. 1. punct. P. n. 2.* asserunt verbum oportet, non inducere obligationem ad mortale: ergo nec inducere dicendum est verbum *debeo*, quænam enim differentia est inter *me oportere facere & me debere hoc facere.*

Itaque dicendum est D. D. Cardinales non peccare mortaliter, si dum existunt in Conclauem vescantur pluribus ferculis, non obstantibus verbis Bullæ Pij IV. tanquam non continentibus præceptum, sed exhortationem, Et dicta verba ita etiam consuetudo subsequens intellexit, declarauit, & interpretauit.

An Eminentissimi Cardinales in Feria 6. Parasceues possint deuenire ad scrutinyum non audito Officio fieri solito in illa die, non obstante §. Similiter, Bulla Gregorij XV.

RESOLVTIO XVIII.

IN dicto §. sic habetur. *Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus at sub simili excommunicationis pœna eo ipso incurrenda scrutinyum bis singulis diebus peragatur, ita ut etiam perficiatur, mane scilicet post solitam missam, &c.* Deinde firmandum est, quod Feria sexta Parasceues omnes Doctores testantur; nemini licitum esse sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocent. 1. *Epist. 1. ad Decent. cap. 4.* & refertur *cap. Sabbato de consecrat. dist. 3.* Rationem congruentiæ reddit Diuus Thomas *quæst. 83. artic. 2. ad 2.* quia eo die Ecclesia recolat realem Christi Passionem, & mortem. Non igitur expedit mysticam, & incurantem mortem exhibere. Vnde male opinati sunt aliqui, quos tacito nomine affert Emanuel Sà *ver. b. Missa num. 17.* asserentes in illa die posse Missam dici, contra quos inuehitur Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Eucharist. dist. 20. sect. 1. num. 15.* & Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. dist. 4. dub. 2. num. 30.*

His positis resolutio præsentis difficultatis pendet ex illa quæstione, An Officium fieri solitum à sacerdote extracto Sacramento è Sepulchro, sit verè sacrificium, & Missa dici possit. Et prima opinio affirmat. Ita docet Ledesma, *1. par. 4. quæst. 23. art. 4.* citans Albertum Magnum *in 4. dist. 23. art. 24.* & videtur asserere Scotus *in eodem 4. dist. 13. quæst. 2.* Gabriel *ibidem qu. 1.* & D. August. *lib. 20. contra Faustum Manichæum cap. 18.* ubi ita: *Vnde iam Christiani per acti eiusdem sacrificij memoriam celebrant Sacrosanctam oblationem & participationem corporis, & sanguinis Christi.* Probat hęc opinio ex variis Argumentis, quæ adducit Fagundez *de Præceptis Eccles. pr. 1. lib. 3. cap. 4. n. 3.* ideo tenent quod in sexta Feria maioris Hebdomadæ offertur verum sacrificium, & tamen non consecratur Hostia, sed offertur Hostia consecrata die antecedenti: ergo consecratio ipsa non est de essentia sacrificij: ergo tota essentia illius consistit in oblatione Hostiæ consecratæ. Ita dicunt omnes Doctores citati n. 2. Quod autem eo die offeratur in Ecclesia verum sacrificium, patet in primis ex D. Augu-

stino *lib. 10. de Civitate Dei cap. 20.* ubi hoc sacrificium Missæ appellat quotidianum, quod quotidie in Ecclesia celebratur, & nullus sit dies in quo non celebretur, ibi: *Christus IESVS in forma Dei sacrificium cum quo vnus est Deus, in forma serui sacrificium maluit esse, quam sumere ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ, per hoc, & sacerdos est ipse offerens, ipse est oblatio, cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium, cum ipsius rei ipse sit caput, & ipsius capitis ipse sit corpus, tam ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam suetus offerri.* Patet secundo ex Oratione quam Ecclesia in Officio illius diei profert, quæ sic habet. *In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi Domine Deus.* Et postea ait Sacerdos: *Orate fratres, ut mecum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat, &c.*

Aliqui verò putant non solum ad essentiam illius pertinere, sed etiam totam illius essentiam in consumptione esse positam Sacerdotis, non in consecratione, nec in oblatione, nec in alia actione illius. Ita docet Albertus Magnus *in 4. dist. 13. art. 24.* Ledesma *1. p. 4. q. 23. art. 4. ad finem.* Angles *in floribus, tit. de Missa, pag. 185.* & Concilium Toletanum citatum *in cap. Relatum, de consecrat. dist. 2.* & quidam alij recentiores, veluti Victoria, Peña, & Bañes, quos refert Henriquez *lib. 9. de missa cap. 8. num. 5.* Putat enim per consumptionem tantum Sacerdotis conferri fructum sacrificij ex opere operato iis; pro quibus Sacerdotes specialiter sacrificium offerunt, & Missam applicant. Probat, quia olim in lege veteri immolatio, & sacrificatio animalis, erat iocifio, & consumptio illius, ut patet in sacrificio holocausti, quod totum ardebat flammis, & cuius nullam partem Sacerdotes comedebant, & quamuis nullam partem illius comederent: tamen in omnibus sacrificiis legis veteris fiebat consumptio animalis sacrificati; partim per ignem, & flammam, quasi eo signo sensibili ignis per Sacerdotes applicati, acceptaret Deus per illos, tanquam per suos ministros, præsentem donationem sacrificij, partim à Sacerdotibus deuorantibus eam partem reliquorum sacrificiorum, quæ sibi contingebar. Probat, secundo, quia Christus Dominus in Cruce moriens dixit: *consummatum est.* Matth. 27. quasi in consummatione, & consumptione consisteret essentia sacrificij; & ideo aiunt, sacrificium Missæ Græcè dicitur *Thysia*

Thysia, & Teletis, id est mactatio, & cõsumptio, vel consumptio. Addunt præterea huiusmodi Doctores in sexta feria Hebdomadæ sanctæ, fieri vnũ sacrificiũ Missæ, & teneri populũ Christianum illi assistere, si incidat in diem festum, de præcepto, huiusmodi sexta Feria Parasceues: quia ibi datur vera cõsumptio Sacerdotis, in qua tota essentia sacrificij sita est, hostiæ præconsecratæ in vna tantum specie, dispensante Ecclesiæ consuetudine, in consecratione; quæ consuetudo durat in Ecclesia à plus mille annis iuxta Rabanũ *l. 2. Inst. Cleric. c. 37.* & alios. Et ideo secundum hanc opinionem tenetur populus audire Missam in sexta feria Parasceues, si in ea incidat dies Annũciationis Beatæ Virginis, & tenetur Prælati iubere, vt Missa dicatur, vt populus illam audiat, & si id ita fit in aliqua Prouincia, aut Diocesi, iustè fit, & sanctè fit, & ideo fit, quia sequuntur Prælati ibi eam opinionem, quæ docet totam essentiam sacrificij in sola consumptione consistere, quæ opinio est probabilis, & quia adhuc illis non constat, an consecratio sit de essentia sacrificij, necnè. Ita Doctores citati & ex *Neotericis Arauio ad 3. part. D. Thom. q. 83. art. 6. num. 35.*

Sed his non obstantibus ego puto Consumptionem Sacerdotis nõ pertinere ad essentiam sacrificij Missæ, sed esse partem integram illius, & perfectionem tantummodo extrinsecam, & totam illius essentiam positam esse in consecratione, & ideo pro hac sententiã in *par. 2. tract. 4. Resol. 62.* adduxi plures Doctores, & declarationem Sacræ Congregationis Rituum asserentis, quod si Festum Annũciationis accideret in Feria Parasceues, non adsit præceptũ audiendi Missam, quia in illa die nõ adest Missa, cũ non adsit consecratio. Probat hęc opinio, quia in consecratione reperiuntur omnes conditiones requisitæ ad sacrificiũ Missæ. In primis per eam repræsentatur mors Christi, deinde in ea fit mutatio panis, & vini in Corpus Christi: tertio, quia est res visibilis: fit enim hęc mutatio in speciebus visibilibus, ac signis sensibilibus; quarto quia fit in cultum, & honorẽ Dei auctoris rerum omnium, & hæc sunt conditiones requisitæ ad sacrificiũ Missæ. Et ita hęc sententiam me citato tenet Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. dist. 5. q. 23.* cum aliis penes ipsum.

Stando igitur in hac vltima opinione ego ex Sacro Conclauis cõsultus ab Eminentiss. Cardinali N. respondi, ad casũ propositũ in rigore, & secluso scádalo, & cõ-

temptu, posse Dom. Cardinales ad Scrutinium deuenire in Feria Parasceues non audiendo Officiũ in illa fieri solitum, quia verba, §. *Similiter*, Gregorij XV. non possunt verificari pro illa die; cum non adsit solita Missa, Missa enim in illa die non offertur, neque adest. Verum quia cõtrariæ sententiæ suam habet probabilitatẽ, ego consului Dominis Cardinalibus debere prius officiũ illud, seu Missam, vt dicitur, audire, & postea Scrutinium dicere, & ita factum fuisse postea mihi dixerunt.

Sed an Cardinales inciderent in Excommunicationẽ si aliis diebus omitteret solitã Missam, & procederent ad Scrutiniũ. Affirmatiuè respondet aliqui, vt patet ex dicto §. *similiter*, & videtur res grauis sine implorato diuino auxilio deuenire ad electionẽ Põtificis. Alij negatiuè respondent, putat enim durũ esse ex omissionẽ *Veni Creator Spiritus, &c.* in censuram incurrit, vndè purant Excommunicationẽ respicere tantum Scrutiniũ bis in die faciendum, vt demonstrant verba dicti §. *similiter*. Auditionem item Missæ, ac *Veni Creator, &c.* pertinere solum ad directionem, & ad circumstantiam accidentalem. Ideo tu cogita. Et quidem videtur res grauis procedere ad electionem Pontificis absque implorato diuino auxilio, præsertim in Missa.

An Summus Pœnitentiarius possit absolueri ab excommunicatione lata à Pio IV. in §. Litteras, &c.

RESOLVTIO XIX.

SVppono in dicto §. sic haberi. *Litteras Svero, aut cuiusvis generis scripta ad eos, qui in conclauis erunt, seu nunciũ, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, è Conclauis ad eos qui foris erunt, nullo modo licet: qui contra fecerint, quacunque dignitate etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, pœna excommunicationis lata sententiã subiaceant, absoluendi facultate, præterquã in mortis articulo, soli Pontifici Maximo reseruata à quo nihilominus pro qualitate delicti ultra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt.* In cõremoniale verò Gregorij XV. sic habetur *Clauso Conclauis seruari debent omnia, quæ de colloquio, literis, & cibis, & quæ de non ingrediendis Cardinalibus aut iisdem, aut eorum familiaribus postquam ingressi sunt excurrentibus in constitutione Pij IV. sancita sunt, &c.* ita ibi. His suppositis ad dubium propositum

affirmatiuè aliqui respondent, nam Gregorius XV. in sua Bula nihil aliud facit, nisi confirmare id, quod disposuerat Pius IV. in §. *Litteras*; & nihil plus addit; Sed Pius IV. in dicto §. vt patet legentibus auctoritatem quam habebat Summus Pœnitentiarius absoluendi à Casibus Papalibus, ei non abstulit, sed tantum sibi referuauit excommunicationem ibi datam. Ergo potest illam absoluere summus Pœnitentiarius. Probatur Primo, nam in dicta Bula fol. 61. vt obseruat etiam Lælius Zechius *de republica Ecclesiastica cap. 3. num. 2.* Pius IV. concedit Summo Pœnitentiario ea expedire tempore Conclauis, quæ pertinent ad forum conscientia, & non auferit ab ipso auctoritatem absoluendi in foro conscientia à censura quam paulo infra in §. *Litteras*, debebat fulminare, Ergo &c. Hinc Azorius *tom. 2. l. 5. cap. 37.* sic ait, *Nec Summi Pœnitentiarij, nec Minorum Pœnitentiariorum officium finitur Romani Pontificis obitu.* Clem. Ne Romani, de Elect. ne sede Romana vacante deessent. qui, pœnitentium Confessiones audirent, & à censuris, pœnis, & peccatis absoluerent. Confirmatur secundo ex Bulla 67. eiusdem Pij IV. quam adducit Zechius vbi supra, in qua numerantur facultates. quas habet, & non habet Summus Pœnitentiarius, & inter has, pontifex non enumerat, nec asserit, ipsum non habere facultatem absoluendi ab hac censura de qua loquimur. Ergo &c. Confirmatur tertio, nam Gregorius XV. in sua Bula *Æterni Patris &c.* in §. *Quod si electio*, fulminauit censuram contra eligentes, & electos contra formam dictæ Constitutionis, & absolutionem dictæ censuræ sibi referuat, & nominatim auctoritatem Summo Pœnitentiario ne illam absoluat. Ergo dum Pius IV. in censura fulminata in §. *Litteras*, & confirmata à Gregorio XV. non expriment Summum Pœnitentiarium ne absoluere possit à dicta censura, sequitur auctoritatem absoluendi ipsi reliquisse; nam hic intra illud vulgatum iuris axioma *Quando voluit, expressit*, ergo quando non expressit, non voluit, nam si voluisset expressisset, quod exornat ex pluribus *Larrea in Allegat. Casibus Fiscalibus tom. 2. Allegat. 4. num. 26.* Quod etiam probatur ex doctrina Georgij Gobat *de duplici Iubilæo c. 33. q. 91 n. 248* *Lorca in 2. 2. D. Tho. q. 11. art. 4. disp. 4. num. 12.* Bossij *tract. de Iubilæo sect. 1. cas. 8. num. 2.* & aliorum asserentium, si Pontifices in aliquo iubilæo concederent absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, Casum Hæresim tamen excludendo; si postea in aliis Iubilæis concedant di-

ctam absolutionem, & casum hæresim non excludant, videtur illum vtiq; concedere, nam si noluisent, explicarent in aliis Iubilæis, vt fecerant.

Sic & in casu nostro dicendum videtur, cum Gregorius XV. voluit excludere Summum Pœnitentiarium, nominatim exclusit. Ergo dum Pius IV. hoc non fecit, dicendum est illum excludere noluisse.

Videtur itaque posse Summum Pœnitentiarium absoluere à censura occulta lata in §. *Litteras* extra, vel intra Conclauem, tangentes materiam electionis, vt patet ex superius dictis, & malè aliquos confundere excommunicationem lata in §. *Quod si*, & excommunicationem lata in §. *Litteras*, in illa enim non potest Summus Pœnitentiarius se intromittere; in ista verò potest, nam in §. *quod*, Gregorius illum exclusit, quod minime fecit Pius Quartus in §. *Litteras*. Ergo &c. Et ita quidam testis fide dignissimus dixit mihi in quadam Cōgregatione Theologorum, & Canonistarum Sacræ Pœnitentiariæ fuisse conclusum. Et ita etiam sentire plures Theologos inclitæ Societatis lesu, & inter illos amicissimum, & doctissimum P. Valentinum Mangionium hodie vnum ex Assistentibus Reuerendissimi P. Generalis, SS. D. N. Theologorum in Sacra Pœnitentiaria. Verum ego circa præsentem difficultatem volo magis doceri, quam docere, & ideo eius finalem resolutionem à SS. D. N. expectandam esse puto; de meo nihil ponendo, & asserendo.

An Excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. si sit occulta, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Tridentini Sess. 24. cap. 6. de Reform.

RESOLVTIO XX.

Negatiue respondet Bonacina *tom. 3. de Elect. Pontific. disp. 2. q. 7. num. 3.* vbi sic ait. *Absolutio istius excommunicationis reseruata est Summo Pontifici, nec vllus excepto mortis articulo, etiam virtute alicuius priuilegij potest ab ea absolui: nam in præfata Bulla dicitur, à qua sicut ad alia quacunque in hac Constitutione imposta, & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda pena excommunicationis, tam ipsi quàm quilibet alius, siue Sancta Ecclesia Cardinalis siue alia persona, cuiuscunque gradus, conditionis dignitatis, & præeminentia à nullo, neque etiam à Maiori Pœnitentiario cuiuscunque facultatis*

satis vigore, præterquam à Romano Pontifice nisi in mortis articulo absolui possit.

Hinc sequitur Primo Episcopum non posse absolutionem impedire etiam si delictum sit occultum: quamuis enim Episcopus possit à censuris Summo Pontifici referuatis, & ob delictum occultum contractis absoluere ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 6.* nihilominus ab ista non potest, quia Summus Pontifex absoluendi facultatem absolutè ademit, etiam Maiori Pœnitentiario post editionem Tridentini.

Neque obstat dicere in hac referuatione non fieri mentionem Concilij Tridentini, consequenter non censeri derogatum priuilegijs Episcoporum in Tridentino concessis; Respondeo enim.

Primo, iuxta communionem sententiam non requiri mentionem Concilij Tridentini in concessionibus Summi Pontificis, vt patet ex dictis de censuris in particulari *disp. 1. q. 22.* dum loquerer de absolutione ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ.

Responderi potest secundo in hac Bulla derogari omnibus Constitutionibus, & Decretis etiam Conciliorum huic Bullæ contrariis, *ibi non obstantibus quatenus opus est, &c.* Quæ derogatio extendi etiam videtur ad referuationem huius censuræ, cum derogatio sit generalis, quatenus opus est.

Secundo sequitur Religiosos non posse hoc tempore virtute suorum priuilegiorum ante istius Bullæ constitutionem concessorum ab hac censura absoluere, vt patet ex allata ratione; An autem absolutio virtute Cruciatæ impendi possit, patet ex dictis de legibus, de cessatione priuilegiorum, & ex dictis de absolutione ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Tertio sequitur absolutionem ab hac censura impendi posse dum Summus Pontifex de nouo creatus dicit aliquibus Conclauistis: do vobis facultatem qua absolui possitis ab omnibus excommunicationibus contractis occasione Conclauis, seu Creationis Pontificis: tunc enim censetur data facultas Confessario. Hucusque Bonacina.

Proponitur sententia affirmatiua, nempe Episcopos à dicta censura posse absolui, & noua opinio circa intelligentiam Tridentini assertur, sed non approbatur.

RESOLVTIO XXI.

Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam docet ex inclita Societate

IESV præstantissimus Theologus Castrus Palaus *tom. 6. disp. 3. punct. 28. nu. 3.* sic asserens. Tertia excommunicatio continetur in Extrauag Gregorij XV. quam Vrbanus confirmauit in Bulla, quæ incipit *Æterni Patris, &c.* vbi Cardinalibus sub pœna excommunicationis referuatæ præscribitur forma eligendi Summum Pontificem sede vacante; & aliter facta electio irrita decernitur complicesque, & fautores huius irritæ electionis, tametsi Cardinales non sint, eidem excommunicationi subiiciuntur, à qua excommunicatione censet Bonacina *tr. 3. de censur. disp. 2. q. 7. pun. 1. n. 8.* Absoluere non posse Episcopos virtute Tridentini, neque Religiosos Mendicantes virtute suorum priuilegiorum, eo quod Summo Pœnitentiario hæc potestas adempta sit ibi, *A nullo, neque etiam à Maiori Pœnitentiario cuiuscunque facultatis vigore præterquam à Summo Pontifice, nisi in mortis articulo absolui possit.* Sed hoc mihi durū videtur, quia priuilegia Concilij generalis non sunt censenda derogata, nisi manifestis verbis derogatio fiat. At superiore clausula non est censenda derogata facultas Episcopis concessa in Tridentino, quia si id vellent Pontifex expressisset, sicut expressit, summum Pœnitentiarium, maxime cum facultas concessa Episcopis absoluendi à referuatis solum forum conscientia spectet, qua cum compati potest absoluta huius censuræ referuatio. Hæc omnia Castrus Palaus, qui vt vides contra Bonacinam putat clausulam Bullæ Gregorij XV non includere Episcopos, nec derogare eorum priuilegio absoluendi à supradicta censura vigore Concilij Tridentini, & quidem eius opinio confirmatur ex opinione Doctorum asserentium, cum Decreta Concilij generalis matura deliberatione sancita sint, videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora, nisi de illis specificam faciant mentionem, imò si Concilium generale sit modernum, quale est Tridentinum, oportet etiam illius mentionem facere: nec sufficeret generalis derogatio cuiuscunque Concilij, vt docet, me citato Thomas Hurtado *var. tom. 2. tr. 5. c. 4. § 2. n. 39.* Moneta *de commut. vlt. volunt. c. 7. n. 277. cum seq.* Coar. *var. lib. 4. cap. 16. num. 6.* Gutierrez *in l. nemo potest de legat. 1. nu. 173.* Henriquez *lib. 1. de indulgentiis cap. 26. nu. 16.* Viuald. *in candelabro part. 3. cap. 12. n. 14.* Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 26. num. 7.* & nouissimè Vincentius Candidus Magister Sacri Palatii *tom. 1. disquisit. Moral. disp. 3. art. 28.*

Quando verò excommunicatio, de qua loquimur

loquitur dicenda sit occulta, respondent aliqui dum non est deducta ad forum contentiosum, mirabilis doctrina si esset amplectenda; & ideo nouissimè Ludouic. Bail. Doctor Parisiensis de triplici examine in Appendice de censuris §. 23. fol. 693. sic ait, *Dubitaturo verò quodnam debeat dici occultum crimen ex quonata irregularitas dispensationi Ordinarij subiicitur.*

Lucius III. in Epistola ad Magistratum, & Fratres S. Iacobi, quæ habetur in Appendice Concilij Lateranen 111. t. 7. Conciliorū ita dicit Aliud crimen est notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur; occultum, quod adhuc ab Ecclesia toleratur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod à Clericis, & Presbyteris, quamdiu ab Ecclesia tolerantur, & nec est crimen euidentè audiuntur diuina officia, & alia recipiuntur diuina Sacramenta. Hæc resolutio innumeras eluit difficultates de notorio facti Bail. *Ira ubi supra* Hanc sententiam tenet etiam Ioannes de Thoma Professor Sac. Theologiæ in Inlyta Academia Complutensi, & Confessarius Magni Regis nostri Philippi IV. in 2. 2. D. Thom. qu. 64. disp. 23. art. 2. §. Dico igitur fol. 224 ubi probat in terminis Concilij Trident. occultum delictum esse illud, quod non est deductum ad forum contentiosum, etiam si notorium sit in Ciuitate, & possit probari in iudicio, & ideo super omni irregularitate proueniente ex illo possunt Episcopi dispensare, & supradictis Authoribus adde nouissimè Doctorem Petrū de Abella Canonicum Magistralem Ecclesiæ Casaragustanæ in Consultatione lingua Hispanica conscripta circa quandam percussionem Clerici §. 2. n. 88. fol. 41. qui citat Basilium Pontium de Matrim. lib. 1. c. 21. num. 19. & tandem Brunus Casainen. de privileg. regul. tr. 4. c. 1. pro. 7. asserit irregularitates censeri semper occultas, & secretas, ad effectum dispensationis impetrandæ ab Episcopo, donec deductæ fuerunt ad forum contentiosum.

Sed opinio supradictorum Actorum est contra communem; Dico igitur, in Concilio Tridentino accipi delictum occultum, non solum ut distinguitur à delicto deducto ad forum contentiosum, sed etiam ut distinguitur contra publicum, & famosum. Quapropter, etiam si delictum ab aliquibus sciat, modo non sciat à maiori parte viciniae, vel Collegij, in quo sint ad minus decem personæ, neque ad iudicium sit deductum, occultum dici debet. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 38. num. 11. & lib. 8. disp.

34. num. 55. & lib. 2. in decal. cap. 1. num. 19. Azor. 1. p. lib. 9. cap. 10. q. 9. Bonacina de Censuris disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 1. Barbosa plurimos referens de Potestate Episcopi 2. p. allegat. 39. num. 24. Palao p. 1. tract. 4. disp. 4. punct. 3. §. 1. num. 14.

Stante supradicta opinione Castri Palai quaeritur quomodo possint Cardinales Episcopi, vel alij Episcopi absoluerè à dicta Censura Piana, & Gregoriana.

RESOLVTIO XXII.

Pro intelligentia difficultatis notandum est Tridentinum in concessione absoluendi, quam præbet Episcopis apponi, illas clausulas in foro conscientia, & in Diocesi sua. Et nota utramque restrictionem non fuisse appositam in facultate concessa ad dispensandum, sed solum ad absoluendum à casibus; quia facultas dispensandi exerceri potest erga subditos suos ab Episcopo in absentia, & siue Episcopus, siue subditus, siue ambo sint extra Diocesim. Eaque dispensatio pro vtroque foro proderit; quia Tridentinum absolute, & sine vlla limitatione eam potestatem concedit. Et quia iurisdictio voluntaria ad quam dispensatio pertinet, potest extra territorium exerceri, ut ex communi sententia docet Couarruuias lib. 3. varia. cap. 20. num. 8. quia hæc iurisdictio nullam causæ cognitionem, nec iudicem pro tribunali sedentem petit, sicut iurisdictio contentiosa, quæ nequit exerceri à iudice extra proprium territorium, ne iudici illius iniuriam inferat.

Et itaque utraque illa particula apposta pro facultate absoluendi à referuatis, ut benè aduertit Suarez 10. 5. in 3. p. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 12. quare non benè dixerunt Henriquez lib. 14. de Irregular. c. 20. n. 5. Auila de Censuris p. 7. disp. 10. dub. 6. Episcopum non posse dispensare, in suspensione extra suam Diocesim virtute illius decreti, non aduertentes, eam limitationem non apponi in priori illius parte.

His suppositis difficultas est, quid operetur illa particula, in Diocesi sua.

Prima opinio est Patris Sanchez, quia in summa tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 27. putat hæc verba non esse restrictiua facultatis Episcopo concessæ, sed potius quasi illius extensiuæ, siquidem comprehendunt subditos, qui verè subditi sunt ratione domicilij, siue existant in Diocesi, siue extra, & etiam subditos,

dictos, solum ratione transitus in Diocesi commorantur. Quapropter dicit posse Episcopum virtute huius facultatis absoluerè ab hæresi, reliquisque censuris subditum existentem in aliena Diocesi, etiam si ipse Episcopus extra Diocesim existat. Probat hoc; nam primo requiri non potest, ut vterque, Episcopus scilicet, & subditus in Diocesi existant: esset enim coarctatō nimis priuilegium Concilij. Deinde requiri non potest, ut Episcopus in Diocesi propria existat, vt subditum à Censuris absoluat, quia hæc absolutio est voluntariæ iurisdictionis exercitium, quod vbilibet fieri potest circa subditos. Vt ergo intelligeremus Concilium hanc iurisdictionem voluntariam limitasse verbis clarioribus vti debebat, Sicut fecit sessio. 6. c. 5. de reform. cum dixit, nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius Diocesi exercere. Tandem requiri non potest, vt subditus in Diocesi propria existat, quia verba illa in diocesi sua non possunt ad subditos referri, aliàs non diceret in diocesi sua, se in eorum Diocesi. Item Concilium apposuit virgulam diuidentem subditos à Diocesi sua, dixit enim, *Liceat Episcopis, quoscumque ibi subditos in Diocesi sua absoluerè*, quasi nolens Diocesim ad subditos referre. Vide Coninch. de sacr. disp. 14. dub. 16. num. 252. Bonacinam de cens. disp. 1. q. 3. punct. 2. part. 1. num. 1. in fin. & Caraffam de duello tract. 5. sect. 2. q. 2. n. 3.

Secunda opinio est Patris Suarez, qui dicta verba tom. 5. de cens. disp. 41. sect. 2. n. 10. & 11. dicit limitanda esse ad subditos, quia paci, & recto regimini conuenientius est, si potestas absoluendi non solum ad personas, sed etiam ad territoria limiteretur.

Tertiam opinionem tenet Castro Palao 1. p. tractat. 4. punct. 3. §. 1. n. 13. Henriquez lib. 14. de Irregular. cap. 10. n. 5. & alij asserentes illa verba, in diocesi sua referenda esse ad Episcopos absolueres, & ex illis limitanda esse, itaut Episcopus extra propriam Diocesim existens non possit vti hac facultate sibi concessa: sed necessariò debere existere in sua Diocesi, vt illa vti possit.

Probat quia, vt dictum est, illa verba, in diocesi sua, non possunt commodè ad subditos referri, & ratio congruentiæ efficacius in Prælati, quam in subditis procedit: magis enim pax & concordia inter Prælatos offendi potest ex eo, quod vtatur extra propriam Diocesim existens, potestatem absoluendi sibi concessa, quam ex eo, quod existens in propria Diocesi, subditum alibi existentem absoluat.

Neque hoc est derogare iuri communi,

& exercitio voluntariæ iurisdictionis, quæ vbilibet exerceri potest; sicut non est derogatio iuris communis, & facultatis absoluendi, quod absolutio solum pro foro conscientia proficit. Quia cum Episcopus in his referuatis nullam haberet potestatem, potuit Pontifex in concessione illius conditiones apponere absque iuris communis derogatione; quibus seruatis facultatem concedit, & illis omiſſis negat; vna autem ex conditionibus est vt absolutio detur ab Episcopo existente in sua Diocesi: sicut est, vt solum pro foro interno, & conscientia proficit. Et hæc tertia opinio magis mihi placet contra Sanchez. Dico igitur non posse Episcopos vigore Concilij absoluerè à Censuris, & aliis Casibus referuatis extra suam Diocesim, vt ex pluribus obseruat Garzias in politica regulari tom. 2. tract. 10. diffc. 7. dub. 6. punct. 2. n. 19. & ideo nõ deseram hic apponere verba Martini de S. Ioseph. Mon. Confess. 10. 1. lib. 1. tract. 2. de Penit. n. 10. sic asserentis. *Dize tambien el Concilio que puen dan los dños absoluerè, y dispensar, dentro de su Diocesi, y los Doctores comunemente son uniforme; con razón, en que esta restriction, no es para la primera parte del decreto, que toca a dispensacion de irregularidades, Censuras, sino quanto a la segunda parte, que toca la absolucion de la heregia, y casos referuados; porque para poder dispensar en Censuras y irregularidades, conforme a Derecho por ser acto de iurisdiccion voluntaria, se puede exercer el Obispo cõ su subdito, aunque el vno, ò el otro est en fuera de la Diocesi, ò ambos juntos. l. mancipium, C. de adptionibus, l. 2. ff. de offic. Proconf. Doctor ibi, & cap. nouit. de offic. leg. Barbosa de potestat. Episc. 1. part. alleg. 39. n. 7. Fagundez precept. 9. lib. 8. c. 8. n. 35. Suarez to. 3. disp. 4. sect. 2. num. 10. & 11. Diana 4. part. tract. 4. resolut. 116. y aun Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 11. n. 17. defiende latamente, que por este priuilegio puede absoluerè, aun de la heregia, y dispensar absolutamente el Obispo a sus subditos, aunque el y ellos esten fuera de la Diocesi, porque para limitar la iurisdiccion voluntaria, que le compete de Derecho comun, auia de usar de palabras claras Pero en esto no siguo a Sanchez porque si fuera verdadera seu opinion, no firuirian de nada las palabras, In Diocesi sua, & verba debent intelligi vt aliquid operentur, c. si Papa in fine de priuilegijs, lib. 7. cap. si à iudice de appellation. cod. l. 3. in principio, ff. de iur. iuran. l. fin. ff. ne quis in loco publico, l. si quando 112. & ibi gloss. finiftra, ff. de legatis 1. como ni tam poco siguo la opinion de Henri*

Henriquez lib 14 c. 20. num. 5. *Y de otros, que apretadamente sintieron, que en ningun caso, ni manera podia usar el Obispo desta autoridad, fuera de su Diocesi.* Huc vsque Martinus de S. Ioseph Vnde ex dictis patet Cardinalem Episcopum vel alium Episcopum Romæ morantem tempore Conclauis posse ex doctrina Sanchez absolueri suum subditum à Censura lata in Bulla Pij IV. & Gregor XV. virtute Concilij Tridentini, & ideo hanc sententiam præter Sanchez tenet ex Puente Hundado doctissimus Franciscus Quiedo *de Fide contr. II. pun. 3. n. 57.* sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ stante particula apposita in Concilio in *Diocesi sua*, quæ superflue poneretur, quod concedendum non est. Vide etiam Cardinalem Lugo *de fid. disp. 23. sect. 3. n. 73.* An vero possit Cardinalis Episcopus, vel Alij Episcopi, si inciderent in Censuras, de quibus est quæstio, absolui à suo Confessario virtute Concilij Tridentini, respondent communiter affirmatiuè si enim possit hæc facultatem alteri committere, vt suum subditum absoluat, quare non poterit respectu sui ipsius? aliàs deterioris conditionis esset, quam sui subditi. Et hoc, siue dicamus, Confessorem illum habere iurisdictionem ab ipso Episcopo delegatam, quod sustinet Sanchez *lib. 8. de matrimon. disp. 3.* siue dicamus, eam habere immediatè à Summo Pontifice, ex vi iuris communis, quod tanquam probabile sustinet Suarez *tom. quinto disp. 41. sect. 2. n. 15.* quia ex vi decreti Tridentini reseruari ablata est ab illis casibus occultis, & ideo respectu Episcopi, non reputantur, vt Casus reseruati, sed vt comprehensi sub eligendi Confessoris facultate sibi iure communi concessa. Vide etiam Dicastillum *de Sac. tom. 2. tract. 8. disp. 11. dub. 16. num. 237.*

Verum hæc omnia procederent in casu nostro, si esset standum in sententia Castri Palai putantis, non esse ablatam potestatem Episcopis à Pio IV. & Gregorio XV. absolueri à Censura illata in eorum Bullis, sed de hac opinione in sequenti Resolutione iudicium meum promam.

Iudicium Auctoris de supradictis sententiis Bonacinae, & Castri Palai.

RESOLVTIO XVIII.

Sed circa præsentem quæstionem dicam breuiter quid sentio: Sententia Bonacinae negantis posse Episcopos virtute Concilij Tridentini absolueri à Censuris, de quibus est quæstio, omnino mihi placet, propter

clausulas nimis vrgentes, quibus vtuntur Pontifices Pius Quartus, Gregorius XV. videlicet, Non obstantibus, &c. quæ quidem clausula tollit omnia, quæ dispositioni, in qua est apposita obstat possunt, *Inf. consil. 110. col. 4. in fine versic. 3. lib. 4. Bero consil. 147. num. 28. versic. & licet lib. 3. Rol. consil. 67. n. 62. lib. 3. Mart. de claus. p. 1. claus. 79. num.* Secundum Rom. impress. & fuit dictum in Hispalen. preeminentiarum 17. *Iu'y 1613. coram D. Patriarcha Pamphilio impressa per Farin. decis. 106. n. 5. par. 1. recen. Cencius de Cens. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 14. Mar. Anton. d. lib. 1. ref. 46. n. 7. & 11. Deinde adest alia clausula, Quatenus opus sit, Quorum tenores, &c. Quæ quidem clausula ex obseruantia Curia derogat quibuscumque priuilegiis, & constitutionibus, habentibus derogatoriis, & operatur expressam, & indiuiduam mentionem vt latè per Gonz. ad reg. 8. *Cancell. gloss. 36. n. 29. Put. dec. 104. lib. 1. & 503. lib. 3. in correct. Rota decis. 213. n. 1. par. 1. & in decis. 61. nu. etiam 1. p. 2. diuers. vbi & decis. 460. num. 4. part. 1. recentior.* Gregorius XV. *decis. 109. num. 10. & ibi Adden. nu. 14.* cum aliis pluribus per Barbof. *de claus. 127. nu. 3. & 4. Ferentill. ad d. decis. 704. Buratt. num. 15.* Quibus adde Tamburinum *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 18. num. 4.* Verum his non obstantibus sententiam Castri Palai putant aliqui suam habere probabilitatem ex ratione ab ipso adducta, quam tuetur præter Doctores citatos in *ref. 21.* ex Dominicanorum Familia Magister Ludouicus Bertrandus Loth *in Resolution. Theol. Belgicis tr. 1. q. 1. art. 1. in fine*, vbi sic ait. *Decreta Concilij Generalis matura deliberatione sancita sunt, videntur continere vim clausula derogatoria ad alia decreta posteriora, nisi de illis specificam faciant mentionem; si Concilium Generale sit modernum, quale est Tridentinum, oportet etiam illius mentionem facere, nec sufficeret generalis derogatio cuiuscumque Concilij.* Ità ille, cui adde Leand. *de cens. to. 4. tradi. 11. disp. 17. q. 45.* doctum Episcopum Barbastrensem Antonium Frances *in pastor. Inter tr. 4. q. 20. n. 12.* & Salgadum *de Præsent. Bull. par. 2. c. 1. n. 59.* cum seq. qui citat Sanchez, Garziam, Valenzuelam & Sacram Rotam.*

Sed ego puto non esse recedendum à sententia negatiua Bonacinae, & doctrinam allatam pro Castro Palao puto non esse admittendam in ordine ad Concilium Tridentinum, nam sufficit, quod Papa contra decreta illius rescribat; nec requiritur specialis, vel generalis derogatio. Ratio autem cur non sit necessaria derogatio dicti Concilij, neque

neque specialis, neque generalis est propter decretum vltimum eiusdem Trid. *sess. 2. de reform.* in quo declaratur omnia in dicto Sacro Concilio statuta ita decreta fuisse, vt in his, salua semper auctoritate Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur. Et sic Papa potius videtur vt facultate sibi tributa à Concilio quam aliquid facere contra Concilium. Sic docet doctissimus, & amicissimus P. Lezana *in p. 2. D. Th. tract. 6. disp. 12. q. 2. in fine* Anastasius Hermon. *de indult. Card. §. Per qua sublati num. 74.* Eman. Rodriq. *qq. reg. tom. 3. q. 37. art. 4. §. circa quam*, Hieron. Rodriq. *in Compend. qq. regul. resol. 116. n. 17.* Et Merolla *tom. 3. disp. 6. cap. 5. n. 49.* quibus adde ex Iuriconsultis Marefcottum *var. resol. lib. 1. c. 19. n. 55.* contra Castrum Palai Et quidem durum mihi videtur Greg. XV. voluisse Episcopis concedere quod denegauit suo Summo Pœnitentiario.

An in aliquo casu possit Episcopus absolueri à Censuris Bullarum Pij IV. & Gregorij XV.

RESOLVTIO XXIV.

Supponamus aliquem Romæ incidisse in dicta excommunicationes, & postea reuertum in patriam non posse adire Summum Pontificem propter impedimentum superueniens, infirmitatis v. g. paupertatis inimicitia periculosa &c. an, inquam, in tali casu possit illum Episcopus à censuris absolueri. Et negatiuè videtur respondendum; impeditus enim adire Pontificem, solum absolueri venit in casu percussione Clerici, quia de hoc tantum casu loquuntur Iura, vt in *cap. eo nescitur & cap. de his, de senten. excom. in 6.* Ita Innocentius in *cap. quamuis de senten. ex excommunicat.* vbi Butrius *in fine*, Abbas *num. 3.* Ancharanus *num. 1.* Cardinalis *quæst. pen.* Henricus *in fin.* Idem responderet in hoc casu Syluester *verb. Absolutio 4. qu. 4. num. 7.* & Cordub. *in Summ. qu. 18. punct. 1. dicto 2. post 3. notab.* asserunt enim non permitti absolui impeditos Romam adire, quando tantum articulus mortis exceptus est in reseruatione, sed in Bullis Pij IV. & Gregorij XV. excipitur tantum articulus mortis, ergo &c.

Verum communiter Doctores affirmant Episcopum posse absolueri impeditos, siue ad tempus longum absolueri à censuris Pontifici reseruatis; & ita tenent 30. Doctores, quos etiam me citato adducit, & sequitur noster Doctus Pater Verricelli in suo erudito opere de Missionariis *tract. 2. q. 146.*

Anton. Diana Pars XII.

n. 2. quia illud impedimentum perpetuum reputatur tanquam verus articulus seu periculum mortis in ordine ad impetrandum ab alio, quam à superiore legitimo absoluerem.

Probatum, nam sic impeditus moraliter est certus non posse ante mortem absolui à legitimo superiore. Ergo est iam constitutus in necessitate impetrandi ab alio absoluteionem, ne sine illa decedat. Quod autem illa necessitas non sit ita vrgens, vt statim obliget, sed latitudinem habeat, non tollit quominus sit veras necessitas, vtrumque sit sic impeditum necessitatem habere impetrandi ab alio, quam à legitimo superiore absoluteionem.

Confirmatur, si moraliter constat hunc impeditum numquam habiturum esse occasionem obtinendi à superiore legitimo absoluteionem ab eo tempore quo illi hoc constat poterit hoc priuilegio vt ne sine absoluteione decedat, quia ab illo tempore est illi necessarium tale priuilegium; & inutiliter expectabit verum articulum mortis, cum necessitas eadem sit. Colligitur hæc doctrina ex *c. eos qui de sent. excom. in 6* vbi absolutis ob periculum mortis, vel ob aliud impedimentum à censura Pontifici reseruata, iniungitur onus comparandi coram legitimo superiore. Ecce quomodo non solum periculum mortis, sed impedimentum ad eundem superiorem, absoluteionis beneficium concedit. Item text. in *cap. ea nescitur, & c. quod de his, de senten. excommuni.* decidunt sic impeditos absolui posse, ac si periculo mortis essent constituti. Et licet specialiter de percussione Clerici loquantur, eadem est ratio in omnibus excommunicationibus reseruatis, vt tradunt communiter Doctores. Felinus *cap. quamuis de sent. excommuni.* Abbas *cap. de cætero num. 1.* eodem titulo.

Itaque licet Canones loquantur de Censura reseruata ob Clerici percussione; tamen ratio, ob quam concedunt posse absolui impeditum, procedit in quacunque censura Papæ reseruata ob quacunque causam etiam in Bulla Cœnæ, nam id concedunt, ne in excommunicatione moriens incurrat periculum salutis æternæ. At iura ob identitatem rationis præsertim cum continent fauorem, extenduntur ad casus similes, in quibus militat eadem ratio, *cap. cum dilecti*, vbi Abbas & Decius de *Confirmatione vtili, vel inutili, cap. ad audientiam de Clericis residentibus.*

Nec in tali casu impeditus Romanum Pontificem adire, tenetur mittere procuratorem, nec scribere ad sacram Pœnitentiariam,

riam. Et ita tradunt Castrus Palaus, Bertrandus, Loth, Verricelli, & Tamburinus vbi infra, quibus adde Caraffam de *Duello tract. 5. sect. 2. q. 4. n. 4.* Hurtadum de *excom. disp. 15. d. ffic. 3. n. 10.* Casalingh de *Priuil. Reg. tract. 5. c. 3. prop. 5.* Bassæum *verb. Absolutio n. 30.* Barbof de *potest. Episc. purt. 2. allegat. 41. num. 7.* Constantinum de Castro. Mortar. in *collectan. Theolog. Moral. tract. 4. sect. 1. c. 4. art. 3. §. 1. punct. 2. quæst.* Probat hęc opinio, quia iura solum exigunt, vt personaliter reus eat ad Papam si potest, cessante impedimento, vt bene aduertit Nauarrus *cap. 27. num. 90. ad 5.* his verbis; *Ad quintam, quod iustum habet impedimentum is, qui ire non potest, licet pro absolutione mittere possit: non enim ad id ius eum obligat, sed vult, vt si possit vadat.* Sic ille Cui adde præter Auctores citatos Corneio in *3. part. tract. 5. disp. 11. de excommunic. dist. 2.* Coninch. de *sacram. disp. 14. dub. 16. num. 241.* Auilam de *Censur. part. 2. disp. 1. dub. 6. punct. 3. Concl.* Bonacinam in *Theol. Moral. tom. 2. tract. 2. disp. 3. quæst. 21.* Vgolinum de *censur. dub. 1. cap. 4. §. 2. n. 13.* Sayrum de *Cens. lib. 2. cap. 16. n. 1.* & Leandrum de *cens. tom. 4. tract. 2. disp. 17. q. 69.* Nouissimè, Carolum Malletum in *Auro Theol. Mor. tom. 1. Malleatione 39. bractea 29.* vbi sic ait: Non tenetur laborans impedimento, ob quod Papam non potest adire, mittere Procuratorem, vel Epistolam, quia vbi lex non agrauat, nec nos agrauare debemus, etiam si in sententia excommunicationis dicatur neminem ab ea posse absolueri, nisi in mortis articulo, Episcopus stante impedimento potest absolueri. Ita ille.

Sed hęc oritur dubium, an impeditus adire Romanum Pontificem pro absolutione teneatur adire Legatum, aut alium habentem priuilegium absoluedi à casibus Papalibus, vel possit in tali casu absolui ab Episcopo; Negat Leander de *censur. tom. 4. tract. 2. cap. 17. q. 6.* qui citat Cardinalem Lugo, Candidum, Coninch, Bausium, & alios, quibus ego addo Perez de *matrimonio disp. 44. sect. 6. num. 9.* & Dicastillum de *sacram. to. 3. tract. 10. disp. 8. dub. 4. n. 61.* Et ratio est, quia facultas absoluedi à referuatis censuris, iure communi facta Episcopis, ortum habuit à necessitate, vt ex dictis nuper constat: at hęc cessat, quando adest, qui ordinaria, aut delegata facultate absoluedi à referuatis est instructus Ergo &c.

At his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Malletus in *Auro Theologiae moralis tom. 1. malleatione 39. bractea 29.* & Hurtadus de *excom. disp. 15. diff. 3.*

num. 11. vbi sic asserit. Id verò quod addit Nauarrus *cap. 27. num. 89.* Nempè excommunicatum aliquo modo, ex dictis impeditum, non posse absolui ab Episcopo, quando potest adire Legatum Pontificis, aut alium habentem priuilegium absoluedi, dicitur absque fundamento; quia nullibi adhuc in dicto capite Quamuis amplius requiritur vt possit Episcopus, nisi quod possit adiri Pontifex. Ita Hurtadus, cui adde Auilam de *cens. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 6. conclus. 3.* & alios penes Leandrum vbi supra, quia extraordinaria potestas concessa Legato, aut Religiosis, non tollit extraordinario Episcoporum, quibus ius commune, vt vidimus potestatem in necessitate circa censuras Papæ referuatas tribuit. Et omnia superius dicta ita esse vera aliqui existimant, vt putent etiam procedere in casu hæresis. Et ita mordicus tenet ex Dominicanorum familia Magister Ludouicus Bertrandus Loth *Resolutionibus Theologicis Belgicis quæst. 1. artic. 4.* ex Societate Iesu Pater Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 4. pun. 3. §. 4. num. 5.* & doctus, ac amicusissimus Pater Thomas Tamburinus in *Decalogum tom. 1. lib. 2. c. 1. §. 8. n. 8.* ex nostra Religione Pater Pellicionus in *Quinquagena questionum illustrium q. 6. cap. 4. per totum,* Alphonfus de Leone *Recoll. 2. de censuris num. 392. verb. Ampliatur,* Duardus in *Bull. Cæne lib. 3. §. 2. quæst. 8. n. 45.* Et Verricelli vbi supra *q. 147. n. 5.* Et idem docet Ascarius Tamburinus de iure Abbatissarum *disp. 16. q. 8. n. 7.* Alterius de *Censuris tom. 1. lib. 1. disp. 6. cap. 8 & lib. 5. disp. 22. c. 2.* Freitas de *confess. sollicit. q. 21. num. 15* & alij.

Nec obstat dicere, quod Bulla Cœnæ auferat ab Episcopis potestatem absoluedi circa hæresim eis collatam in Concilio Trident. *sess. 24. c. 6. de reform.* Nam respondent hoc non esse certum, & contrariam sententiam esse satis probabilem, vt obseruat Hurtadus de *excomm. disp. 15. difficul. 3. n. 12.* vbi sic ait. Sed an nunc possit Episcopus vti dicta concessione Tridentini, quoad casus Bullæ cœnæ Domini etiam hæresis, & quoad excommunicationes eis annexas, non conuenit inter Doctores quia Henriquez *lib. 6. de penitentia cap. 14.* Petrus Ledesma, Rodriquez, Lorca *disput. 45.* Granado *tract. 15. disput. 54. sect. 2.* & plures alij docent, quod possit, in quod inclinat Auila *2. parte cap. 7. disputat. p. dub. 6.* & approbat Ægidius *num. 243.* quoad omnes casus, excepto hæresis. Toletus verò in *Summa in Bulla Cæna excommunic. 14. ad finem.* Azor. Molina, Suarez *disput. 21. sect. 4.* & plures alij docent, quod non possit vti dicta concessione

cessione, quia ei videtur derogari in vltima clausula Bullæ Cœnæ. Vtraque tamen pars non caret probabilitate; & non minus pars affirmatiua, etiam quoad casum hæresis, quam negatiua. Ita Hurtadus. Vide me ipsum *part. 1. tract. 5. resol. 2.* & idem nouissimè doctissimus, & amicissimus Episcopus Barbastrensis Antonius Frances in suo Pastoral *tract. 4. q. 2. per tot.* neruose defendit hodie non obstant Bulla Cœnæ posse Episcopos absolueri ab hæresi occulta, quod etiam nouissimè docet Malletus in *Auro Theol. Theor. sed itando in opinione, per Bullam Cœnæ fuisse ablatam Episcopis auctoritatem absoluedi ab Hæresi virtute Concilij Trid. posse ipsos adhuc absolueri ab hæresi impeditos adire pro eius absolutione Summum Pontificem, ex vi iuris communis, & ideo obseruat Pellicionus, quod aliud est quando agimus de concessione, vel reuocatione Priuilegij, aliud quando agimus de concessione, vel reuocatione iuris communis. Nam priuilegiis facile derogatur, & quando Priuilegium deuenit ad non causam, vel ex eius executione nasceretur aliud quod absurdum reuocatur priuilegium *cap. Suggestum de decimis.* Imò quando Priuilegium continet idem, quod Ius commune, reuocato priuilegio, non reuocatur Ius Commune. Idcirco licet decretum Tridentini concedentis facultatem Episcopis absoluedi ab Hæresi sit correctum, non tamen cessat dispositio iuris communis; vide etiam Verricellum de Apostolic. missionibus *quæst. 147. num. 11.* Itaque dicendum est quod Bulla Cœnæ derogat priuilegiis absoluedi, quale erat Priuilegium concessum à Tridentino, at non derogat Iuri communi quo perpetuo impeditus ab Episcopo, aut à proprio Sacerdote absolui potest à quacumque Censura referuata. Vnde maximum discrimen est inter absolutionem datam ab Hæresi occulta ex Tridentino, & datam ob impedimentum, ea conceditur ex necessitate, ne perpetuo in excommunicatione permaneat, & contingat inabsolutum decedere. At quæ datur virtute Tridentini, non datur ex necessitate, sed, vel ex priuilegio dignitatis Episcopalis, vel quia delictum minori pœna censetur dignum. Ergo quamuis Bulla Cœnæ reuocet facultatem absoluedi ab hæresi ratione cuiuscunque Priuilegij, & quamuis comprehendat casus occultos, tamen non reuocat facultatem absoluedi ratione necessitatis, nempè perpetui, aut diuturni impedimenti.*

Sed hic oritur alia difficultas. An impeditus adire Pontificem possit à quocunque

Anton. Diana Pars XII.

Confessario absolui à Casibus Papalibus etiam ab Hæresi. Affirmatiuè respondet ex Castro Palaus, Bertrand. Loth in *resol. Theol. q. 1. art. 9.* & nouissimè noster pater Verricelli de *missionarijs tract. 9. q. 148. num. 2.* qui ait: In iure æquiparantur impedimentum perpetuum, aut diuturnum, & articulus mortis *text. est in c. eos de sent. excomm. in 6.* ibi: eos, qui à sententia Canonis, vel hominis, cum ad illum à quo aliàs de Iure fuerant absoluedi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud legitimum impedimentum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absoluentur &c. sed in mortis articulo Sacerdos absoluit ab excommunicatione ob Hæresim incurfa, ergo etiam stante legitimo impedimento absolueri potest, & alias rationes penes Verricellum inuenies.

Nec obstat dicere, quod Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 7. de penitent.* asserat Sacerdotes extra articulum mortis nil posse in casibus referuatis. Nam cum Amico in *Cur. Theolog. tom. 8. disp. 1. sect. 8. num. 225.* Card. Lugo de *Sacr. Euchar. disp. 14. sect. 5. n. 97.* & aliis, respondere quis posset Tridentinum intelligi debere, nihil posse in casibus referuatis: absoluedo directè ab illis, non autem cum ex iusta causa, preut legitimum impedimenti absoluentur indirectè, & cum onere se præsentandi. Tum quia, vt ait Alterius *tom. 1. lib. 1. disp. 22. cap. 2. fol. 72.* Tridentin. excipit tantum articulum mortis, non quia non sit idem permissum occurrentibus aliis impedimentis necessariis; sed quia in articulo mortis nulla est referuatio.

Respondetur secundo, Tridentinum non loqui in casu nostro, nam supponit penitentem non habere aliquod legitimum impedimentum, sed posse faciliter adire Superiorem; nam ait extra mortis articulum Sacerdotes, cum nihil possint in casibus referuatis, id vnum penitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio absolutionis accedant. Quare supponit non esse impedimentum legitimum aduendi, si enim tale impedimentum perpetuum adsit, frustratoria, & ridicula esset ea persuasio.

Iudicium Auctoris circa ea que dicta sunt in superiori Resolutione.

RESOLVTIO XXV.

Verū his omnibus minimè suffragantibus, nè in aliquas tricas, me inuoluā circa superius dicta secundum mentem suam

Q 2 rum

rum Authorum ego Iudicium meum promam. Affero igitur primò, me non approbare impeditum Pontificem adire, posse absolui ab Episcopo in casu Hæresis, & ita mecum docet Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. ad finem, Vivaldus in addit. anni 1502. ad Candel. aurum, p. 1. tit. 11. de absolutione n. 14. Sanchez lib. 2. Summa ca. 13. n. 37. Suarez de fide disput. 21. sect. 4. in fine, Vgolinus de censuris reseru. p. 3. cap. 2. § 4. n. 2. Bonacina tom. 3. de Censur. Bullæ Cæna disput. 1. q. 22. punct. 2. n. 23. Sanctarel de Hæres. c. 6. dub. 3. Trullench. l. 1. in Decal. c. 3. d. 7. n. 10. Ricciulli de Stat. reprobo. l. 1. c. 4. n. 25. & alij.

Probatur hæc opinio ex Suarez propter gratuitatem, & rigorosam reservationem Hæresis. Vnde non venit in generali concessione absoluedi, cum sit speciali nota digna. Hinc ego olim quod in concessione Iubilei etiam anni Sancti concedens facultatem absoluedi ab omnibus casibus Bullæ Cæna non comprehendi casus Hæresis, ut docet Suarez de Conf. disp. 7. sect. 5. n. 12. & de fide disp. 21. sect. 4. n. 21. Valq. tract. de excom. dub. 19. n. 5. Henriquez lib. 8. c. 16. § 3. Sanchez lib. 2. c. 12. n. 10. Azor. part. 1. lib. 8. c. 10. q. 12. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 40. n. 33. & alleg. 50. n. 178. Ricciur. de Iur. person. lib. 5. c. 14. n. 7. & Ego in part. I. tract. 5. resol. 1. Sætarellus de Hæres. c. 6. dub. 4. Farinac de Hæres. q. 192. n. 63. Nauar. c. 27. n. 275. Ragucius in Lucerna Parochor. q. 125. num. 5. Auila de Censuris part. 2. c. 7. disput. 1. dub. 7. concl. 1. Floronus de cas. reseru. part. 1. c. 3. § 22. n. 4. Siluius 2. 2. q. 11. art. 3. Torreblancha de magia lib. 6. c. n. 3. Lezana verbo casus reseru. n. 28. Portel. verbo Hæresis n. 22. Garzia de Beneficiu. par. 1. c. 10. n. 109. Trullench. in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 6. n. 1. & in Bullam Cruciatam lib. 1. § 7. c. 2. dub. 7. Castro Palaus tom. 1. tract. 4. punct. 3. § 4. n. 5. Et alij, qui etiam obseruant sic declarasse Greg. XIII. & Pium V. vnde, & ergo in gratiam lectorum, & pro hac veritate firmanda adducā aliud Decretum fel. record. Innoc. X. tenoris sequentis. Feria V. die 23. May. 1652. in Cōgregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Mōtis Quirinalis corā SS. D. N. Innocentio Diuina prouidentia Papa X. Ac Emimentiss. & Reuer. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Lecto memoriali tenoris infrascripti videlicet, Beatissime Pater. Cū nuper in Diocesis Toletana, Hispanensi, Salmantina, & forsan alijs publicatū sit Iubileū anni Sancti à Sanctitate Ve-

stra concessū, cum facultate, ut quilibet Confessor ab Ordinario approbatus possit absolueri à quibuslibet Censuris, & Casibus reseruatis, etiam in Bulla Cæna. Ab aliquibus dubitatum est. An in dicta generali concessione absoluedi à reseruatis comprehendatur facultas absoluedi ab Hæresi. Et quia ex hoc magna possunt oriri incommoda in graue fidei damnum, quibus ut occurrerent aliqui Sanctitatis Vestræ predecessores declararunt in Iubilais à se concessis noluisse comprehendere huiusmodi facultatem. Gregorius enim XIII. die 22. Septembr. annis 1576. declarauit non fuisse suam intentionem, nec Pij V. predecessoris sui in iubileis concessis, tam à se, quā à predicto suo predecessore concedere facultatem absoluedi à Crimine Hæresis, & Clemens VIII. idē declarauit pro iubileis à se concessis anni 1592. & 1597. & Urbanus VIII. in iubileis annorum 1630. & 1634. Quamuis concessit facultatem absoluedi à censuris, & casibus reseruatis etiam in Bulla Cæna exceptit Crimen Hæresis, idcirco D. Franciscus de Cabrera Inquisitor Toletanus humiliter orat Sanctitatem Vestrā, ut dignetur declarare in dicto iubileo à Sanctitate Vestrā concessos, vel in alijs in posterum concedendis, non censerī comprehensam facultatem absoluedi à Crimine Hæresis, nisi expresse, & specificè declararetur, cum quo predicta cessabunt dubitationes, & Orator magnam recipiet gratiā à S. V. Quam Deus, & c. Quo memoriale audito SS. D. N. Innocentius Papa X. predictus mandauit rescribi, prout fuit rescriptum, videlicet sub die 18. Octobr. 1628. per D. Cardinalem Millinum Inquisitori Toletano Hō veduto quello che V. S. Illustriss. mi ha scritto intorno alla facultà del Giubileo; se viene eccettuato il caso del l' Hæresia, intorno à che mi occorre dirle, che il caso è eccettuato, è non compreso in detta facultà, e così è dichiarato. Hoc decretum in forma authentica mihi legendum præbuit dictus Illustrissimus Inquisitor D. Franciscus Diez hodie vniū ex Consiliarijs nostræ supremæ Inquisitionis Hispanicæ Vir. scientia, eruditione, ac morum probitate conspicuus, & quidem nunquam satis dilaudatus; Dominus meus amantissimus; & cui profiteor me nimis propter eius merita addictissimum esse.

Affero secundò à fortiori, impeditam adire Pontificem, & Episcopum non posse absolui præsertim ab Hæresi à quocunque Sacerdote. Ita tenet Valquèz 3. p. quest. 91. articulo 3. dub. 8. n. 4. & dub. 9. n. 23. Vgolinus de Censuris reseruatis p. 3. c. 2. § 4. n. 1. vers. verum, Bonacina to. 3. disput. 1. de Censuris Bullæ Cæna q. 2. pun. 2. n. 22. Lezana verbo

verb. Casus reseruati n. 24. Granad. 22. controu. 1. tr. 15. disp. 16. sect. 4. n. 18. Carolus de Grassis de effect. Cler. effect. 9. n. 181. Hieronymus de Monte q. 13. n. 29. & 30. Barbofa de potest. Episcop. alleg. 2. 1. n. 32. & nullo casu ratione impediti posse Sacerdotem Episcopo inferiorem absolueri ab Hæresi, ait Trullenchus in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 4. in fine, & hoc aperte probatur quia Clemens VIII. in Decreto anni 1601. ait, Sacerdotes siue seculares, siue Regulares nullo casu posse absolueri etiam necessitatis, vel impediti, nisi in articulo mortis. Vnde saltem in Italia hanc opinionem omnino veram, & certam, ac penitus sequendam omnino existimo. Vide Duardum in Bulla Cæna lib. 3. § 2. q. 8. n. 53.

Affero tertio in casibus Bullæ Cæna, & alijs Papalibus impeditum adire Romanum Pontificem posse stando in rigore Iuris absolui ab Episcopo, dixi in rigore Iuris, quia Thesaurus à me alibi adductus de Pænis part. 1. cap. 24. ampliatur. 3. obseruat Praxim esse in contrarium. Vnde noster Pater Alphonsus de Leone recollect. 5. de cens. n. 424. ficait. Quæ omnia, & si vera sint in Theorica tamen in praxi contrarium est verius, cum enim tali casu suppetat tempus ab Episcopo, tales non absoluantur, sed rescribitur S. Pænitentiaria pro absolutione. Ita ille, sed aduersus dictos Authores insurgit nouissimè Pater Verricelli de missionibus tr. 9. qu. 151. n. 7. vbi sic ait. Immerito oppositam docent Thesaur. & Leo dicentes teneri scribere ad sacram Pænitentiariam, & ita obseruari in praxi, sed hoc nullum habet solidum fundamentum in Iure. Sacri Canones enim precipiunt eū præsentare se debere Apostolico conspectui, nullibi autem precipitur illum adire debere sacram Pænitentiariam per epistolā nequid implicite in illo priori precepto comprehenditur, neq; pæna extendenda sunt de casu ad casū, ergo si nequit ob quodcunque impedimentū personaliter adire Apostolicā Sedem, non tenetur mittere Epistolā ad sacram Pænitentiariā, quousque durat impedimentum. Præterea nullum Ecclesiasticum preceptum, si nequeat obseruari in specifica forma obligat ut impleatur æquiualeter, sic qui nequit confiteri, non tenetur eo anno elicere actum contritionis, qui nequit recitare diuinū Officiū, ob carentiā Breuiarij non tenetur alias preces recitare. Neq; obstat contraria praxis recurrendi per epistolā ad S. Pænitentiariā, nā ea non est introducta, quasi ex consuetudine obligantes, sed ad maiorem quietem, & serenitatem, conscientia; neq; est ea consuetudo vniuersalis sed tantum in locis ab Vrbe pa-

Anton. Dianz. Pars XII.

rum distantibus, neque eam omnes obseruant præsertim pauperes, qui non habent unde dent Procuratori pro expeditione litterarū sacra Pænitentiariæ. Hucusque Verricelli.

Imo aliqui putant etiam si dicta praxis adesset fundata in stylo Curia, nihil tamen obtaret in foro conscientia, nam stylos Curia obligat tantum in foro exteriori, & fundatur in probabilitate vnius opinionis, & forsitan probabilioris, sed non tollit probabilitatem alterius sententia pro foro conscientia, quæ quidem sufficit, ut sit tantum probabilisita tenet Fagundez de precept. Eccl. part. 2. lib. 8. c. 8. n. 1; 8. Granadus in 1. 2. controu. 7. tract. 3. p. 1. disp. 11. Marcus Serra Dominicanus tom. 1. in p. 2. q. 90. art. 4. & ex cad Relig. Ludou. Bertrandus Loth. in resol. theol. tract. 2. art. 1. ad primum Argumentum, Leand. de cens. tom. 4. tr. 2. disp. 17. q. 10. & de Sacram. to. 2. tr. 9. disp. 24. q. 31. & 48. Præposit in 3. p. q. 8. de dispens. matr. dub. 6. n. 6. Villalobos to 1. tract. 2. diff. 43. n. 4. Pontius de matr. lib. 8. c. 17. § 6. n. 33. Escobar in theol. mor. to 1. l. 5. sect. 3. pro. 2. & 46. Martin de S. Ioseph in mon. conf. tom. 1. l. 1. tract. 46. de matr. n. 1. Hurtad in 2. 2. disp. 170. sect. 1. § 101. Vidal in arca theol. mor. tit. de duello in q. 3. n. 22. Perez de matr. disp. 46. sect. 6. n. 4. & 8. Castrus Palaus tom 3. de Simonia disp. 3. punct. ult. num. 4. Tafquez in part. 2. tom. 2. disp. 177. c. ult. n. 75. Portel in respon. tom. 1. p. 3. c. 5. n. 4. Baunius to. 2. tr. 1. l. 1. q. 40. Hurt. var. tom. 2. disp. 170. sect. 1. n. 197. Pelliz. tom. 2. trama. 8. c. 5. n. 195. Cassaingh de priuil. regul. tract. 1. c. 2. propos. 5. Fagund. in decal. tom. 2. lib. 8. c. 10. n. 8. Amicus to. 5. disp. 5. sect. 3. n. 79. Gibalinus de irregular. c. 2. q. 3. p. 4. n. 10. fol. 33. Mazuchel. de casib. reseruatis sect. 1. q. 4. difficult. 6. n. 13. Hurtadus vol. 2. disput. 170. sect. 1. § 28. Caraff. de duello tr. 2. sect. 1. 3. q. 64. n. 11. Vidisti amice Lector quod viri sapientissimi asserant styllum Curia non facere ius in foro conscientia, ex quorum doctrina sequeretur resolutio benigna multorum casuum.

Verum ego omnino praxim Romanam sequendam esse puto, & assero cum opinione aliorum Doctorem styllum Curia obligat etiam in foro conscientia, ut ex Sanchez docet noster celeberrimus Canonista P. D. Thomas Pellicionus in quinquagena illustrium questionum, q. 26. c. 3. cum Urbano ab Ascensione in theol. mor. tr. 3. tit. 17. §. examinatur natura pensionis, vide etiam Doctores, quos citat, & sequitur doctus Episcopus Didacus Frances in Pastoralibus tr. 4. q. 6. n. 9. & ideo pro nostro casu individualiter Hieronym. Garzias in Politica

Q 3 regul.

regul. tom. 1. tract. 16. diff. 5. dub. 6. punct. 5. n. 37. sic ait. *Pero preguntará alguno el impedido de yr a Roma deue imbiar a la Sacra Penitentiaria por letras para azerse absolver, & si podria sin imbiar absolverle. el Obispo pues no puede yr en persona Bosio. y otros responden que non está obligado, y que puede el Obispo absolverle. y lo confirma Diana par. 9. tr. 7. ref. 9. seclusa praxi, la qual teste The-sauro in praxi de pœnis p. 1. c. 24. ampliati. 3. est à en contrario, y como esta haze le y haze de saber el stile, y seguir esse. Ita ille, & iterum ego, quicquid alicui contra me non desunt mustitari.*

Verùm si aliquis supposita practica, & stylo Curia si adessent, vellet stare in opinione Doctorum asserentium, sine vlla limitatione, impeditum adire Pontificem posse absolui ab Episcopo, hæc Doctrina non videtur applicari posse ad casum nostrum, nã clausulæ reuocatoria appositæ, vt supra visum est in Bullis Pij IV. & Gregorij XV. obstant ne Episcopi possint vti facultate sibi concessa in cap. eos qui de sent. excom. in 6. & aliis iuribus adductis. Sed quis respondere possit, ea, quæ inserta sunt in corpore iuris non cenferi reuocata, nisi fiat de ipsis expressa mētio. Ita habetur ex *Leius militis §. militia missus de testament. militis, & docet Glossa in l. 2. §. Legatis verbo non compelluntur. ff. de re iud. & in Authen. Qua in Prouincia verbo illico omni priuilegio Cod. vbi de crim. agi oportet. & Doctores ibid. Felin. in cap. 2. n. 12. & in cap. nonnulli n. 9. & 26. de reser. in 6. Ruin. cons. 228. n. 13. vol. 1. l. 1. c. 1. n. 16. de Constit. Lothar. li. 1. de re benef. q. 7. n. 23. Suarez lib. 8. de Legibus c. 38. n. 12. Miranda tom. 1. Manual. q. 25. art. 5. Palauis p. 1. oper. mor. tr. 3. disp. 4. de priuileg. punct. 2. §. 4. n. 5. Et ideo dixit Pellicionus in quinquagena illust. Quæst. q. 6. c. 4. Quod licet fuerit per Bullam Cœnæ reuocatum Concil. Trident. sess. 26. c. 6. de reform. in fauorem Episcoporum, quoad absolendum, &c. Tamen hoc non obstante non cenferi reuocata dispositio iuris communis. Quare ait dictus Pellicionus ex Henriquez. ib. 3. de Sac. c. 1. n. 2. quod in qualibet strictissima re-feruatione, cum qualibet amplissima derogatione semper Episcopus poterit absolvere perpetuè impeditos. Vel dici possit Pius IV. in sua Bulla concedere facultatem, vt ex Censura in ipsa fulminata possit quis absolui in articulo mortis. Ergo Episcopus potest dictam absolutionem absolvere in casu nostro. Probo consequentiam, nam impedimentum perpetuum adeundi Pontificem constituit Censuratum, tanquam si esset in*

articulo mortis, & tale impedimentum cenferetur tanquam verum, mortis articulum, vt tradit Dicastillus, Bertrandus Loth, & alij Doctores vbi supra citati. Ergo sic impeditus potest ab Episcopo absolui vigore cap. & noscitur de sent. excom. & aliis iuribus. At vt supra diximus stylus Curia est in contrarium, quem ego sequendum esse puto, & ideo censuratos ita impeditos stante practica ad Sacram Pœnitentiariam recurrant, vel ad Summum Pontificem.

An Censura ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. possit à Regularibus hodie absolui.

RESOLVTIO XXVI.

NEgatiuè responderet Bonacina de elect. Pont. disp. 2. q. 7. n. 3. cum aliis, & patet ex clausulis derogatoriis appositis in dictis Bullis. Verum difficultas est stante aliqua confirmatione Pontificia dictorum Priuilegiorum post Gregorium XV. & ideo aliqui respondent affirmatiuè, nam Vrban. V. I. I. post dictas Constitutiones, & suam confirmauit ann. 1636. ex certa scientia, plenitudine potestatis, & motu proprio omnia priuilegia Patrum Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis absq. clausulis restrictiuis, dummodo sint in vsu vel dummodo non fuerint reuocata. Ergo hodie Regulares virtute dictæ Confirmationis Vrban. VIII. possunt absolui ab excommunicatione contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV.

Probat, quia confirmatio ex certa scientia & sine clausulis restrictiuis operatur, vt priuilegia reuocata restituantur, & reuolidentur. Vnde dicta confirmatio per dictam clausulam, nabet vim nouæ concessionis, & ita cum Baptista de Salis Panormitano, Gl. Oldrado, Rodriquez, Thusco, Marchesano, & Suarez, tenet Sebastianus à Bononia de elect. part. 2. c. 4. dub. 63. n. 7. quibus ego addo Thomam Hurtado ver. Resol. tom. 2. tract. 8. c. 6. Ref. 54 n. 557. Cardinalem Lugo lib. 3. Respon. dub. 18. n. 8. Samuelem de elect. tract. 3. disp. 3. controuers. 18. conclus. 4. Lezanam in summ. tom. 3. ver. clausula n. 29. & r. 4. ver. priuilegia Regularium n. 22. Sanctorium in Const. min. c. 8. sect. 18. Hier. Rodriq. in compend. Resolut. 52. n. 41. Villalobos to. 1. tr. 13. diff. 60. n. 10. Garciam in Pol. regul. tom. 1. tr. 8. diff. 1. dub. 7. Peyrinum in formul. litt. C. c. 18. n. 4. Naldum in Summ. verb. Priuilegium 14. Megala tom. 2. variar. resol. 199. n. 8. Palauis to. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2. §. 20. n. 5. Pellizarium tom. 2. tract. 8. c. 3. num. 145. Bassæum verb. Priuilegium

legium 4. n. 4. Bordonum tom. 2. resol. 52. n. 137. & alios penes ipsos; asserentes, quod confirmatio ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, & omnia ad pristinum statum reducit, ac reuocata reualidat. Vnde Leandrus à Murcia in Regul. S. Francisci c. 6. q. 18. n. 8. sic ait. *De toto lo dicho se haze ex certa scientia, reualida el Papa con ella el priuilegio reuocado de su Predecessor, & priuilegios por el reuocados, aunque sea por especial Bula, & por especial reuocation. ita ille. Quibus omnibus adde Merollam tom. 3. disp. 6. dub. 2. diff. 2. n. 55. qui dub. 3. quærit. An confirmatio priuilegij vnus Religionis, cenferatur etiam confirmatio priuilegij omnium aliarum Religionum, que habent communicationem priuilegiorum illius? & affirmatiuè respondet, quod etiam docent Peregrinus in compend. nostrorum priuilegiorum in introductione §. 7. in scholio vers. praterca, Donatus in praxi Regularium to. 1. tract. 11. q. 9. Bassæus verb. Priuilegium 2. n. 3. Portel. verb. Priuilegium n. 34. Rodriquez tom. 1. q. 8. art. 2. Miranda tom. 2. q. 42. art. 5. Antonius Via in collect. priuileg. Mendic. verb. Communicatio priuilegiorum fol. 74. §. Notandum, vbi citat Suarez, & Conferunt. Quibus etiam adde Bordonum tom. 2. Resol. 52. n. 320. Rodriquez in compend. Resol. 116. n. 10. Crecentium in Pres. Bem. lib. 3. n. 38. & Pellizarium in Man. tom. 2. artic. 8. c. 1. n. 100.*

Ex quibus sic concludunt dicti Neoterici. Supposito primo, quod Vrbanus VIII. confirmauit priuilegia PP. Sanctif. Trinit. ex certa scientia absque clausulis restrictiuis. Supposito secundo, quod confirmatio facta ex certa scientia habeat vim nouæ concessionis, & reualidet priuilegia reuocata. Supposito tertio, quod confirmatio facta vni Religioni, valeat pro omnibus aliis. His suppositis, sequitur euidenter, hodie Regulares vigore suorum priuilegiorum posse absolui excommunicationem contractam ex fractione Bullæ Gregorij XV. Nam dato, quod in ipsa fuissent reuocata Regularium priuilegia, postea per confirmationem factam ab Vrban. VIII. fuerint reualidata, & iterum de nouo eis concessa.

Inferitur Collocarium in ordine ad Eminētissimos Cardinales Regulares.

RESOLVTIO XXVII.

SI opinio affirmatiua esset admitrenda, & sequeretur posse Cardinalem Regularem existentem in Conclauis absolui à censura Pij IV. alium Cardinalem, vel Con-

clauistam & hoc etiam extra Conclauis, & hoc ex mente Patris Pasqualigi decif. 130. n. 4. vbi docet Episcopum assumptum ex ordine Regulari non admittere priuilegia Religionis, & posse absolvere ab omnibus peccatis referuatis, à quibus antea poterat, & dispensare, & commutare, sicut prius. Si itaque secundum illum talem potestatem habet Episcopus Regularis, ita habebit Cardinalis Regularis: nam pari passu procedunt in hoc Cardinales, & Episcopi, vt patet ex Pellizario vbi infra.

Dixi secundum illum, nam, vt verum fatear, communiter Doctores asserunt, Episcopum Regularem admittere, nec posse vti priuilegiis quibus antea cum Religiosis utebatur: ergo idem dicendum erit de Religioso ad Cardinalatum assumpto. His tamen non obstantibus inuenio sententiam Pasqualigi docere etiam Pellizarium in Manual. Regularium tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 4. n. 65. & Cespedes de exempt. reg. c. 24. dub. 389. n. 2. Et ratio est, nam vt obseruat Cochier. de iuris dict. tom. 1. part. 2. q. 59. art. 9. ex permutatione status non admittitur priuilegium compatibile cum statu. Tum quia non est tanta vis, atque potestas translationis, vt res, & translari loci priuilegia adimat: imò rem, & locum in eadem conditione relinquit, leg. 1. ff. de priu. credit. l. tempus ff. de indic. Felin. c. quia indicanda sub fin. de prescript. tum quia Ecclesia Regularis ad secularem statum redacta, non amittit exemptionem, & priuilegia antea ipsi concessa, nisi expressè sint sublata. Vnde Abbatis Regularis exempta, si fiat secularis, manet exempta, Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. dist. 15. q. 11. alijque. Et facit text. in Clem. 1. de suppl. neglig. Prælatorum, & aliaque rationes. adducit Cespedes, vbi supra, & respondet ad argumenta contraria.

Iudicium de supradictis opinionibus.

RESOLVTIO XXVIII.

QUæ in postremis his Resolutionibus dicta sunt, satis grata fuisse Regularibus non dubito, sed bona eorum venia, ego illa non approbo, & improbabilem puto sententiam ipsis fauentem, etiam si mihi constaret authenticè de adducta confirmatione priuilegiorum facta ab Vrban. VIII. de qua tantum testatus est mihi, vir quidam doctus ex Hispania, & ideo puto cum Bonacina priuilegia Regularium fuisse reuocata ex Bulla Greg. XV. vnde non posse illos à censura fulminata in dicta Bulla absolui. Et ad doctrinam superius allatam de confirmatione

priuilegiorum ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, & sine clausulis restrictiuis, respondeo me latè hanc sententiam impugnasse in part. 1. tract. 2. resol. 7. contra Brunum Cassaigh, ideo me remitto ad ea, quæ ibi adduxi. Vide etiam ea, quæ adducit Iuniparus in defens. iur. Pontif. q. 4. c. 2. n. 1. cum seqq. & Americus de officio Datarij, lib. 1. c. 15. §. 1. n. 73. Et si hæc doctrina esset admittenda, sequeretur hodie posse Regulares absoluere à casibus Episcopo specialiter referuatis, non obstantibus Decretis Clem. VIII. & Urbani VIII. & hoc quia post dicta decreta ipsemet Urbanus VIII. confirmauit priuilegia Regularium cum clausula ex certa scientia. Et hanc sententiam tenet ex hoc principio ex Dominicanorum familia Magister Hinojosa in directorio decisionum Regularium verb. Confessarius fol. 109. à tergo, vbi loquens de decretis Pontificiis circa casus referuatos Episcoporum, sic ait. *Sed prædicta statuta, & declarationes nihil impedire, quo minus Fratres Ordinis absoluere possint à prædictis casibus referuatis, ex eo constat, quia licet per utrumque Statutum reuocentur nostræ priuilegia, quoad ea, quæ in huiusmodi declarationibus continentur iam verò nunc eadem nobis priuilegia restituta sunt per sanctissimum Dominum nostrum Urbanum VIII. (ut dicemus verbo, Confirmatio priuilegiorum) consequenter eorum facultate poterunt Prælati Regulares in subditos, & Sacerdotes Regulares expositi in fratres, & seculares sibi concessa potiri. Ne tamen cæcus in precipitium deturberis, expedit maximè, attentè considerare quid possis per priuilegia, quid per illa concedatur, quid negetur, quid restringatur* Hucusque Hinojosa, quem postea ex aliis etiam rationibus sequuti sunt ex Societate Iesu Andreas Mendo in Bullam Cruciatam disp. 2. c. 4. n. 49. cum seqq. Anton. Quintanadueñas in theol. mor. tom. 1. tr. 3. sign. 15. & 16. Ex Franciscanis Brunus Cassaigh. de priuileg. Reg. tract. 5. c. 2. prop. 2. Ex Carmelitanis Urbanus ab Ascensione in Theol. moral. tract. 2. dist. 21. c. 1. regula 7. Ex Discalceatis Sanctis Trin. Leander de cens. tom. 1. tract. 2. §. 2. q. 79. Ex Clericis Regularibus Marcus Vidal. in Arca theol. moral. tit. de casibus referu. inquis. 1. n. 118. cum seqq. asserentes posse hodie Regulares absoluere à casibus Episcopis referuatis.

Sed cautè in his materiis procedendum est, nec sapere plus, quam oportet sapere, ideo hanc sententiam ergo non approbo, stante Decreto Sacræ Congregationis emanato anno 1728. tenoris sequentis. Sacra Congregatio S. Romanæ Ecclesiæ Cardi-

nalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit, per confirmationes priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica obtinuerunt post sacrosanctum Concil. Trid. nequaquam reuixisse priuilegia, prius ab eodè Concilio, ac deinde etiã ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant absoluenda à casibus Ordinario loci referuatis. Quemadmodum nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, vt potè sublata per annum ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisiuisset ex subsequentibus priuilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares cuiusvis Ordinis Congregationis, Societatis, & instituti, etiam necessario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas, vel hætenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quempiam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci referuatis, ac si fecus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Quod approbavit Urb. VIII. 17. Nouemb. 1628. Sed Merolla tom. 3. disp. 6. c. 5. dub. 2. n. 61. asserit hoc decretum S. Congregat. supposito, quod sit authenticum, nihil aliud responderi possit, nisi, quod intelligatur de confirmatione simplici, seu in forma communi; non autem de illa, quæ est ex certa scientia. Ita Merolla, sed hoc est eludere mentem S. Congregationis. Et ideo ne deferas nostram sententiam negatiuam tenere tanquam veram, & certam; quam nouissimè me cit. tenet Garcias in Politica Reg. tom. 2. tract. 10. dis. 5. dub. 2. punct. 4. n. 27. in fine, & me cit. Gallegus de Vera in Bull. Cruc. c. 12. claus. 12. dub. 174. Vide etiam Trullenc. in Bull. Cruc. lib. 1. §. 9. dub. 3. n. 11. Peirin. de Priuileg. Reg. Const. Julij 11. n. 63. & tom. 3. in Addit. ad Cõst. Sixt. IV. c. 2. n. 38. Lezan. in sum. tom. 1. c. 13. n. 17. Nouarium in Lucerna Reg. v. Regulares quoad confessiones n. 17. & 21.

Restat modo respondere ad aliqua argumenta, quæ in contrarium adduci possunt, quia Greg. XIII. in Bulla, quæ incipit, *Decet Romanum Pontificem, &c.* concessit Patribus Societatis Iesu, quod eorum Priuilegia ex qualibet derogatione minimè censeantur reuocata, nisi de illis fieret expressa mentio vt obseruat Hurtadus de Mendoza tom. 2. de Spe, & Charit. disp. 107. sect. 21. §. 201. Cussaigh de priuilegijs Regular. tract. 5. c. 3. prop. 1. & Martinus de San-Ioseph post Regulam S. Francisci in comp. Confess. verb. Absolutio num. 65. vbi sic ait. *Tambien se puede absoluer de la descomunion de los due-*

los

los por nuestros priuilegios, porque participamos de la Compagnia de IESVS, v Gregorio XIII. en la Bula, que comienza, Decet Romanum Pontificem, &c. concede que no que no queden derogados por qualquiera reuocacion si expressamente no se hiziere mencion dellos, y aunque Bonacina disp. 2. de contract. qu. 6. punct. 2. num. 15. dice, que Clemente VIII. en la Bula que comienza, Sac. Congregatio, &c. reuoco todos los priuilegios de las Religiones, para la absolucion de la descomunion por el duelo solene (que para los desafios priuados bien confessos, que non estan reuocados nuestros priuilegios) mas desta Bula no se que ayamas noticia, ni la he visto autentica, y quando le este; no obsterá. si no reuoca en particular los priuilegios de la Compagnia de IESVS, como queda dicho. Ita ille, cui etiam adde Bertrandum Loth in res. theol. tr. 6. art. 7. Sed in Constitutione Gregorij XV. de qua loquimur nulla fit expressa mentio de reuocatione priuilegiorum Societatis Iesu: ergo dicendum est non esse reuocata.

Respondeo, extate Decretum Sacræ Congregationis ex ordine Urbani VIII. tenoris sequentis. Occasione accepta, quod multæ Religiones haberent priuilegia, quod in Constitutionibus generalib. à Sede Apostolica editis, vel edendis non comprehenderentur nisi de eis specialis, specifica, indiuidua, seu expressa mentio fieret, declarauit, quod Constitutiones Apostolicæ editæ in concernentibus fidem Catholicam, & sanctæ Inquisitionis officium; ac Constitutiones, dispositiones, & ordinationes edendæ, tam per ipsum, quam per Romanos Pontifices Successores tam circa prædictam materiam, quã super quacunq. alia re, negotio, seu materia cõprehendat omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, nisi specialiter; & expressè excipiantur, etiam ipsi ipse forent magis speciali nota, & expressione digni eiusque priuilegia, gratiæ, & indulta à Sede Apostolica præfata etiam sub quibuscunq. tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiã derogatoriis derogatoriis, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similib. & consistorialiter etiam contemplatione, vel ad instanciam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quã communicationis, & aliàs quomodolibet concessa respectiue sint. Ita decretum sub die 5. Nouembris 1635. Sed aliqui respondent, hoc decretum non officere pro casu nostro; nam loquitur de Bullis Pontificiis edendis, non editis. Alij obseruant etiam

post dictum decretum Pontifices quando volunt reuocare priuilegia Societatis, illa nominatim exprimere, vt fecit nouissimè Innocentius X. sub die 14. 1638. in causa Anginopolitana. Vnde in casu nostro dicendum est cum Bonacina, vbi supra, clausulas in fine Constitutionis Gregorij XV. *Quantenus opus est, &c. Quorum tenores, &c.* includere quæcumque priuilegia necessariò exprimenda, & ideo non obstat priuilegium adductum pro Societate Iesu.

Arguitur secundo ex alio amplo priuilegio concessio etiam incluxit Societati Iesu, de quo me citato sic asserit Andreas Mendo in Bull. Cruc. disp. 23. cap. 4. num. 50. Accedit pro Societate Iesu priuilegium quoddam omnes scrupulos in hac parte tollens. Scilicet Gregorius XIII. in Bulla prima ipsius, quæ incipit. *Æquum reputamus*: concessit Societati, vt nullius priuilegij, aut indulti reuocatio præiudicaret iuribus ipsius Societatis, nisi fit illi insinuata, & intimata per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentem, tribus distinctis vicibus. Vnde hi docent, derogationem priuilegiorum in amplissima forma non præiudicare priuilegijs Societatis, quia non censetur reuocatum priuilegium, dum non seruatur forma, quæ ad eius reuocationem requiritur, & sic decisum fuisse in Rota Prouinciæ Marchiæ affirmant.

Intimatio autem fieri debet vel immediatè ipsi Præposito Generali Societatis, qui eam reuocationem per totam Religionem euulget; vel nomine Pontificis faciendæ est ab Ordinariis ad Superiores Societatis. Nec sufficit, si fiat in locis publicis, vt in Ecclesijs Cathedralibus, quia ea intimatio non fit Societati, vt Bulla exprimit; nec sufficit, si fiat per verba, aut vna vice; cum requiratur fieri per litteras, & tribus vicibus. Et quamuis Gregor. XIII. non potuerit limitare potestatem Successorum, ideoque hi valeant eius Bullam reuocare, dum verò per externa signa sufficienter manifestatiua reuocationis, id non præstent, non censenda sunt reuocata Societatis priuilegia; sic verò, si sufficientibus verbis denotetur derogari huic Gregorij concessionem. Ita Mend. Quod quidem priuilegium comprehendere alios Regulares per communicationem tradit ex Dominicanorum familia me citato Magister Donatus tom. 1. tract. 13. q. 22. Et de tali priuilegio testatur etiam me citato Samuel de Sepult. tract. 1. contr. 15. num. 16. Martinus de San-Ioseph post Reg. S. Francisci fol. 599. n. 13. & me cit. Crescentius in Præsidio Romana lib. 3. n. 35. & me cit. Marcus Vidal.

72

in arca Theol. mor. tit. de Duello Inquis. 6. n. 17. Cassaigh de priuil. Reg. par. 1. tr. 1. c. 5. prop. 5. Baunius in Theol. mor. tom. 1. tr. 5. q. 19. præter Amicum, Amatam, & Cherubinum alibi à me citatos: Scio charissimum Patrem Lezanam asserere hoc priuilegium concessum Societati, non esse absolutum, sed pro casu particulari nempe Iudicum, conseruatorum, at supradicti Doctores loquuntur de tali priuilegio, vt priuilegium absolutum. Verum quicquid sit de hoc, sciat doctissimus, & amicissimus Lezana Paulum III. tale priuilegium genericè, & absolute concessisse Patribus Benedictinis sub die 5. Nouem. 1537. vt patet in Bullario Cassinensi Constit. 156. n. 8. fol. 157. sic enim in dicta Constitutione habetur. *Nec non decernentes eisdem priuilegiis, indultis, ac presentibus litteris, & in eis contentis clausulis quibuscumque, etiam per quascunque litteras Apostolicas, etiam quasuis generales, vel speciales, etiam derogatorias derogatorias, efficaces, & insolitas clausulas, ac irritantia decreta. Sub quacunque verborum concessione in se continentia, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de illarum, ac presentium litterarum tenoribus de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac specifica data specialis, & expressa mentio, facta fuerit, ac huiusmodi derogationes per tres distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus similiter distinctis vicibus pro tempore existentibus Presidenti, Definitoribus, & Visitoribus prædictis legitime intimatis, & insinuatis fuerint, ac ipsorum Presidentis, Definitorum, & Visitorum ad id expressus accedat assensus, & aliter facta derogationes nemini suffragari.* Vide etiam amice Lector amplissimum priuilegium ex quo ferè semper priuilegia Regularium minimè reuocata remanent, quid ergo dicendum?

Respondeo, me olim acriter pugnasse pro Priuilegio concessò Societati à Gregorio VIII. Sed postea propter Romanum incolarum mutasse sententiã, vidi enim stylum Curia, & Praxim Romanorum Pontificum esse in contrarium, nam in reuocatione priuilegiorum Regularium contenti sunt apponere tantum aliquas clausulas, nec vquam solent intimare per dictas reuocationes priuilegiorum Superioribus Regularium eo modo, & forma, quæ præscribitur in dictis priuilegiis Pauli I. I. & Gregor. XIII. sed ad summum apponunt clausulam; *Ac si fuerint personaliter intimata;* vt fecit Gregorius XV. in Bulla de qua loquimur: ergo &c. Et ita me citato tenet Episcopus Barbastrensis Antonius Frances vir doctissimus, & amicissimus in *Pastorali Regularium p. 2.*

q. 13. num. 18. & etiam me citato moribus & scientia conspicuus Episcopus Ioannes Palafox in *sua Defensione Canonica ad Regem part. 3. n. 93.* quam perhumaniter ex Hispania ad me misit. Et me etiam citato idem docet Thomas Hurtado de *Verò Martyrio Fidei Resol. 67.*

Arguitur tertio, secundum Castrum Palaum virum quidem doctum, vt diximus Gregorius XV. in hac Bulla non reuocauit facultatem concessam Episcopis in Concilio Tridentino *sess. 24. c. 6. de Reforma.* Ergo hodiè Regulares etiam possunt absolueri ab excommunicatione lata à Gregorio XV. si sit occulta. Probo consequentiam, quia casus Papales occulti vigore dicti Concilij Tridentini, desinunt esse Papales, & efficiuntur Episcopales, ex quibus Regulares possunt absolueri toties quoties. Et ita præter Sanchez, Leonardum, & alios à me alibi adductos, tenet nouissimè Vrbanus in *Theolog. moral. tr. 2. disp. 1. cap. 1. Regula 8.* Cassaigh de *Priuil. Reg. tr. 5. cap. 3. prop. 3.* Pellizarus in *Man. tom. 2. tract. 8. cap. 3. n. 68.* Didacus Frances in *Pastorali tr. 4. q. 1. n. 11.* & Pasqualigus in *qq. Can. Cent. 2. q. 146. n. 6.* Delbene de *Parlament. dub. 4. subsect. 32. conf. 1.* & me citato Vidal in *Arca Theol. mor. de Cas. reseru. Inquis. 1. n. 81.* & me citato Quintanaduernas in *theol. moral. tom. 2. tract. 4. singul. 2. num. 2.* & me citato Leandrus de *cons. tom. 4. tract. 2. disp. 17. q. 78.* & me citato Trullench in *Bull. Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6. n. 4.* & me citato Caraffa de *Duello tract. 5. sect. 2. q. 6.* & me citato Andreas Mendo in *Bullam Cruciatæ disp. 2. 3. cap. 5. n. 60.* & me citato Martinus de San-Ioseph in *Mon. Conf. far. 10. 1. lib. 1. tr. 20. de Pœnit. n. 16.* & me citato Garzias in *Politica Regulari tom. 2. tract. 10. diff. 5. dub. 3. punct. 4. n. 6.* & me citato Bertrandus Loth in *resol. Belgicis tract. 1. q. 1. art. 5.* & me citato Bassæus *verb. Casus reseruati num. 39.* Itaque in hoc casu Regulares non absoluunt excommunicationem Gregorij XV. vigore priuilegiorum, & vt est Papalis, sed vigore Tridentini, vt effecta iam Episcopalis.

Dioes, hanc doctrinam non approbare Suarez 3. *part. tom. 5. de Censuris, disp. 25. sect. 5. num. 27.* Henriquez *lib. 6. de Pœnitentia cap. 14. n. 7.* Bañez 2. 2. *quæst. 64. art. vlt. in fine*, Bonacina *disp. 1. de Censuris in communi, q. 3. pun. 2. n. 4.* quibus adde nouissimè Antonium Brauum in *suo docto tractatu Monastico c. 13. n. 14. ex errore n. 16.* Quia in concessione talis facultatis facta Episcopis, cœsetur electa industria personarum; ergo non valet inferri ex eo, quod possint Episcopi

Episcopi absolueri, posse etiam Priuilegiatos Regulares. Sed respondetur cum Leandro in *Regul. Sancti Francisci q. 8. super c. 7. n. 63. & 64.* & aliis vbi supra, quibus adde Bassæum *verb. Hæresis num. 18.* & me citato Martinum de S. Ioseph post *Regul. S. Francisci in Compend. Confess. secul. verb. Absolueri n. 4.* Caraffa de *Duello tr. 5. sect. 2. q. 6. n. 3.* qui citat Bartolum, Baldum, Imolam, Ioan. Andream, Iasonem, Couarruiam, Syluestrum, Angelum, Henriquez, & alios, hos casus occultos, non iure speciali id est ex delegatione competere Episcopo, sed iure ordinario annecti perpetuo dignitati Episcopali: nec exigitur industria personarum Episcopi, aliàs ita essent personales, vt eos delegare non posset.

Confirmatur, quia etsi casus Episcopales non definant esse tales per concessionem peculiarem factam ab Episcopo: ar definirent esse, si Constitutione Synodali concederentur Parochis, & solis illis essent reseruati. Ergo similiter, etsi casus Papales, non definant esse tales, eò quod Pontifex illos semel, atque iterum concedat Episcopo, imò etsi semper eos concedat Episcopo speciali; ar definunt esse tales per generalem Constitutionem concedentem eos in perpetuum cuiuscumque Episcopo, prout conceditur in decreto Tridentini.

Verùm hæc opinio mihi non placet, per ea, quæ alibi notauimus, & ego assero hanc doctrinam non posse applicari in casu nostro, quia puto cum Bonacina contra Castrum Palaum, Gregorium XV. in hac Constitutione reuocasse Concilium Tridentinum vbi supra. Itaque dicendum est, neque Summum Pœnitentiarium, neque Episcopos, neque Regulares posse absolueri ab excommunicatione incurfa propter fractionem dictæ Bullæ Pij IV. & Gregorij XV.

An inmodatus Censura Pij Quarti, & Gregorij Decimiquinti possit absolui virtute Bullæ Cruciatæ.

RESOLVTIO XXIX.

Constanter, & sine vlla trepidatione affirmatiuè respondeo, nam post dictas Bullas, fuit à Summis Pontificibus concessum priuilegium Bullæ Cruciatæ, ex qua Confessarij facultatem excipiunt absoluedi à quibuscumque censuris Pontifici reseruatis eo modo, vt in dicta Bulla continetur. Imò absolute dicendum est priuilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censeri reuocata etiam per Iubileum Anni Sancti, & etiam

per publicationem Bullæ Cœnæ, vt ego olim sustinui contra doctissimum, & amicissimum Clementem Merlinum S. Rotæ Decanum, & probat nouissimè Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 7. c. 7. per totum*, & me citato Serius *tom. 2. in Bullam Cruc. disp. 2. diff. 3. §. 1. q. 9. n. 1.* Fagundez, Bardo, Trullench, & alij, quibus adde me citato Leandrum de *Cons. tom. 4. tract. 2. disp. 15. q. 7.* Verricelli de *Apos. Miss. tr. 4. q. 3. n. 3.*

Vnde si aliquis Siculus, verbi gratia, inueniretur tempore Conclauis Romæ, si incidisset in censuras latas à Pio IV. & Gregorio XV. mittendo, vel recipiendo litteras intra, & extra Conclauem, vtique in tali casu posset virtute Bullæ, quam suppono in Sicilia fumpfisse absolui à supradictis excommunicationibus incurfis; nam priuilegia Bullæ quoad abolutionem censurarum valent pro illo anno vbique locorum inueniuntur, qui fumpfit Bullam, excepto priuilegio comedendi oua, & lactinia, vt me citato tradit Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 3. cap. 2. n. 6.* Villalobos *tract. 2. in tit. à num. 2.* Rodríguez *§. 1. dub. 1.* Vega *tom. 1. summ. cap. 43. cas. 8. & c. 14. cas. 15. & 10. 2. cap. 7. cas. 17.* Ferdinand. in *exam. Theolog. mor. part. 3. c. 9. §. 2.* Anton. Gómez in *explicat. Bull. cap. 3.* Trullench *lib. 1. §. 1. dubitat. 5.* Pater Suarez *lib. 8. de legib. c. 26. n. 4.* Moure in *sum p. 3. c. 9. §. 2.* Basil. Legionens. in *manuscript. expos. Bul. c. 2. n. 16.* Probatur primo, quia priuilegium personale adhæret personæ, igitur, vbicumque sit, eo vti valet. Secundo, quia priuilegium Bullæ extinguitur, vbicumque extincta persona, quod in priuilegio personali est onerosum; ergo manet vbicumque, persona permanente, quod in eo est fauorabile, alioqui sustineret onus, & non commodum priuilegij personalis Tertiò priuilegium sine temporis limitatione concessum, in quouis tempore tenet, & concessum indefinitè sumitur, vniuersaliter, vt de infinitis iuris locutionibus docent Interpretes; at Bullæ priuilegium non conceditur cum limitatione loci ad permanentiam; ergo vbicumque eo vti licebit, vbi etenim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nisi inde aliqua turpitudine sequatur.

Imò aliqui plus addunt, Bullam prodesse Siculis, v. g. & Hispanis extra Siciliam, & Hispaniam existentibus. si alius pro ipsis Bullam suscipiat: quia finis principalis Bullæ est subsidium pecuniarum factum nostro Regi pro expensis belli contra infideles. Quod verò fiat personaliter, & præsentialiter in illis Regnis, vel interposita persona, parum videtur

videtur referri. Et hanc sententiam non esse improbabilem censuerunt ex Societ. IESV doctissimi viri P. Ioann. Charon, & P. Ioannes Salas in *manuscriptis*, teste Castro Palao *tom. 4. tr. 2. punct. 2. n. 4.* & illa docuit Quintanadueñas in *theol. mor. tom. 1. tr. 8. singul. 4. num. 8.* vbi firmat probabile esse quemlibet Sacerdotem, vel adstrictum horis Canonicis, subditum Regis Hispaniæ vti posse prædicta compositione, & gaudere Bullæ priuilegiis, excepto lacticiniorum, & ouorum vsu, etiam si existat extra Hispaniæ Regna, & extra illa commoretur; dummodo alius pro prædicto Bullam in Hispania accipiat. Imò plus addit *singul. 5.* quod Italus, Gallus, aut Anglus, aliuuè exteri habentes Ecclesiasticum beneficium, aut Capellaniam in Hispania, & extra illam commorantes; dummodo alius pro ipsis Bullam in Hispania sumat ad bellique subsidium elemosynam impendant, possint compositione præfata gaudere. Ita ille, qui tamen postea *tom. 2. tr. 4. singular. 5. num. 5. in fin.* magis cautè, & trepidanter loquutus est, testatur tamen, quod est valde notandum ornamentum Theologiæ moralis Patrem Thomam Sanchez sententiam Ioannis Salas, & Ioannis Cachon docuisse in explicatione Bullæ, quam Granatæ legit *dub. 8. n. 2.* sic asserentem. *At dubium graue est, an exteri, seu Hispani, qui non sunt in Hispania sed mittunt aliquem in Hispaniam suo nomine Bullam accepturum; vel aliquis amicus existens in Hispania eis mittit Bullam, gaudeant Bulla? Et quidem licet probabile sit non gaudere: quoniam Bulla dicit consistentibus, vel declinantibus in Hispaniam, at probabilius reputo gaudere Bulla. Ratio est, quoniam finis Bullæ est contribuere Regi Philippo in subsidium belli, ad quem nihil refert, siue accipiens sit in Hispania, siue non, modò elemosynam Bulla conferat in Hispania Regi Philippo, & ad clausulam Bullæ respondeo, intelligi consistentibus, vel declinantibus per se, vel per alium: quod enim per amicos facimus, per nos ipsos dicimus facere; & sic tenuit Pater Franciscus Gomez in expositione Bullæ. Vnde iuxta hanc sententiam omnibus fidelibus contribuentibus stipendium in subsidium belli in Regnis Philippi Hispaniarum Regis prodest Bulla. Hucusque Sanchez apud Quintanam, vbi supra num. 3. Et quidem hanc opinionem Sanchez, Salas, & aliorum nimis plausibilem esse non dubito, & ab omnibus vniuersis expanis accipiendam, sed ego, practicè puto non esse consulendam, neque sequendam. Et ideo illam olim reprobauit cum Castro Pa-*

lao, & nunc illam refello cum Andrea Mendo in *Bull. disp. 3. cap. 2. num. 11.*

An si aliquis tempore Conclauis irretitus Censura Pij IV. & Gregorij XV. possit ante obtentam absolutionem ad vitandum scandalum celebrare, & Eucharistiam sumere.

RESOLVTIO XXX.

SUpponamus aliquem tempore Conclauis non potuisse absolutionem obtinere, an inquam in tali casu, si non celebrando, vel communicando oriretur scandalum, possit missam dicere, & communionem sumere. Dico igitur Cardinalem, vel alium existentem intra, vel extra Conclauem, si ex omissione cõmunionis, vel sacrificij missæ oriretur magnum scandalum, in tali casu eliciendo actum contritionis ad tuendam suam famam potest celebrare, & postea quamprimum absolutionem querere. Et ita Doctores asseruerunt de Sacerdote excommunicato, vel irregulari, qui potest ante obtentam absolutionem, & dispensationem missam dicere, si omitendo illam contra ipsum scandalum oriretur. Ita Fragofus *to 2. lib. 8. disp. 18. §. 9. n. 20.* & Gutierrez *lib. 1. can. 99. c. 13. à n. 11.* cum aliis penes ipsos: quia datum est cuiilibet seruare suam famam. Et ita tenetur facere ne crimen à se commissum prodeat. Imò in tali casu aliqui putant, quod si non potest se existimare contritionem habere perfectam, posse confiteri, & à Confessario absolutionem obtinere ex doctrina probabilis Valerij Reginaldi *tom. 1. lib. 8. cap. 7. n. 87.* quem nouissimè sequitur ex eadem Societate Quintanadueñas *tom. 2. tract. 4. singular. 4. num. 4. 5. & 6.* & à fortiori idem docet ex Dominicanorum familia magister Serra loquens de hæretico, qui non potest obtinere licentiam, vt ab ipsa absoluat, & adfit scandalum si non sumat Eucharistiam: sic itaque asserit in *2. 2. D. Thoma q. 11. art. 4. quod si non possit facere, nec Romam ire, & instat tempus implendi præceptum annuæ confessionis, & communionis, quam sine graui scandalo, aut infamia non potest omittere, poterit cuiilibet Confessario approbato confiteri, qui illum directè absoluens à peccatis non reseruatis, indirectè absoluat à crimine hæresis. Et idem est de eo, qui misit ad Summum Pontificem, vt sui absolutionem alicui committat, & interim si non committat, aut celebrat, grauem infamiam*

*miam incurrat, & scandalum magnum oriatur. Nec obstat excommunicatio, qua hæreticus penitens immodatus est, & à qua nec in ipso casu potest confessarius absolueri: nam sicut si prædictus hæreticus naturaliter & inuincibiliter oblitus peccati hæresis, quam post consensum occultè protulit, bona fide, & cum debita aliàs dispositione accederet ad sacramentum penitentia, & confiteretur peccata non reseruata, & absolueretur, maneret in foro conscientia absolutus à crimine hæresis reseruato, non obstante excommunicatione, qua est immodatus; ita & in casu prædicto, indirectè absolutus manebit à peccato hæresis cum onere tamen illud iterum confitendi; cum copiam Confessarij auctoritatem habentis habuerit. Est & huius rei aliud exemplum de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodatur, & crimine eius fiat manifestum, celebrat, & confitetur sua peccata Confessario, qui non potest illum absolueri ab excommunicatione. Hucusque Magister Serra. Nec deseram hic apponere Hieronymi Garziæ, qui in Politica Regularium *to. 2. tract. 10. diff. 5. dub. 6. punct. 4. n. 23.* sic ait. *Si es Sacerdote, y teme infamia, & escandalo, si no celebra, puede hazer acto de contricion, y con esto celebrar, pero si piensas que no podrà, puede confesar se de todos, absoluiendole el Confessor directè de los ordinarios, & indirectè de la Heregia, y entonces en probable opinion serà buena la confesio, pues la censura esta de parte del penitente que esta tal no irrita la absolucion, como lo prueban con muchos Suarez 4. tom in 3. part. disp. 31. sect. 3. n. 6. & tom. 9. disp. 1. sect. 3. n. 9. Iuan Sanchez in selectis disp. 3. 2. n. 11. Ægydius Continch tom. 1. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 21. Fagundez in 3. præcept. Eccles. lib. 3. c. 9. n. 17. Peyrinis tom. de Prælato q. 3. c. 2. n. 16. & 17. Reginaldus tom. 1. lib. 8. c. 6. n. 87. Lugo disput. 16. de Pœnitentia sect. 15. n. 614. Vasconius §. Notandum. Lo vnoporque la necesidad haze licito lo que aliàs era illicito, iuxta c. 4. de regul. Iuris. lo otro porque no es de tal manera intrinsecamente malo, dar la absolucio à vn escomulgado, que no se pueda cohonestar en algùn caso, y el presente lo es bastante, pues no se ha de presumir de la piedad de Nuestra Santa Madre la Iglesia, que con tanta traxa sus hijos, queren les negar en este caso cosa tan necessaria como es la absolucion, amas de que como dize Angelus verbo Confessio 5. n. 10. La escomunion non haze de tal suerte incapaz de absolucion al hombre, que rotalmente la anule, como lo prueba el mismo Reginaldo lib. 6. cap. 5. sect. 6. n. 172. propof. 3. 4. & 5. y como el escomulgado puede recibir**

Anton. Dianæ. Pars XII.

los demas Sacramentos, como lo advertio Vasquez tom. de pœnit. tractat. de excommunicat. d. 4. n. 7. pro con todo esso no dexa de ser muy probable lo dicho. Hæc ille. Quæ quidem omnia militant, & procedunt à fortiori in casu nostro, non enim sumus in casu hæresis, de quo ego alibi.

Magis firmatur & declaratur doctrina superius adducta.

RESOLVTIO XXXI.

SED vt magis clarescant ea, quæ in Resolutione Superiori à nobis dicta sunt, sciat amicus Lector aliquos negare etiam excommunicatum occultum posse extra mortis articulum communicare etiam si vrgeat scandalum, infamia, ita Sorus in *4. distinct. 1. 2. q. 1. art. 5.* Syluest. ver. excomm. 3. casu. 3. Rossella & Couarr. apud Henriq. *l. 8. de Euch. cap. 4. §. 4. lit. 2.* Ipse tamen putat posse in casu grauis infamiæ, & Scandali semel, aut bis cum contritione, & tremore. Sed qui semel admittit pro eo casu non video, cur non possit toties quoties eadem necessitas vrgeat. Vnde ego puto cum communi sententia posse urgente necessitate communicare & celebrare absquæ absolutione à censura (an vero possit, aut debeat confiteri postea videbimus) Ratio est, quia præceptum Ecclesiæ, quæ censuram imponit, non censetur cum tanto dispendio obligare. Ita Suarez *tom. 4. disp. 3. sect. 3. n. 6.* & de censuris *disp. 10. sect. 3. n. 9.* Caninc. *disput. 8. n. 107.* & alij apud ipsos. Confirmatur à simili de audientia missa, à qua etiam priuat excommunicatio, & tamen excommunicatus occultus, qui non potest obtinere absolutionem potest audire Sacrum in prædicta necessitate vitandi scandali aut infamiæ. Confirmatur vltterius, quia Sacerdos celebrans saltem post consecrationem, si recorderet excommunicationem, & non possit ab ea liberari debet proficui, vt docet D. Thom. *3. p. q. 38. art. 6. ad. 2. & in 4. d. 17.* & alij. Immo & ante consecrationem posse pergere si timeatur graue dānum, ex hoc autem constat celebrare, aut communicare cum excommunicatione non esse intrinsecè malum, vt notauit Lugo supra n. 100. atquæ adeo etiam poterit, licet recorderetur antè inceptionem missæ si similis necessitas vrgeat.

Sed difficultas est, an in eo casu possit etiam confiteri? Ad hoc dubium me citato sic respondet, heu quondam dimidiū animæ meæ Sapientissimus Pater Ioannes de Dicastillo inter præstantissimos inlytæ Societatis

R. tis

tis Iesu Theologos nemini secundus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9. potest. dub. 7. in dub. Incidenti num. 12. 8. ubi sic ait *Qui enim putant excommunicatum non pramissa absolute a censura non posse valide absolui a peccato, consequenter dicunt illum hominem communicare cum contritione, non tamen posse confiteri.* Ita Vasq. tom. 4. q. 9. art. 3. dub. 9. num. 8. & alij apud Suarium sect. illa 3. num. 1. Syluius in Addit. ad 3. p. q. 10. art. 2. & alij apud Dianam supra, & tract. 4. tertiaz partis resolut. 78. ubi plures refert negantes valere absolutionem a peccatis non pramissa absolute a censura, si quam habeat penitens, putant enim deficere Iurisdictionem in Confessario, quia ob censuram subrahitur excommunicatus ab eius Iurisdictione, qui verò putant valere absolutionem a peccato sine absolutione a censura, consequenter affirmant. Ita Suarez supra numer. 61. Diana supra cum alijs, Lugo supra num. 102. Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 8. num. 5.

Obicit sibi Lugo num. 103. excommunicatione per se prohibere receptionem cuiuslibet Sacramenti, per accidens autem homo excusatur ratione necessitatis; cum sufficienter occurratur per communionem non erit necessarium, atque adeo erit illicitum confiteri. Respondet recte eo ipso quod licita sit Communicatio, fore etiam licitam Confessionem, imò debitam si adsit conscientia mortalis non reservati, (nisi ex alio capite excusetur) ut earatione quoad fieri possit servetur preceptum diuinum pramittendi Confessionem mortalium ante communionem. Quia vero contraria opinio Vasquij, & aliorum probabilis est, poterit excusari qui sequitur eam opinionem, & communicare sine confessione, ut etiam fatetur Lugo, verum hoc generale est pro casibus in quibus sunt diuersa opinionum probabiles. Persistendo verò in nostris principijs si forte in nostro casu non sint alia peccata non reservata eaque propter cessaret obligatio confitendi adhuc existimo cum eodem Lugone probabile quod possit fieri confessio venialium, vel mortalium in alia Confessione olim legitime dictorum, ut earatione indirecte absolueretur a reservatis, atque hoc puto habere locum non solum quando quis post adhibitam diligentiam, vel difficile excitaretur ad contritionem, vel valde dubitat, an eam sit executus; tunc enim etiam puto teneri per accidens (sicut in casu quo non erat censura dictum est) sed etiam Lugonem locum habere etiam si speret posse vi. & utatur contritione. Nò enim credendum est quod urgente necessitate commu-

nicandi velit adhuc Ecclesia obligare, ne confiteatur. Sed quod maneat cum opere habendi contritionem perfectam, quam non ita facile habebit homo non ita pridem propter delicta excommunicatus. Huc usque Dicastillus.

Itaque dicendum est in tali casu censurarum posse absolui indirecte a reservatis, & directe a non reservatis maxime quando excommunicatio est tolerata: tunc enim absoluitur ab habente Iurisdictionem, ac proinde valide, si cætera adsunt requisita, sicut, quando quis absoluitur a non reservatis directe & indirecte a reservatis, ob inculpabilem obliuionem omisis. Ratio est quia pro tali casu impedire, loquimur enim in casu maximæ necessitatis; cumque excommunicatio solum impediatur susceptionem Sacramentorum ex lege & institutione humana Ecclesiastica. Leges autem humanæ etiam Ecclesiasticæ non censentur obligare in casibus vrgentissimis, & maximæ necessitatis; ita lex hæc excommunicationis probabiliter cenferi potest in tali casu non obligare. Atque est doctrina Suarj disp. 31. sect. 3. num. 6. ubi expresse docet quories excommunicatus, qui non potest absolui ab excommunicatione, accipere potest licite Sacramentum Eucharistiæ, posse etiam licite recipere Sacramentum pœnitentiæ, quantum est ex parte excommunicationis, nec enim minus potest in vno, quam in alio Sacramento. Supposita verò necessitate, quæ honestat susceptionem Eucharistiæ, non obstante excommunicatione etiam honestate potest Confessionem. Imò hic ordo est maxime consentaneus Iuri naturali diuino pramittendi Confessionem ante Communionem. Vnde si Ecclesia pro eo articulo necessitatis, vel non potuit, vel noluit prohibere excommunicato Eucharistiam, nec etiam Confessionem cenferi prohibuisse.

Et ideo non deferam hic apponere verba Martini Perez de Sacram. matrim. disp. 50. se. 8. rem. 4. sic asseretis. Dico tertio etiam licere in tali euentu, prædictam absolutionem dare, tamen si casus reservatus habeat excommunicationem annexam, ita communiter Doctores. Ratio est, quia excommunicatio non facit incapacem absolutionis ipsum pœnitentem, si bona fides intercedat, sed tantum efficit, ut non possit licite absolui a peccatis, quin prius absoluaatur ab excommunicatione. Quando autem adest necessitas, sicut posset tunc communicare, & recipere Eucharistiam, ita etiam poterit confiteri,

confiteri, quia eodem præcepto vtrumque est prohibitum. Tunc ergo melius erit, seruare ordinariū modum de Iure diuino, pramittendo videlicet confessionem ante Communionem. Necessitas autē, & rationabilis causa esset confitendi in Pœnitentiæ, vel communicandi, ita ut si omitteretur, periculum esset infamiæ propriæ, vel scandali aliorum. Quod totum intellige quoque, si Superior non possit adiri, quia si potest, debet prius adiri; alioquin esset illicita talis absolutio. Vnde ex his omnibus patet Cardinalem vel alium Conclauistam censuratos ex fractione Bullarum Pij IV. & Gregorij XV. si timeant scandalum, & infamiam non celebrando, vel communicando, posse confiteri cum Confessario Sacri Conclauis vel cum alio, & ab illo a peccatis absolui, dummodo postea absolutionem a Summo Pontifice obtineat a censuris incurfis.

An in casu supradicto Cardinalis, vel Conclauista censuratus possint ad vitandum scandalum confiteri alia peccata, non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV.

RESOLVTIO XXXII.

Resolutio huius difficultatis pendet ex alia, an quando ad vitandum scandalum pœnitens innodatus aliqua censura, & casu reservato confiteatur inferiori Sacerdoti, teneatur confiteri omnia peccata tam reservata, quam non reservata.

Et affirmatiuè respondit Siluester verb. confess. n. 26. Toletus lib. 3. c. 8. n. 3. Suarez disp. 31. sect. 2. n. 4. & 6. Angel. verb. confess. 5. n. 5. Nauarr. in c. consideret de pœnit. n. 10. & Medina C. de pœnit. quest. 13. quos omnes sic refert, & sequitur Fagundez de præc. 2. lib. 8. cap. 3. num. 1. dicens, oppositum esse omnino improbabile.

Sed contra Fagundez existimo negatiuam sententiam satis probabilem esse Et ideo Cardinalis Lugo de Sacram. pœnit. disp. 10. sect. 6. num. 74. sic ait Dupliciter potest contingere hic casus, Primo quod pœnitens adeat prius Confessarium inferiori, qui non potest absolue a reservatis, & tunc certum est non posse inferiorem absolue ab alijs, nisi quando pœnitens est in necessitate confitendi, vel sumendi Eucharistiam: tunc autem an possit, & debeat confiteri inferiori, & an debeat confiteri etiam reservata, an vero sola non reservata, & an id locum habeat etiam quando pec-

Anton. Diana. Pars XI 1.

catum reservatum habeat excommunicationem reservatam: diximus late disp. 12. de Euch. sect. 1. ubi probabile dixi, quod posset & deberet confiteri inferiori ante communicationem, & sola non reservata, & hoc licet haberet excommunicationem reservatam. Ita Lugo, quem omnino videbis loco de Eucharistia a n. 86. ubi doctè respondet ad omnia argumenta contrariæ sententiæ, & adducit me etiam citato plures Doctores tam veteres quam recentiores, hanc sententiam tenentes, quibus ego nunc addo doctum Patrem Andream Mendo, in Bull. Cruc. disp. 2. 3. c. 3. 2. n. 24. ubi sic ait Probabilius esse subditum habentem reservata, & ex necessitate confitentem cum Sacerdote inferiori non teneri propalare in Confessione reservata peccata, quorum ille iudex non est, sed dumtaxat non reservata a quibus directe absoluaatur, & a reservatis indirecte, sic ille. Idem etiam docet Torreblanca in præc. lib. 14. c. 11. n. 42. per hæc verba. *Habens casum reservatum urgente necessitate communicandi, vel celebrandi ad vitandam infamiam grauem ad summum solum tenetur confiteri peccata non reservata confessario non habenti potestatem ad reservata. Nam cum certum sit pœnitentem non absolui posse a reservato, ad aliud non erit vtilius Confessio reservati quam ad se diffamandum coram Confessore, & non leue onus erit pœnitenti ad consistendum bis idem peccatum.* Hucusque Torreblanca, & nouissimè Doctus Pater Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 12. q. 73 & tandem Ioannes de Sonia in Epilogo summarum p. 2. tract. 1. sect. 6. p. dub. circa casus reservatos in fin sic ait *Habens casus reservatos urgente necessitate communicandi scilicet, ad vitandam grauem infamiam potest confiteri tantum peccata non reservata, vel potest elicere actum contritionis. Et sic communicare absque prauia confessione, si peccata reservata habeant excommunicationem annexam, potest confiteri, & sic communicare, vel si est tantum attritus, potest confiteri inferiori Sacerdoti peccata non reservata.* Hæc ille, rationes verò pro hac sententia inuenies apud Cardinalem Lugo ubi supra loco cit. de Eucharist. in responsionibus ad Argumenta contraria, itaque in casu nostro Cardinalis vel Conclauista censuratus ex fractura Bullarum Pij Quarti, & Gregorij XV. si ad vitandum scandalum deberet celebrare, vel communicare, posset probabiliter confiteri solum alia peccata absque expressione fractionis, & incurfionis. censuræ dictarum bullarum, & a Confessario S. Conclauis,

R 2 vel

vel alio absolutionem Sacramentalem obtinere. Et hanc sententiam ipsi mei aduersarij probabilem putant, *vt Amicus in Cur. theol. tom. 8. disp. 13. sect. 10. n. 211.*

An excommunicatio lata à Pio IV. & Gregorio XV. possit absolui non solum vt ipsi asserunt in articulo, sed etiam in periculo mortis.

RESOLVTIO XXXIII.

Existimant Doctores plures distingui articulum mortis à periculo, ita vt putent articulum mortis strictè intelligi, & summi pro solo vero mortis articulo, qui tunc tantum contingit, quando mors est in fieri, & ita certa sit, & ferè inuitabilis; siue hoc proueniat ex causa naturali, vt morbo, siue ex causa violenta, vt si quis sit morte plèndus; periculum verò mortis dici, quando in tali casu mors hominibus solet frequenter contingere. Vnde est, vt dicant, facultatem eam, quam diximus in articulo mortis comperere cuilibet Sacerdoti, vt possit ab omnibus censuris, & casibus referuatis absoluerè, valere tantum pro ipso mortis articulo; non verò pro periculo. Quorum ratio est, quia videlicet iura, ex quibus colligimus hanc facultatem, loquantur de solo articulo, vt proinde non videatur extendenda ad mortis periculum. Ita Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 4. col. 4. vers. *Queris autem.* Canon. par. 5. de Pœn. Valentia 4. tom. disp. 7. q. 10. punct. 2. col. 6. Mandosius in *praxi Signaturæ, tit. Confessionale, fol. 75. num. 1.*

Sed ego alibi in p. 3. & 8. affirmatiuè sententiæ adhæsi, & nunc adhæreo. Dico itaque in nostro casu non solum in articulo, sed etiam in periculo mortis posse Sacerdotem absoluerè, & ratio est, quia licèt in rigore articulus mortis, aliquo modo distinguatur à periculo mortis: cum articulus mortis solum detur, quando ex ægritudine prudenter timetur mors: periculum verò mortis, cum datur occasio, in qua frequenter homines pereunt, & quam non possunt commodè vitare, qualis est pugna campalis, seu naualis, in præfenti tamen materia, idem est articulus mortis, & periculum illius; vt habetur in cap. *Eos, qui de sent. excommun.* Et ratio ipsa dicta: nam mortale periculum perinde existimari debet, & in malis ita cauere sicut euentus ipse: nam propterea dictum est: *Qui amat periculum peribit in illo:* ergò necessitas periculi mortis existimatur morali-

ter, tanquam extrema. Et ita hanc sententiam tenent Doctores, quos me citato asserit & sequitur Leander de *Sacramentis tom. 1. tract. 5. disput. 11. quest. 17.* Lezana tom. 5. in *Mari Magno Minorum, S. 24. num. 58.* Quintanadueñas in *Theol. moral. tract. 8. singul. 3.* Martinus Pérez de *Sacram. Pœnit. 43. sect. 3. num. 4.* Cardinalis Lugo de *Sacram. Pœnit. disput. 18. sect. 2. num. 21.* Hurtadus *disp. 10. difficul. 9.* Coninch de *Sacr. disput. 8. num. 16.* Trancredi in *qq. moral. tract. 5. disput. 2. quest. 17.* Tamburinus in *Decal. lib. 2. cap. 1. §. 8. num. 7.* Bertrandus Loth in *Resol. Theolog. 1. qu. 1. art. 9.* Garzias in *Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 5. dub. 6. punct. 5. num. 26.* Mazuchellus de *Cas. referu. disp. 1. quest. 3. difficul. 25. num. 88.* Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 27. cap. 3. num. 24.* Suarez tom. 4. *disp. 26. sect. 4. num. 3.* Henriquez lib. 3. de *Pen cap. 1. num. 3.* in *Glossa littera Q.* Bardi in *Bull. Cruciatæ part. 1. tract. 6. cap. 6. sect. 2. num. 10.* Gallego de *Vera in Bull. Cruc. cap. 9. dub. 105.* & me citato Verricelli de *Apost. mission. tract. 9. quest. 158. num. 1.* & Machadus tom. 1. lib. 4. part. 1. tract. 1. docum. 3. num. 2. vbi sic ait *Llamase articulo verdadero de la muerte el tiempo en que la enfermedad apricta de manera, qua prudencialmente se puede juzgar, que el enfermo está ya cercano a la muerte. Y segun la mas comun, mas piedosa, y recebida dotrina, aunque impugnada por algunos Doctores, se eziende tambien del articulo moral de la muerte, que es quando alguno se halla occasion, que trayga consigo peligro probable de muerte, como sucede en el parto de la muger, entrar en alguna batalla, nauegar por mares tempestuosos, passar algun rio caudaloso, y otros casos semejantes, en que prudencialmente se puede temer algun peligro de muerte.* Ita ille, & communiter Doctores, quibus nouissimè adde Gibalinum de *Cens. disquis. 7. quest. 14. Consect. 4. & 5. vbi num. 3.* docet tempore interdicti posse ministrari Eucharistiam omnibus parturientibus, aut proficiscentibus ad bellum, quia licèt non sint in articulo, sunt tamen in periculo mortis: Et ideo Hinoiosa in *Dir. decis. Regul. verb. infirmus. §. circa absolutionem fol. 306.* docet absque vlla distinctione omnes parturientes posse absolui à quocunque Sacerdote, etiam non approbato ab omnibus casibus censuris, &c. sed hæc opinio circa parturientes ibi absolutè prolata olim mihi non placuit, nec placet; doctissimo Patri Mendo vbi supra num. 34.

AII

An qui in periculo, vel articulo mortis fuit absolutus à censura incurfa propter violationem Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. teneatur postea si conualuerit se præsentare coram Pontifice, & noua opinio asseritur, sed non approbatur.

RESOLVTIO XXXIV.

Affirmatiuè respondeo ex doctrina communi Doctorum asserentiū, quod absolutus in articulo mortis ab aliqua censura Papali, si conualecat, teneatur se Pontifici præsentare, nam aliàs in eadem excommunicatione reincideret. Probatum ex *c. eos, qui de sent. excomm. in 6.* & ita docet Vasquez in 1. par. tom. 4. quest. 93. art. 1. dub. 6. mem. 15. Hurtadus de *cens. disp. 11. diffic. 13.* Martinus Pérez de *Sacram. Pœnit. disp. 43. sect. 4. n. 7.* Cardinalis Lugo de *Sacram. Pœnit. disput. 20. mem. 201.* Sanchez in *Summa tom. 5. lib. 2. cap. 23. n. 31.* & Granadus in 3. par. tom. 2. controu. 7. tract. 10. disp. 7. n. 14. vbi sic asserit *Petèt aliquis, ad quem finem se debeat præsentare pœnitens, qui iam absolutionem obtinuit.* Respondetur, si peccatum à quo quis est absolutus ratione periculi mortis, aut alterius impedimenti, habeat annexam excommunicationem à iure, vel ab homine, à Papa; vel Episcopo, teneri, cessante impedimento se præsentare superiori, vt constat *exc. eos, qui de sent. excomm. in 6.* non quidem, vt ab illa absoluat iterum, & colligitur planè ex cap. *Quamuis, & cap. de cætero, de sent. excomm.* sed vt conuenientem medicinam adhibeat Superior, & si oportuerit, satisfactionem imponat. Et alioqui incidet in excommunicationem, non in præteritam, sed in aliam, ob nouam inobedientiam, ita Granadus.

Sed his non obstantibus ego alibi pro negatiua sententia adduxi Nauarrum Millardum, Colestinum, & Texedam, quorum sententiam probabilem putat Garzias in *Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 5. dub. 5. punct. 6. num. 38.* quibus adde Carolum Lambertum in *Decisionibus Bononiensibus an. 1640. mensis Augusti cas. 28.* me citato Tancred. *qq. mor. tract. 1. disp. 2. quest. 58.* & me citato Iosephum Ianuarium de *cas. res. Resolut. 12.* Probatum ex Concilio Tridentino sess. 14. capit. 7. vbi hæc habet: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit referuatio in articulo mortis. Atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusuis peccatis, & censuris absoluerè possunt, &c.* Sic ergò absolutus à casibus referuatis,

Anton. Diana Pars XII.

non tenetur adire Superiorem secundum communissimam sententiam: ergò neq; absolutus à censura referuata: sicut enim cessat referuatio à casu, ita à censura per hæc verba Conc.

Confirmatur, nam si alicui delicto esset excommunicatio annexa, & nulli esset referuata: si absolueretur à confessario inferiori, talis excommunicatus non teneretur se præsentare superiori, vt patet: sed in articulo, vel periculo mortis nulla est referuatio, ex Trident. ergò absolutus à tali Censura, est absolutus à censura sine vlla referuatione: & consequenter non tenetur se præsentare.

Nec obstat *c. eos, qui superius adductum*, nam textus ille loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non vero de non denunciatis. Verba textus hæc sunt. *Eos qui à sententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluenti, nequeunt propter imminentiis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluntur; &c.* Si cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus, absolui debeant, quam citò commodè poterunt, cōtempserint præsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerunt, humiliter recepturi, & satisfactum prout iustitia suadebit: Decernimus (ne sic censura illudantur Ecclesiasticæ) in eandem sententiam recidere, ipso iure, &c. Vbi nota illa verba: *Se illi à quo his cessantibus absolui debebant.* Non dixit sine his neque ante hæc, sed his cessantibus; ergo loquitur cum illis tantum, qui absoluti in mortis articulo; debent à Superiore excommunicatore; sed hi sunt tantum deducti, seu denunciati excommunicati, hi enim absoluti ratione periculi in foro conscientie debent à Superiore absolui transacto periculo, in foro fori, vt patet, ergò cum his tantum loquitur, & non cum excommunicatis & non deductis. Nisi velis dicere cum Millardo loco citat. hoc onus sed præsentandi coram superiore, non amplius habere locum post Concilium Tridentinum, & sic cessare ex vi verborum Concilij, cum nulla sit referuatio. Ceteras rationes, & responsiones ad plures alios Canones, videbis apud Ianuarium, vbi supra.

Verum licèt hanc sententiam non audeam tanquam improbabilem damnare, tamen, quia difficiliter recedo à sententiis communiter receptis non discedo ab opinione affirmatiua, quam præter Doctores cit. tenet Pater Leand. de *Sacr. tom. 1. tract. 5. disput. 13. quest. 70.* & me citato Marcus Serius tom. 2. de *Cull. Cruc. disp. 1. diffic. 10.*


R 3 §. 8.

§. 8. *quest. 3. ad num. 7.* & me citatò Garzias in *Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficult. 5. dub. 6. punct. 6. num. 34.* In vno tamen casu sententiæ negatiuæ adhererem, videlicet, quando in nostro casu absolutio in articulo mortis fuisse largita vigore Bullæ Cruciatæ, vt superius probatum est, posse fieri nam absolutus cum Bulla Cruciatæ à casibus Papalibus in articulo mortis nullam obligationem habet se præsentandi coram Pontifice, vt optimè obseruat Leander, & Serius *num. 8. vbi supra, Andreas Mendo in Bulla Cruciatæ, disp. 22. cap. 1. num. 20.* Garzias *vbi supra num. 38.* Bardi in *Bulla Cruciatæ part. 2. tract. 6. cap. 6. sect. 1. num. 3.* Trullench in *Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 8. cap. 2. dub. 5.* Ludouicus à Cruce de *Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 3. dub. 14.* Et alij communiter, & idem dicendum esset si in nostro casu poenitens absolueretur virtute Iubilei, vel virtute priuilegiorum Regularium, sed nos supra firmamus cum Bonacina, Regulares non posse absolueri à censura lata in constitutione Pij IV. & Gregorij XV. de quibus loquimur.

Itaque vt dictum est, qui ab hac excommunicatione Pij IV. & Gregorij XV. absolueretur in articulo mortis, difficultas est, si postea conualuerit intra quod tempus teneatur se præsentare coram Pontifice, Martinus Perez de *Sacram. Pœnit. disp. 24. sect. 4. n. 6.* putat intrâ triduum, sic enim ait. *Non displicet, quod graues Doctores dicunt, non fore di-*

lacionem grauem, quando intrâ triduum Sacerdos confiteretur. Nam eodem modo precipitur in c. Eos qui de sententia excommunicationis in 6. quod illi, qui in articulo mortis absoluuntur ab excommunicatione reserua- ta, postea si conualuerint, debeant cum pri- mum commodè possint, recurrere ad Superiorem, alioquin reincident in censuram: & tamen non iudicabuntur reincidente, qui intrâ triduum data commoditatis recurrerint. Et ratio est in nostro casu, quia non videtur magis strictè explicanda illa dictio, quam- primum; quia non videbitur illa breuis dilatio grauius opponi fini, aut præcepto Tridentini, ita Perez.

Sed mihi videtur magis strictè, & rigoro- sè receptum esse illud *Quamprimum.* Concilij Tridentini, quam *dicti capit. Eos qui;* Et ideò puto in hoc casu prudentis arbitrio remittendum esse, intrâ quod tempus vt verificentur illa verba *Quamprimum absolutus à censura reseruata debeat sed coram Superiore præsentare,* consideratis & prudenter perpensis omnibus circumstantiis, personæ, valetudinis absentia à Romana Curia, &c. Et ita docet ex Nauarro Auila de *Cens. par. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 4.* & Leander de *Cens. tom. 4. tract. 2. disput. 17. quest. 68.* Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 13. num. 25.* & Henriquez *lib. 13. cap. 29. num. 2.* Sayrus de *Cens. tom. 1. lib. 3. cap. 28. in fine* & sufficere quidem non adesse negligentiam, vel fraudem.



MISCEL



MISCELLANÆ RESOLUTIONES.

IN QVO SENSU EPISCOPVS QVANDO
consecratur vocet Pontificem Vicarium D. Petri, & an
dicta verba sint in Pontificali corrigenda.

RESPONDEO, quod Paulus Lopus de *Sedium Patriarch. erect. cap. 15. num. 13.* Franciscus del Castillo in *4. sentent. tom. 2. disp. 15. quest. 4. num. 23.* Cardin. Baronius *tom. 9. anno 747* in nota marginali, & Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de Reform. Pontif. cap. 17* docent talem loquutionem esse impropriam; nam vox *Vicarius* supponit subiectionem eius, cuius vices geruntur; nam est officium subalternum, vt obseruat Baldus *conf. 353. num. 2. lib. 1.* & ideò *Vicarius* propriè loquendo, minor est eo, cuius est *Vicarius*, vt docet Becanus *Opusc. de Prim. Regis Angliæ. part. 2. cap. 1. num. 4.* & etiam ipsimet Hæretici, Bodinus de *Republica lib. 1. cap. 9. n. 127.* Casp. Rouius in *Commentario Iuridico Historico Politico ad legem Regiam Germanorum, c. 11. sect. 11. n. 4.* & ReinReingk de *regimine Seculari, & Ecclesiastico lib. 1. Class. 3. c. 9. nu. 307.* Vnde rectè Doctores inclyti Musæi Sorbonici, vt patet apud Duallium de *Rom. Pont. par. 1. q. 2.* damnarunt quandam propositionem M. Antonij de Dominis, asserentis Spiritum Sanctum esse *Vicarium Christi* in regimine Ecclesiæ; nam talis propositio redolet hæresim Macedoniam, in verbo *Vicarij*, nam, vt dictum est, *Vicarius* minor, seu inferior est eo, cuius est *Vicarius*: Ex hoc sequitur vt optimè obseruat Ioan. Driedonic. *tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 1.* Mendoz. in *quodlibet quest. 4. scholastica num. 2.* Pontificem non esse dicendum *Vicarium Diui Petri*, cum Summus Pontifex, in regimine Ecclesiæ, non sit minor, nec inferior D. Petro, sed æqualis. Et ideò Diuus Bernardus

lib. 2. de Considerat. cap. 8. vocauit Eugenium Papam, potestate, Petrum; quod negat Caluinus *lib. 4. Instit. cap. 6. §. 8.* & alij huius farinae homines, contra quos, & solidè insurgit Suarez contra *Regem Angliæ lib. 3. cap. 12. & 15. per totum, & Duallius, vbi supra de Rom. Pontif. part. 2. quest. 7.* Ergo non est Romanus Pontifex, vocandus *Vicarius*, sed successor Petri; & ideò Patres, & Concilia loquentes de Pontifice, vocant illum *Vicarium Christi*, & successorem D. Petri, sic loquitur D. Thomas *lib. 1. contra Gentes, cap. 33. & lib. 1. de Regim. Princ. cap. 14.* & alij Patres, quorum ad fatietatem possem huc nomina adducere, sed sufficit mihi tantum verba Concilij Florentini proferre, vbi sic asseritur. *Definimus Pontificem Romanum successorem esse D. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium; totiusque Ecclesiæ Caput.* Vide quomodo Concilium, quando loquitur de Pontifice in ordine ad Christum vocat illum eius *Vicarium*, quando vero loquitur de Pontifice in ordine ad Petrum, vocat eius successorem, vnde in *c. fin. de Translatione Episcop.* vocatur Pontifex successor D. Petri, & *Vicarius Iesu Christi.* Ergo ex his Pontificem non esse vocandum *Petri Vicarium* aperte patet; & ideò talis loquutio videtur in Pontificali à Sanctissimo corrigenda, tum quia est loquutio impropria, vt tenent Castillo, Baronius, & Bellarminus locis citatis; tum etiam, ne præbeatur occasio hæreticis asserendi, *Summum Pontificem esse inferiorem D. Petro;* & ideò illa terra pestis Ecclesiæ M. Antonius de Dominis, olim Archiepiscopus Spalatensis, *lib. 4. cap. 1. num. 4.* tenet, Pontificem esse D. Petri purum Ministrum,

& substitutum, & ideò inferiorem, nixus auctoritate afferentium, & vocantium Summum Pontificem D. Petri Vicarium.

His tamen, minimè suffragantibus, in hærendo vestigijs Pij V & Clem. VIII. existimo nullam à Sanctiss. D. N. in dictis verbis Pontificalis correctionem adhibendam esse: nam aliter essent corrigendi S. Canones, Concilia Generalia, & S. Patres. Probat, nam ego inuenio hæc verba, quibus vtitur Pontificale, desumpta esse à Sacris Canonibus, & sic in *c. non quales, q. 1.* Nicolaus Papa ad Melchiam Imperatorem sic ait. *Non quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur est vobis magnopere praeuidendum, nec in Vicariis D. Petri. Apostoli vobis est attendendum qui sint, sed quod pro salute vestra satagant. Et in c. Ego Ludou. dist. 63.* Summus Pontifex vocatur etiam Vicarius D. Petri. Sed textus aureus in fauorem Pontificalis inuenitur in *c. Quoties, q. 7.* in quo adest formula Iuramenti à schismate redeuntium sub istis verbis: *Spondeo sub Ordinis mei casu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te S. Petri. Apostolorum Principi, atq; eius Vicario Beatissimo Gregorio, vel successorib. ipsius me nunquam quorumlibet suasionibus, vel quocumque alio modo ad schisma reuersurum, quæ quidem verba sunt ipsissima cum verbis appositis in Pontificali, de quibus nunc est quaestio, an sint corrigenda, necne: quæ quidem à dicto Canone desumpta fuisse reor. Deinde ego obseruo, non solum apud Sacros Canones, sed etiã apud Concilia Generalia Summum Pont. D. Petri Vicarium vocari: vnde Philippus Presbyter Legatus Cælestini Papæ, sic loquitur ad Patres Concilij Ephesini, *to. 2. c. 16. D. Pet. Ordinarius, Successor, & Vicarius, sanctus, Beatissimusq; Papa, & Episcopus. noster Cælestin. nos suos pro se, quasi Vicarios ad hanc Synodum misit.* Et in Conc. Ticinen. sub Io VIII. *to. 3. Conc. p. 2.* sic habetur *In Ecclesia Romana Apostolorum viget successio & Romani Pötifices Principum Apostolorum Petri, & Pauli Vicarij sunt.* S. Bonif. Arch. I. Moguntinus, vt patet in Conc. Gall. *to. 2. art. 723* & Ludouic. Pius in Decreto Confirmationis donationum Auitarum an. 817. vocarunt Pötifices Vicarios D. Petri. Et tandem etiã Sancti Patres hoc titulo Summos Pontifices decorarunt. Et ideò D. Bernard. licet *li. 1. de Consid. c. 8.* vocauerit Pontificem Vicarium Iesu Christi, tamen in Ep. 8. vocat illum etiam Vicarium D. Petri, nam exponens illa verba D. Pauli *Omnis anima potestatis subdita sit*, sic effatur ad Conradum. *Hanc sententiam cupio vos, & moneo**

custodire in exhibenda reuerentia summa, & Apostolica Sedi, & B. Pet. Vicario, sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio. Arnolph etiam Lexouienfis in Epist. ad Alexandrum de promotione sua, sic ait. *Interim ego minor, licet omnibus, non minore, tamen gaudeo, quam ceteri, gloriam vestra promotionis amplector, & vos apostolū Christi Petri Vicarium, Pastorem, & Episcopum omnium, qui Christiano nomine censentur, agnosco, Symmachus Papa, in Apolog. aduersus Anastasium Imperatorem, sic asserit. Quia Petrū Alexandrinum recipis, B. Petrum Apostolum in suo Vicario calcare contendis, Gelasius etiam Papa Ep. 10. ad Anastasium, vocauit Pontificem D. Petri Vicarium. Idem fecerunt Episcopi Prouinciæ Tarraconensis ad Hilarium Papam scribentes, vt patet inter eius Epistolas, & plures alij, quos, ne sim longior, omitto. Si ergo clarè apparet sacros Canones, acta Concilij Generalis, & Sanctos Patres vocasse Pontifices D. Petri Vicarios, non video, quare talis loquutio in Pontificali non sit toleranda.*

Solum itaq; nunc superest explicandum: quo pacto Pontifex dicatur Vicarius D. Petri. Aliqui asserunt, Patres & Pontifices venerasse D. Petrū, ac Ecclesiæ suæ gubernacula, per se etiam modo tractantem. Vnde Petrus Ratiens *Epi. ad Eutychem. to. 2. inter Ep. praeambulas in Conc. Calcedonensi*, sic ait. *Quonia B. Petrus, qui in propria Sede, & vniuersi, & praesidet, praestat querentib. veritatem* S. Leo *serm. 2. de Annuersar. suæ assumptionis*, dixit: *Quod Beatus Petrus in accepta fortitudine petra perseuerans, suscepta Ecclesia gubernacula, non reliquit.* Hinc factum est, vt B. Petri, velut in Sede Apostolica perpetuò sedentis, Pontifices Romani, Vicarios, se ipsos vocarint, & à Sanctis Patribus vocati fuerint: ita doset Nicolaus Coeffeteau Episcopus Massiliensis, contra Rempublicam M. Antonij de Dominis, *lib. 4. c. 1. n. 5.*

Alij verò existimant dicendum cum M. Antonio Capello in disputatione *posteriori de successione Episcopi Romani, in Pontificatum B. Petri, c. 9. fol. mibi 275.* quod nomen Vicarij à vice deriuatur. Quare quicquid alterius cuiusque, vel personæ, vel rei vices subit, eius Vicarius dicitur: idque (ait Capellus,) iis qui mediocriter latinè sciunt, magis exploratum est, quàm vt probari queat. Hinc Bechmannus de Originibus linguæ Latinæ verb. *Vices*, sic ait. *A vice Vicarius, hoc est qui alterius vicem obit.* Hoc supposito asserunt, Pontifices, non solum ritè vocari Vicarios Iesu Christi, sed etiam Vicarios D. Petri, non tamen in eodem

eodem sensu: nam vocantur Vicarij Christi quia vicem in terris gerunt, ex eius institutione; nam in illis verbis, *Pasce oves meas. Tibi dabo clauas Regni Cælorum*, & similibus; non solum fuit inclusus D. Petrus, sed etiam omnes futuri Pontifices, vt contra Hereticos probat Suarez, & Duallius vbi supra quibus adde Bouerium *tom. 3. disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 35.* & alios; vocantur etiam Pontifices Vicarij D. Petri, quia eius vices gerunt, ex successione: In primo sensu *Vicarius Christi* importat inferioritatem, ratione institutionis; in secundo sensu, *Vicarius D. Petri* non importat subiectionem, sed æqualitatem ratione successionis. Itaque vocare Pontificem B. Petri Vicarium, in subiecta materia de qua loquimur, idem est, ac vocare illum B. Petri successorem. Et quidem, qui succedit alicui in quacumque re, seu functione, eius Vicarius dicitur. Sic Horatius *lib. 3. Ord. 24.* loquens de Getis, ait.

*Nec cultura placet longior annua
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte Vicarius.*

In quibus verbis, vt aduertit Dionysius Lambinus, & Ioannes Bond, significatur Getas ad colendos agros singulis annis alterna vice, alios alius succedere: Vnde vox illa, *Vicarius*, vt patet apud Horatium, nullam importat subiectionem, & inferioritatem, sed tantum meram successionem. Hinc M. Tullius etiam dixit, *Orat. 5. in Verrem: vnum & quinquaginta aratores, ita video deiectos, vt his ne Vicarij quidem successerint.* Quod egregiè confirmatur ex auctoritate D. Cypriani, *epist. 67. in qua appellat Stephanum Papam non Vicarium D. Petri, sed Vicarium Cornelij, & Lucij, suorum Prædecessorum*; sic enim ait. *Seruandus est antecessorum nostrorum Beatorum Martyrum Cornelij, & Lucij honor gloriosus, quorum memoriam, quum nos honoremus, multo magis tu frater charissime honorare, & seruare grauitate tua debes, qui Vicarius, & Successor eorum factus es.* Ita ille. Ergo clarè patet in dictis verbis S. Cypriani, *Vicarium, & successorem*, esse aliquando synonyma, & vnum pro alio accipi: & ideò vocauit Stephanum Vicarium Cornelij & Lucij. Vide etiam Manclenum de *Monarch. Eccl. tom. 1. part. 2. lib. 4. cap. 10.* Aluarum Pelagium de *Planctu Eccles. lib. 2. c. 10.* Et recognosce etiam Salmasium, vtinam pius esset Author, qui in impio libro de Primatu Papæ *cap. 3. fol. 328.* *Vicarium, successorem* significare concedit, & Antonium Delphinum de *Eccles. lib. 2. fol. 141.*

Nec obstat supradictis, quod si *Vicarius* idem est, quod *successor*, ergo quando Pontifex dicitur Vicarius Christi posset quis dicere, idem esse, ac Christi successorem, vt hæreticus Surluius falsò asserit, se facere Pontifices Romanos. Respondeo hoc esse purum mendacium, Christo enim succedi non potest, quia est Sacerdos in æternum, & perpetuum habet Sacerdotium, vt rectè obseruat Gretserus in *Controuersis pro Bellarmino, tom. 2. in defens. lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 9. fol. 500. & lib. 2. cap. 11. fol. 711.* Hinc idem Cardinalis Bellarminus de Scripitoribus Ecclesiasticis, purauit libros de Regimine Principum D. Thomæ non esse D. Thomæ, quia in *lib. 1. cap. 10.* non semel vocat Author Summum Pontificem successorem Christi. Dicendum est igitur, tunc vocem *Vicarij* sumi posse pro *successore*, quando quis est *Vicarius*, id est *successor* alicuius, qui defecit ex munere suo; vt est Pontifex in ordine ad D. Petrum, secus autem quando est *Vicarius*, id est, vicem gerit alicuius qui in officio & munere adhuc permanet, vt est Pontifex in ordine ad Christum, ergo nullo pacto vox *Vicarij* potest sumi pro *successore*, quando Pontifex vocatur Vicarius Iesu Christi.

Vnde ex his patet responsio ad omnia superius in contrarium adducta: negandum est enim in nostro casu vocem *Vicarij* indicare inferioritatem, & subiectionem, sed dicimus significare æqualitatem per successionem: & etiam negandum est Bellarmino, & Baronio hanc locutionem esse omninò impropiam; ac si demus talem esse, quid ad rem? cum ad verum sensum reducatur, & ritè à Sanctis Patribus vsurpatur, vt vsum est supra, & si Bellarminus obseruat Patres hanc locutionem, licet impropiam, vsurpasse ob reuerentiam Diui Petri, quare ob eandem reuerentiam, non est à nobis in Pontificali relinquenda?

Non definam tamen hic obiter adnotare, non benè Baronium in illa nota apposita in anno 740. dixisse hanc locutionem fuisse vsurpatam, secundum vsum illius temporis, quia non solum in octauo seculo, (vt ipse ait) sed etiam in prioribus, medijs, & posterioribus seculis Ecclesiæ, Pontifices, & Patres, ita locuti sunt; nam Cyprianus floruit anno 230. Concilium Ephesinum fuit celebratum anno 431. Episcopi Tarraconenses scripserunt Hilario, qui extitit anno 461. Symmachus vixit anno 500. Gregorius anno 590. Bernardus anno 1130. Arnolphus anno 1160

& hi omnes, & alij vocauerunt Pontificem Vicarium D. Petri, non debebat igitur Baronius asserere hunc modum loquendi octauo seculo usurpatum fuisse.

Ad id verò, quod dicebatur M. Antonium de Dominis ex hac loquendi forma arripuisse occasionem dicendi, Pontificem esse D. Petro inferiorem; respondeo, non esse nouum, Hæreticos ex locis Sanctorum Patrum, malè intellectis, imò ex Sacra Scriptura, eorum deliramenta confirmare. Vocatur enim Pontifex Vicarius Iesv Christi, quia eius vices gerit, ex institutione, & hæc vox in hoc sensu, importat subiectionem. Vocatur Vicarius D. Petri, quia eius gerit ratione successionis; & in hoc sensu, vox ista, nullam significat superioritatem sed æqualitatem. Blaterat ergo more suo, impius Spalatenfis; nam in materia de qua loquimur idem est *Vicarius*, ac *Successor*: ideò Patres, vocando Pontificem D. Petri Vicarium non intenderunt illum esse eius purum ministrum, & seruum, substitutum, (vt ipse perperam effutit) sed æqualem Successorem in eius Cathedra; eo sensu quo Tullius *Att.* 6. in Verrem dixit: *Succedam ego Vicarius muneri suo.*

Igitur cum ex his omnibus appareat hoc modo loquendi sanctos Patres vsos fuisse in omnibus seculis Ecclesiæ, eo sensu quo supra explicatum est non videtur à Sanctissimo D. N. nunc in Pontificali Romano emendandum, sicuti non emendauerunt Pius V. & Clemens VIII. eius Prædecessores. Et reuerà si in Pontificali talis locus corrigeretur, quid ad rem; si adhuc remaneret in Decreto Gratiani, in Concilio Ephesino, & in aliis libris Patrum, qui in diem passim omnium manibus teruntur, cum Pontificali à paucis legatur? Deinde, cum Hæretici falsò asserant, (vt obseruat Gretserus in *controuer.* pro Bellarmino, tom. 2. l. 2. c. 19. & alij) nos mutilare, & corrumpere Codices prout licet; ex hac correctione, quænam quæso ore impio non effutirent? Imò ex illa magis in sito errore confirmarentur, quòd videlicet, Pontifex sit minor D. Petro: nam dicerent Romanenses, (sic ipsi nos vocant) quia videbant Sanctos Patres, asserendo, Pontificem esse Vicarium D. Petri, sensisse D. Petro esse inferiorem, vt hanc veritatem opprimerent, tale m modum loquendi à Pontificali Romano sustulerunt. Sed quia sancti Patres vocando Pontificem Vicarium D. Petri, nullam eius indicauerunt (vt ipsi perperam asserunt) inferioritatem, sed æqualitatem, ratione successionis; idè talis loquutio non est à nobis respicienda, cum eorum

hæresi non faueat: & si à nobis nouissimè in Pontificali corrigeretur, ex hoc, vt supra dixi, magis ipsi cæcutirent, & in eorum magis firmarentur errore. Et ne in terminis, vt dici solet, terminantibus, nostra sententia careat Authore, sciendum est, M. Antonium Cappellum in disputatione posteriori de successione Episcopi Romani in Pontificatum B. Petri, cap. 9. docere hanc loquutionem, qua vtitur Pontificale Romanum in Consecratione Episcoporum, ritè usurpari. Itaque in dictis verbis puto nihil innouandum esse.

Nota quod circa prædictam difficultatem fuit inita Congregatio Theologorum coram Eminentiss. Cardinalibus Falconerio & Poli, in qua etiam ex mandato felicis recordationis Urbani VIII. ego interfui. Et plures fuerunt in voto, vt pro *Vicario*, *Successor* poneretur. Ego vero in negatiua sententia steti, quam etiam approbavit sapientissimus Ioannes de Lugo, nunc merito S. R. E. Cardinalis, & ex eadem Societate Iesu Pater Terentius Alciatus nec non Palatij Apostolici Magister; vnde relatis votis ad Sanctissimum, ipse ordinauit, quod nihil in Pontificali mutaretur circa præsentem difficultatem vt factum fuit, & Pontificali impressum erat antea tempore Pij V. & Clementis VIII.



DE POTESTATE PRINCIPVM

Circa bona hæreticorum confiscata, & iura Tribunalis Sancti Officij defenduntur.

Supponamus inter Principem laicum, & quosdam suos vassallos mercatores fuisse initum contractum cum hoc pacto; *Vt bona illorum, qui carcerati, vel damnati in posterum essent ab Inquisitoribus dicti Regni propter hæresim, Apostasiam, seu Iudaismi crimen nullo modo confiscata, nec etiam inuentoria esse possent.* Ex altera verò parte præfatorum hominum pro recompensatione dictorum bonorum confiscandorum ad erat obligatio mittendi, & sustentandi in mare suis expensis, v. g. aliquas naues magnas bene munitas ac prouistas de militibus, & aliis necessariis ad bellandum si opus esset, & ad alia pro vtilitate, & custodia Regni dicti Principis. Quæritur an dictum Diploma, seu contractus fuerit licitus, & validus, possitque in posterum prosequi, & sustineri. Et nouissimè affirmatiua sententia docet

docet quidam Iurifconsultus Pedemontanus vocatus Iacobus à Castro bono (si nomen non est fictitium) in consulo impresso de hac re, & pro Achille suæ sententiæ dictus Iurifconsultus hanc rationem adducit: quia si bona hæreticorum, post latam ab Inquisitoribus sententiam, ita illius Principis sunt propria, vt possit de illis liberè disponere, eaque donare cuicumque voluerit, etiam ipsismet hæreticis quibus fuerunt confiscata, vt est in confesso apud omnes Doctores: ergo poterit ista donare, seu remittere pro illo tempore, quoad suum dominium, & ærarium pertinere debent, quod maximè procederet; si ex hoc sequeretur aliquod magnum bonum Reipublicæ, ac Regno.

Sed hanc sententiam prouis esse refellendam existimo: & ideo pro negatiua sententiæ suppono primo, applicationem bonorum hæreticorum penes Pontificem esse: cum enim crimen hæresim Ecclesiasticum sit, cap. vt *Inquisitio*, & *prohibemus de hæreticis in 6* Pontifici conuenit committentes illud punire, siue Ecclesiasticos, siue laicos, cap. *licet de foro compet. & ibi glossa*. At vna ex pœnis, quæ aduersus hæreticos fertur est confiscatio bonorum: ergo in illa imponenda Constitutiones Pontificiæ seruandæ sunt, & præferendæ aliis Regiis Constitutionibus, si fortè contradicant. Confirmatur; Cognitio huius criminis Pontifici eiusque Ministris conuenit, & nullo modo potestatis secularibus, vt habetur in supradicto cap. vt *Inquisitio*: Ergo etiam applicatio bonorum hæreticorum, solum Pontifici, & quibus ipse facultatem dederit, pertinebit, quia hæc accessoria est primæ cognitioni, vel potius condemnationi: Accessorium autem iuxta naturam principalis iudicandum est, cap. *Accessorium de regul. iuris in 6*. Ergo.

Suppono secundò, circa applicationem dictorum bonorum, Pontificem in cap. *Vergentis de heret. in 6*. sic statuisse: *In terris verò temporali nostra iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari: in aliis idem præcipimus fieri per Potestates, & Principes seculares, quos ad id exequendum, si forte negligentes extiterint, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota compelli volumus, & mandamus.* Et ita docet Glossa, vbi verb. *Præcipimus*. Et est communis sententia. Hoc tamen non obstât postea statutum est, vt declaratoria sententia super confiscatione bonorum vbiq; feratur per Iudicem Ecclesiasticum, Episcopum videlicet, aut Inquisitores, vbi Tribunal Sanctæ In-

quisitionis fuerit admissum, aut ad secularem, de eorum tamen commissione, spectat, & Iudex secularis nihil se potest intromittere in hac re, nisi quatenus per iudicem Ecclesiasticum fuerit requisitus. Patet in cap. vt *Inquisitionis § prohibemus vt ex cap. cum secundum leges, § final. de Hæreticis in 6. ibi Confiscationis tamen huiusmodi exequutio, vel bonorum suorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios Dominos temporales, antequam per Episcopum loci, vel alium personam Ecclesiasticam, qua super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.* Itaque labentibus annis fuit visum statuere, & reuocare decretum ca. *Vergentis*, ad vitanda aliqua incommoda, quæ passim in hoc negotio inter vtrumque iudicem oriebatur: & quia de iure ad eosdem iudices pœnarum exequutiones spectant, ad quos cognitio criminum spectat. Vnde pro exequutione dictorum Canonum in nostro Sacro tribunali hæreticorum bona ante latam sententiam sequestrantur, vt præscribitur in instructione Toletana Ferdinandi de Valdes anno 1571. num. 8. vbi sic habetur; *El Escriuano de Secretos asiente por menudo, y con las mas particularidades, que pueda todas las cosas del dicho Secresto, para que quando se entrare en los bienes por el Receptor, ò se Secresto, se pueda tomar cuenta dellos cierta, y verdadera, poniendo en la cabeza el dia, mes, año: y el Secrestador, ò Secrestadores lo firmen al pie del Secresto juntamente con el Alguacil, poniendo testigos: y axiando el Secrestador obligacion bastante.*

Suppono tertio, ex consuetudine, vel priuilegio Apostolico posse aliquos Reges Fisco suo applicare bona Hæreticorum confiscata, & sic testatur obseruari in Gallia Gulielmus de Benedictis in *repet cap. Raynutius, versic. & uxorem, num. 242. de testament.* Et Ioan Impertus in *Instit. Gallie lib 3. c. 6. litt. B. fol. mibi 662.* & in Hispania idem testatur Couarru. *lib. 2. var. cap. 9. num. 2.* & Salzedus in *Practic.* Bernard. Diaz *cap. 114. littera F. fol. mibi 458.* quibus adde Sanctarellum *tractat. de Hæres. cap. 23. dub. 1. num. 3.* & alij quos plena manu adducit Farinacius de Hæresi *quæstio 190. §. 12. num. 188.* Et ideo in sententiis nostri Tribunalis, vt patet apud ordinem procedendi Pauli de Garzia *folio 54.* apponuntur hæc verba. *Y declaramos sus bienes muebles, y raíces, y se mouientes ser confiscados, y pertenecer à la Camara, y Fisco de su Magestad: y por esta nuestra*

nuestra sententia se los aplicamos, y a su Receptor en su nombre el fol. 67. col. 2. y declara. mos todos sus bienes ser confiscados a la Camara, y Fisco de su Magestad, y si es necesario solos aplicamos, y a su Receptor en su nombre desde el dia y, tiempo que cometio los dicos delitos, cuya declaracion en nos reservamos.

His suppositis, ad quaesitum negatiue respondeo. Probatum nostra sententia, quia confiscatio bonorum est poene praescripta a Sacris canonibus, ut imponatur necessario crimini haeresis. Ergo Principes Laici circa dictam poenam nihil possunt sancire, & contra tractus inire ex defectu iurisdictionis: nam statuerent contra Sacros Canones, & contra delictum profus spirituale, quod ad ipsos nullo modo potest pertinere. Quae omnia patent ex supposito primo, & secundo ubi supra.

Dices hanc confiscationem bonorum, ut in supposito tertio probauimus, pertinere ad ipsos Principes.

Respondeo, ad ipsos pertinere finito iudicio, & post latam sententiam ex benignitate Sedis Apostolicae, vel ad recompendendum expensas pro manutentione Sacri Tribunalis: ergo ante latam sententiam, ipsi nihil possunt de dictis bonis confiscatis statuere: nam ut dictum est, statuerunt contrarium, quod praescribunt Canones in medicina, & praeventionem haereticis, & ad haereticos deterrendos; & ut frangum eis imponant, ne in haeresim timore confiscationis bonorum incidant, iuxta illud; *Oderunt peccare mali formidine poena.* & ex l. i. c. ad leg. Jul. & c. Irrefragabili. §. Ceterum ubi Glossa verb. poena de offic. Ordinar. j. Et ideo Innocen. IV. in c. excommunicamus, §. damnati de Haereticis, & in aliis iuribus Alexander IV. Clemens IV. & Eugenius IV. in eorum Constitutionibus ad diuersas Inquisitiones directis statuunt, ut bona haereticorum statim remaneant confiscata penes Inquisitores. Et tamen in casu nostro si Princeps laicus efficeret contractum, quod nullo pacto confiscata, nec etiam inuentariata esse possint, utique sic tolleretur iurisdicatio largita, & praescripta Inquisitoribus a Sacris Canonibus, & Summis Pontificibus, usque adhuc per tot annos possessa, & practicata a Tribunali Sancti Officij. Quid tibi videtur Amice Lector? Canones, Pontifices, & praxis Sancti Officij circa delictum haereticis vnum determinarent, & Princeps laicus aliud in contrarium statueret.

Itaque dicendum, est, quod Principibus bona haereticorum per confiscationem post

latam sententiam quaesita sunt, ut ex communi sententia obseruat Ricciullus de iure personarum lib. 5. cap. 1. num. 3. ergo nihil possunt statuere, ordinare. vel disponere circa dicta bona ante latam sententiam declaratoriam confiscationis, quia hoc esset disponere de re spirituali, & contra id, quod determinatum est a sacris Canonibus, & tot Summis Pontificibus. Et consuetudo, vel concessio Apostolica praebet quidem Principibus ius percipiendi bona confiscata haereticorum post latam sententiam, sed non praebet illis ius, ut possint ante latam sententiam cum suis Diplomatum peruertere ordinationes Sacrorum Canonum, & stylum Sancti Officij circa modum procedendi, & condemnandi haereticos, ut a Summis Pontificibus praescriptum, & confirmatum est. Quae omnia confirmantur ex his quae addunt Farinacius de haeresi. q. 90. §. 12. n. 173. & alij pene ipsum.

Vnde ex his omnibus Calderinus de haereticis c. 18. n. 4. dixit. *Quod Index secularis se non intromittit ante sententiam Ecclesiastici iudicis super bonorum confiscatione.* Et Soufa, ubi infra n. Bona aut quorumcumque haereticorum, quae Fisco seculari applicantur, non pertinent ad illum, & ad dispositionem principum secularium, nisi post latam sententiam, & antequam sententia proferatur, non valet secularis potestas de illis disponere, nec circa illam quidquam ordinare. Et optime firmat Carena in Annotationibus ad Guidum Falcodium. q. 15. n. 12. *Principem secularem non posse se ingerere in bonis Haereticorum, nisi post sententiam Inquisitorum.*

Merito itaque ex superius dictis, in terminis, ut dici solet, terminantibus, contra Consilium citari Iurisperiti Castro boni pro resolutione nostri quaesiti sic doctè, & solide effatur Anton Soufa Dominican. & natione Lusitanus, Tribun. S. Inquisitionis Consiliarius in Aphor. lib. 3. cap. 20. num. 10. *Ante latam contra haereticos sententiam, maxime ante eorum apprehensionem, non licet Principibus secularibus remittere alicui statui, & qualitati personarum bona confiscanda propter haeresim, etiam pro eo tempore, quo adiudicanda sunt Fisco; Quia confiscatio est ordinata ab Ecclesia, & in poenam delicti, & in medicinam & praeventionem.* Pen. ad 3 part. direct. q. 95. comm. 142. vers. huiusmodi autem. *Nam haeresis plerumque ad diuitiarum cupiditate procedit; Apostolus. 1. ad Thimoth. 6. Castro lib. 2. de iusta haereticorum punitione cap. 5. Et quia haereticis maxime sunt affecti diuitiis, sicut diximus supra, per earum ablationem magis deterreri.*

Sunt

Sanctiam haeretici ceteris sceleratis peiores, & sic per diuitiarum possessionem plurimum nocet; Simanch. Cathol. tit. 9. in. 1. & 2. Si igitur sint certi per liberalem Principum concessionem, aut ex vi alienius pacti, quod quamuis in haeresim praelabantur, non amittent bona sua, audaciores efficiuntur, facilius haeresim amplectentur, & in ea quam habent persistent impudentes. Quod proculdubio est haereticis fauorem praestare. Huc usque Soufa. Rectè itaque ex his omnibus concludendum est, quod Principes seculares si forsitan in eorum Statutis, & Contractibus disponerent super confiscatione bonorum haereticorum, & super illorum applicatione in praedictum Ecclesiae, & Sancti Officij, eorum utique statuta, & conuentiones non solum non valerent; sed etiam puniri possent, tanquam impediens Sanctum Inquisitionis Officium; ex text. in cap. Statutum el. 1. de haereticis in 6. & ibi Glossa, & communiter Doctores, & speciatim ex Peña, & Parisio docet Farinacius qua. 90. §. 12. num. 174.

Restat modo respondere ad argumentum Castell. boni superius adducti, quod haec bona pertinent ad Regem, quod ergo potest de illis disponere, ut vult, maxime quando effideretur pro bono publico Regni. Respondeo ex dictis, Reges post latam sententiam posse de dictis bonis disponere; quia tunc Pontifices, & ius Canonium praebet eis talem facultatem, quod tamen antea non permitit, imo negat, ut patet ex superius dictis. Non obstat bonum publicum: nam utilitas publica minime potest conferre iurisdictionem non habendi: & in casu de quo loquimur debet publicum bonum temporale cedere bono publico spirituali, ex consideratione adducta a Soufa, in verbis citatis. Vnde ab hac sententia profus non esse recedendum, nec de illa amplius dubitandum patet ex Breui Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. edito anno 1651.

Instat adhuc Castro. bonus. & asserit, quod relaxatio bonorum confiscatorum licita est, & efficitur in Italia, ut patet. Ergo, &c.

Respondeo in Italia bona confiscata condonari post latam sententiam ab Inquisitoribus, & a Pontifice habentibus iurisdictionem, & ex eorum benignitate, & mera indulgentia. In Contractu vero de quo loquimur efficitur a laicis iurisdictione carentibus & ante sententiam, & hoc ex iusta ratione Contractus onerosi

Anton. Diana Pars XII.

initi inter Principem Laicum, & illos homines, ut fateatur ipsemet Castro bonus: ergo vnus casus distat ab altero quantum distat Ortus ab Occidente: nam in vno casu obseruantur ea, quae Canones statuerunt circa haereticos, & quod obseruat Praxis Sanctae inquisitionis: In alio casu contrarium efficitur. Deinde in Italia remittuntur haereticis bona confiscata tantum in quibusdam casibus ut patet etiam in nostra instructione compilata a Priore Sanctae Crucis Hispaniae anno 1484. §. 4. & apud Zanchinum de haeresi cap. 25. Parisium cons. 2. num. 184. lib. 4. Rolandum a Valle cons. 92. num. 24. lib. 3. & alios quos adducit Farinacius, q. 190. §. 12. num. 133. & 135. & Castrus Palauis tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 2. num. 2. & 3. Sed in Contractu de quo est quaestio, ut suppono, absolute disponitur: ut bona illorum, qui carcerati, vel damnati in posterum essent ab Inquisitoribus propter haeresim, Apostasiam, seu Iudaismi crimen nullo modo confiscata, etiam inuentariata esse possint. Adde quod si ex aliqua causa facienda esset relaxatio, seu transactio circa bona Haereticorum confiscata, adhuc spectaret, & esset facienda ab Inquisitoribus, & non a laicis, ut perperam in casu de quo loquimur, efficitur.

Vnde quid quaeso diceret Conradus Brunus qui lib. 5. de haereticis capit. 6. num. 9. negauit non posse ex benignitate, & misericordia remitti bona confiscata Haereticis ex capite. Cum secundum leges de Haereticis in 6. in quo poena confiscationis delicti annexa est: Ergo semel commissio delicto, poena haec excusari non potest. Quid inquam diceret Brunus de Diplomate Lusitano, in quo non Iudex Ecclesiasticus, sed laicus absolute, & vniuersaliter remittit bona confiscata haereticis, & hoc ante latam sententiam, non obstantibus Sacris Canonibus, & Constitutionibus Pontificijs in contrarium, & praxi Sancti Officij.

Et tandem Castro bonus ubi supra quaest. 3. asserit. Pontificem non habere potestatem directam in temporalibus, sed tantum indirectam in ordine ad bonum spirituale: Ergo non posset de potestate absoluta annullare, & inuadere contractum de quo agimus; quia non solum non est contrarium bono spirituali animarum, nec in damnum, aut praedictum Ecclesiae, sed potius in maximum commodum, ac euidentem Religionis Catholicae utilitatem, quippe quod ipso occurreretur inuasionibus, & hostilitatibus

S haereti

hæreticorum, ac, quantum humanitus possibile erat, ipsorum damna contra Catholicos impediebatur. Respondeo, quod ad idem iterum reuertimur, eadem crumbe sæpius recocta, & repetita. Itaque iam supra satis ostensum est talem contractum non posse iustificari ex bono publico, ut asseratur ex ipso provenire: nam etiam hoc supposito, laici non possunt aliquid determinare circa ea quæ Sacri Canones statuerunt quoad pœnam, & ordinem procedendi contra hæreticos. Non est igitur bona consequentia: Bonum, & necessitas publica hoc postulat: ergo licet efficitur, per ea quæ ex multis probavi in *part. 6. tract. 3. resolut. 8.* Et quia Castrobonus pro iustificatione dicti statuti, seu Contractus, ut diximus, semper recurrit ad rationem, quod initus fuit propter bonum publicum, & publicam necessitatem. Non deseram hic adducere exemplum satis appositum pro casu nostro; & adductum à Viro doctissimo Ferdinando del Castillo Ordinis Prædicatorum in *Histor. D. Dominici par. 1. lib. 3. cap. 41.* vbi sic ait, nam codicem Hispanum non habeo. *Procedeuano i negotij della Inquisitione molto viuamente e sequutione della Giustitia si facena, come conuenia à quel Tribunale, senza necessatione di persone, e senza rispetto alcuno, imperò non mancando mai tra gli huomini certe compassioni indiscrete, alcuni fecero impresa di dite ner da quei Rè una certa sorte di perdono, & gratia à fauore di certi heretici iudicati. Et hauendo preso per occasione la necessita à grãde, che occorrena di far denari nella Casa Regale, seruendo sene offer sero una grã somma di pecunia per le spese della guerra. E douena il negotio esser già molto inãzi, quando venne à notitia del Priore di Sãta Croce, il quale preso vn Crocifisso, e portandolo seco sotto la cappa, se n'andò à Palazzo, e trouãdo il Rè, e la Regina, che stauano insieme di compagnia, caccio fuora quella santa Imagine, e disse; Signori io porto qui meco Giesu Christo, che da Guida fugiã veduto per trẽa denari, e per danari lo dette in mano de' suoi nemici. Hora separe alle Vostre Altezzẽ di voderlo à maggio prezzo, e di nono cõsegnarlo in preda à i medesimi, io me ne sgrauo sopra di loro, si che ne habbiano rãder conto quei proprij, che faranno tal vendita. Hora ad vn petto tale e così Christião nõ bisogna altro rincõtro, che quello di quei Rè inuitissimi, i quali senza altro deliberarono che nõ se ne parlasse mai più; mà che il Sancto-Officio procedesse come haueua cominciato, seza ammetter già mai nè preghi, nè cõpositione d'alcuna sorte. Huc*

vsque del Castillo, ex cuius verbis patet quæ magna fuerit pietas, & Religio nostrorum Regu Ferdinandi, & Isabellæ, & reuerentia ega Tribunal Sanctæ Inquisitionis, & eius supremum Ministrum, nam illico ab ipso edocti destiterunt. Itaque omnes relaxationes, compositiones, & gratiæ Principum secularium circa delictum hæresis sunt reprobandæ ex quocunque fine boni publici factæ fuerint. Et ideo dicendum est absolute in casu nostro, posse Summum Pontificem annulare; & inuadere dictum Diploma, seu contractum, ut pote inicum contra Canones, Constitutiones Pontificias, & stylum Inquisitionis; ex quo statim bona hæreticorum sub Inuentario reducenda, & tamen contractus de quo loquimur hoc vetat; & sic peruertit ordinem, & modum iudicarium, vsque adhuc in Sancto Officio inuolabiliter obseruatum, & fundatum in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Pontificiis; nam qui vult finem, vult etiam media ad ipsum finem: Ergo si Canones volunt bona hæreticorum in pœnam confiscanda esse, necessariò illa sequestrari, & inuentariari velle dicendum erit. Nec de superius dictis dubitari amplius potest stante Diplomate felicis memoriæ Innocentij X. superius adducto. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, quam scripsi, vt minimus minister S. Tribunalis, & supremo eius moderatore in Regnis Hispaniarum Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Didaco Arce Reynosa viro incomparabili, nobilitate conspicuo, pietate eximio, prudentia admirando, omnigena literatura celeberrimo Domino meo amatissimo.

**AN PONTIFEX SI
propter tremorem manus dextere
non potest eleuare Calicem,
nec frangere hostiam possit dispensare
super hos ritus, & cœremonias,
vt Missam celebret; &
an habeat iustam causam dispensandi,
& an teneantur dispensare.**

Respondeo affirmatiuè, quoad primum punctum, nam vt ego firmaui in *par. 8. tract. 1. resolut. 1. cum seq. Summus Pontifex; licet non possit dispensare, nec mutare*

mutare ea, quæ pertinent ad essentiam Sacramentorum, potest tamen dispensare, & mutare ea, quæ pertinent ad eorum accidentalia, ritus, & cœremonias, quod etiam obseruat Eminentiss. Cadin. Lugo de *Sacram. Euchar. disp. 19. sect. 8. num. 1. & alij communiter*, Sed in Sacrificio Missæ, vt bene docuit Pater Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 1. dub. 4. num. 69.* ritus cœremoniarum, & ipse Canon non pertinent ad essentiam sacrificij, nec fuerunt à Christo Domino compositæ, sed ab Apostolis, & ab ipsa Ecclesia, ergo cum in casu nostro nihil dispensetur, vel mutetur circa substantialia Sacrificij missæ, sed tantum circa accidentalia, sequitur necessariò posse ipsum Summum Pontificem circa supradictos ritus dispensare, aut aliquid immutare, vtpotè non pertinentes ad essentiam Sacrificij.

Nec obstat dicere celebrantem non posse per alium efficere id, quod pertinet ad essentiam Sacrificij, non enim posset per alium consecrare Hostiam. Ergò neque per alium frangere, vt faciendum est in casu nostro; nam Guilielmus Esticus in *4. sent. tom. 1. dist. 12. Melchior Canus de Locis Theol. lib. 12. super 13. ad quartum argumentum, Valentia tom. 4. disp. 6. quæst. 9. punct. 1. §. cum alij*, docent fractionem, & mixtionem Hostiæ pertinere ad essentiam Sacrificij; ergo facienda est necessariò ab ipso celebrante. Respondeo; hanc opinionem communiter à Doctoribus non approbari, & ideo illam refellit Mercerus de *Sacram. in 3. part. Diui Thomæ, q. 8. dub. 3. præpos. 1. Cardinalis Lugo, de Sacram. Euchar. disp. 19. sect. 1. num. 40. Suarez in 3. par. tom. 3. disp. 75. sect. 3. §. Tertio dicendum Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 1. dub. 9. num. 149. Granadus in *Tertiam partem contro. 6. tract. 14. disp. 3. sect. 1. num. 1. & 2. Hurtadus disp. 1. de Sacrificio Missæ difficult. 6. Coninchus de Sacram. qu. 83. art. 1. dub. 5. Caspenis in Curs. Theol. tom. 2. tract. 23. disp. 1. vol. 2. num. 21. Vasquez in 3. par. tom. 3. disp. 222. cap. 1. Filiucciuss tom. 1. tract. 5. de Eucharist. cap. 1. num. 22. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 1. quæst. 15. Villalobos in Summa tom. 1. tract. 8. difficult. 5. num. 4. Castrus Palauus tom. 4. disp. 5. qu. 9. dub. 2. num. 2. Tannerus tom. 4. disp. 5. quæst. 9. dub. 2. n. 40. & 41. Ioan Vigers, de Sacram. quæst. 83. dub. 9. num. 35. Henriquez lib. 9. cap. 9. num. 19. Præpositus in 3. par. quæst. 83. art. 1. dub. 6. n. 33. Auerfa de Sacram. Eucharist. quæst. 1. 1. sect. 2. & alij communiter. Probatur ex D. Thoma in 3. par. quæst. 83. art. 6. ad 6. Anton. Diana. Pars XII.**

vbi docet, si contingat fractionem omiti non fore propterea imperfectum Sacramentum. Secundò, quia Missale Romanum in Rubricis docet, nihil esse repetendum, si Hostia ante fractionem incidat in Calicem per negligentiam, vel aliter, ideoque relinquenda erit Hostia in calice, vsque ad sumptionem. Terriò, quia huius fractionis non fit mentio in Liturgia Sancti Basilij, proinde non fuit vñtata per Ecclesiam vniuersam. Quartò, quia Christus non est vsus mystica fractione, illa enim, quam adhibuit, fuit in ordine ad distributionem in Discipulos. Similiter Christus mixtionem non fuit vsus, panis enim, quem Iudæ porrexit, non erat consecratus, neque vino intinctus, sed iuscuro. Licet itaque Christus panem fregerit, tamen illa fractio non se habuit formaliter ad rationem Sacrificij, sed solum materialiter, vt Sacramentum distribueretur Apostolis. Nec obstat quod habet Apostolus 1. *Corinth.* vbi pro eo, quod habeamus hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur in Græco κλωμενν frangitur, quia Apostolus non vult fractionem, quæ adhibetur ab Ecclesia esse de ratione nostri Sacrificij, sed alludens ad sacrificia cruenta, ita loquitur: nec aliud vult, quam hoc est Corpus meum, quod pro vobis offertur non intendens id fieri per realem specierum fractionem. Ita Doctores citati, quibus etiam adde Baunium in *Theol. moral. tom. 1. tract. 6. quæst. 4.* & omnino videndum Augustinum Bernal. de *Sacram. disp. 2. sect. 1. §. 2. num. 13. cum seq.* Ergo cum fractio, & mixtio non sint de essentialibus Sacrificij Missæ, sequitur posse illas Summum Pontificem dispensare, vel aliquid immutare, vt faciat in casu nostro, vnde Dicastillus vbi supra dub. 12. num. 259. & Lessius in 3. part. qu. 82. art. 1. dub. 6. num. 28. individualiter notarunt fractionem Hostiæ, vel mixtionem particulæ cum sanguine in Calice, esse tantum cœremoniam nudam, licet grauem, & significatiuam, & eleuationem Sacramenti non esse de substantia docet Serra in 3. partem Diui Thomæ, quæst. 83. art. 1. dub. 2. vbi notat, quod Carthusienses non eleuant Sacrum Calicem, ex priuilegio, vt reor, Summi Pontificis, pro conseruatione suarum cœremoniarum, quod est valde notandum, quia à multis non obseruatum. Ergo potest Pontifex circa hos ritus dispensare. Et ideo ad confirmationem omnium supradictorum non deseram hic apponere verba Petri S 2 de

de Ledesma in Summa tom. 1. de Sacram. Eucharist. cap. 24. conclus. 10. vbi sic ait; *Seria peccato mortal dezer Missa sin mezclár el aganen el vino, mas por dispensacion del Pontifice autendo causa legitima, podria ser licito lo contrario. Lo que se hà dicho desta ceremonia se hà de dezer tambien de otra muy graue ceremonia, y vecina a la substancia del Sacrificio, qual es el dezer Missa con pan sin leuadura, el dividir la Hostia, y mezclár la Hostia con la especie del vino.* Ita ille, & post illum Pater Franciscus Lugo de Sacram. l. 5. c. 9. q. 3. n. 25. vbi docet quod, si Sacerdos nõ possit eleuare Hostiam, vel frangere posse ex iusta causa Pontificem dispensare. Si ergo Pontifex cum aliis in supradictis ritibus, & cœremoniis potest licitè iusta existente causa dispensare, quanto magis dicendum est posse cum se ipso in casu nostro.

His itaque suppositis, posse Sanctissimum Dominum Nostrum celebrare existimo cum Sacerdote Assistente, hoc pacto videlicet. In consecratione, si non potest fumere Hostiam in manibus, tangat illam, & proferat verba consecrationis; deinde, quia non potest manibus eleuare Calicem, sine periculo euerisionis sanguinis, faciat eleuare illum à Sacerdote assistente, & ipse Pontifex tangat manu pedem Calicis dum eleuatur, & tandem in fractione, & mixtione cum speciebus vini dum hæc efficiuntur à dicto Sacerdote, quia Pontifex non potest hoc facere suis manibus, dicat tamen verba, quæ dici debent, & postea suo tempore sumat species etiam ex manibus dicti Sacerdotis, asserendo ipse verba, *Domine non sum dignus*, &c. & alia, quæ dicenda sunt. Et sic supradicti ritus non prorsus tolluntur, sed tantum in aliquo immutantur cum adiutorio Sacerdotis assistentis; nec nouum est in Sacrificio Missæ celebrantem aliquid operari cum assistente, circa ritus, & cœremonias ipsius Sacrificij, vt patet in missa Papali, & etiam in Missa solemni, & vt vulgo dicitur cantata, in qua Diaconus infundit vinum in Calicem, & simul offert cum Sacerdote dicens, *Offerimus*, &c. tenens interim dextera pedem calicis, & sinistra brachium Sacerdotis, & in aliis pluribus, de quibus Castaldus in Cœremon. lib. 1. sect. 7. cap. 5.

Sed quia ad licitè dispensandum, opus est iusta causa, ideo respondeo ad secundum punctum affirmatiuè nam vt asserit Præpositus in 3. part. q. 8. dispens. matrim. dub. 9. n. 29. Ariaga in Curs. Theol. tom. 4. disput. 30. sub sect. 2. num. 10. & alij commu-

niter dignitas personæ, cui concedenda est dispensatio, iustam causam præbet dispensandi, vnde dignitas Imperialis fuit iusta causa dispensandi, vt Carolus Quintus Sacram Synaxim fumeret post cibum, vt obseruat Pater Famianus Strada in Histor. Belgica l. 1. decad. 1. Et etiam dignitas Regalis præbuit iustam causam dispensandi, vt Rex Galliarum aliquoties in cõmunionem fumeret vtramque speciem, vt testatur Cœllorius de Hierar. Eccles. lib. 5. c. 17. §. 1. Iacobus Gualrenus in tabula cronographica ad annũ. 1437. Ergo quanto magis dicendum est in casu nostro dignitatem Pontificiam, præbere iustam causam dispensandi, sicuti coniuncta cum pietate, & deuotione putò præbuisse etiam iustam causam dispensandi Leoni III. vt plures Missas quotidie celebraret, vt testatur Pater Henriquez in summa & Cardinalis Baronius tom. 6. anno 816. & Pio III. vt celebraret sedendo, sicuti habetur in Diariis Romanis Magistri cœremoniarum. Et quidem, si Diuus Paulus ad Hebræos, capit. 5. dixit. *Omnis Pontifex ab omnibus assumptus, pro honoribus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso sacrificiũ offerre.* Et ideo Sanctus Cyprianus Epist. 54. ad Cornelium, sic ait, *Episcopatus nostri honor grandis, & gloria hoc est Eucharistiam dedisse Martyribus, vt Sacerdotes, id est vt Episcopi sacrificia Dei quotidie celebramus hostiam Deo, & victimas præparemus.* Vt enim notat ibi Panesius n. 12. *mõs erat apud veteres, vt quotidie sacrificia celebrarent Episcopi.* Ergo ex his iustam causam habere in casu nostro Pontificem dispensandi, vt missam celebrare possit nemo cordatus negabit. Imò Arriaga in Curs. Teol. tom. 4. disput. 30. sect. 1. num. 8. & 9. in fine, docet esse probabilem sententiam aliquorum asserentium Principem supremum posse licitè dispensare absque causa, quod etiam docet ex Glossa Bartholo, & aliis, Ioan. Machadus, de Perfecto confessario, tom. 1. lib. 3. par. 8. tract. 3. docum. 7. n. 3.

Sed quidquid sit de hoc in casu nostro Pontifex iustam habet causam dispensandi, ideo quæritur, quod erat tertius punctus, an teneatur in rigore, & sub onere peccati mortalis dispensare.

Et affirmatiuè videtur respondendum ex doctrina Sancij in selectis disp. 43. n. 8. & aliorum, quos citat Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 2. quia si causa iusta ad est exercendi potestatem dispensandi, Præla

Prælati tenetur illam exercere, alias contra debitum sui maneris faceret; sed in casu nostro adest iusta causa dispensandi, vt visum est. Ergo Summus Pontifex tenetur hanc potestatem dispensandi secum exercere.

Verum mihi placet sententia aliquorum, videlicet posse dari casum sufficientem ad dispensandum, si velit Superior: non tamen sufficientem ad illum constringendum ad dispensationem præstandam; nisi adesse publicum scandalum, vel dispensationis negatio noceret notabiliter, & grauitè bono communi vel speciali alicuius personæ. Et ita ego olim docui in part. 8. tract. 3. resol. 27. & ante me docuit Salas de Legibus tract. 14. disp. 20. sect. 17. in fine. Sanchez vbi supra num. 6. Suarez de Legibus lib. 6. cap. 18. num. 21. & de religione tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 5. Hurtado de Matrim. disp. 5. difficult. 20. num. 31. Castrus Paulus tom. 1. tract. 3. disput. 6. punct. 8. num. 10. & alij. Sed in nostro casu non adest scandalum publicum, quia si Pontifex non celebrat, hoc euenit ex manifesta eius infirmitate, quæ omnibus patet; & ipse frequenter sacram Eucharistiam coram omnibus, audiendo Missam, deuotè, percipit, quod scandalum ergo (his suppositis) ex non celebratione Pontificis oriri potest, nisi Pharisaicum, quod nullus euitare tenetur iuxta doctrinam D. Thomæ, in secunda secunda quest. 33. art. 7. Deinde in casu nostro ingens damnum boni communis non apparet, nam celebratio vnius Missæ Summi Pontificis, quid addit; vel minuit, ad Missas infinitas, quæ quotidie in Ecclesia offeruntur. Et Tandem non adest ingens damnum boni spiritualis ipsius Pontificis, nam vt dictum est ipse frequenter sacram Synaxim sumit, & licet celebrando fumeret vtramque speciem corporis, & sanguinis, vnde secundum aliquos abundantiorẽ gratiam acciperet, vt tenet Cardinalis Lugo, de Sacram. Euchar. disp. 12. sect. 3. Bernal. de Sacram. Eucharist. disp. 41. sect. 2. §. 2. Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 11. quest. 25. & alij penes ipsos. Attamen notè deserunt Doctores magni nominis asserentes in sumptione vtriusque speciei non concedi abundantiorẽ gratiam, quàm sub vna tantum. Et ita ego sentio, cum D. Thoma in 3. par. quest. 80. art. 11. ad 3. & ibi Caietanus, Arauyo, Nugnus, Serra, Syluius, & alij expofitores Sanctis Magistri, quibus adde Cardinalem Bellarminum lib. 8. de Eucharist. cap. 23. Henriquez lib. 8. c. 8. n. 2. Anton. Diana Pars XII.

Coninchum de Sacram. q. 79. art. 1. dub. 2. num. 34. & 46. Suarez in 3. par. disp. 63. sect. 6. & disp. 72. sect. 1. 2. 3. & plures alios penes ipsos. Vnde pro hac sententia Leandrus adducit 20. Doctores de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 11. quest. 25. Ergo ex his apparet Sanctissimum Dominum Nostrum in rigore loquendo non teneri sub peccato mortali in casu nostro dispensare, vt celebrare possit eò modo, quo superius dictum est.

Dices quando adest obligatio adimplendi aliquod præceptum, quis tenetur vti priuilegio, quo posito potest præceptum adimplere, & sic habens priuilegium Bullæ Cruciatæ audiendi Missam tempore interdicti, & qui habens Breue audiendi Missam in priuato oratorio tenetur illam audire, & vti illis priuilegiis, vt tradunt Authores, quos citat, & sequitur nouissimè Gallegus in Bullam Cruciatæ capit. 4. dub. 28. Tanner. tom. 3. disp. 5. quest. 6. dub. 2. Præpositus in 3. par. quest. 83. art. 6. dub. 4. Bardi in Bulla Cruciatæ tract. 2. cap. 2. sect. 6. Andreas Mendon in Bull. disp. 15. cap. 4. & alij. Ergo cum adsit obligatio præcepti Diuini celebrandi Missam saltem ter, vel quater in anno, vt tradunt Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè Thomas Hurtado in var. tom. 1. tract. 2. cap. 7. resolut. 29. §. 2. num. 337. sequitur Summum Pontificem ad adimplendum hoc præceptum teneri vti priuilegio, videlicet autoritate, qua potestur dispensandi.

Sed ad hoc respondeo non deesse Doctores præstantissimos; qui hæc omnia negant, & ideo docent aliquem non teneri pro adimplendo præcepto, vt priuilegiis & sic asserunt habentes priuilegium Bullæ Cruciatæ, non teneri audire Missam tempore interdicti, & ita docet Auila, & alij plures quos ego citavi in par. 1. tract. 11. resol. 2. & hanc sententiam nouissimè tanquam probabilem, problematicam admittit, & tuetur me citato Remigius in pract. Confess. tract. 6. c. 7. §. 1. num. 6. & me citato Merolla in Theol. morali tom. 3. cap. 6. dub. 2. difficult. 2. num. 59. & 68. & me citato Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 156. vnde Escobar de Merdoza in pract. Confess. p. 2. ib. 2. cap. 8. n. 84. in casu simili sic ait. *Vn Ciego sabe los Psalmos no esta obligado à recitar los Maytines pues no puede leer las lecciones, ni esta obligado à buscar quien la ayude. Ni esta obligado à admitirle porque reçar con cõpañero, es priuilegio, del qual puede vno vsar, y dexar de vsari libremente.* Ita ille, cui adde Remigium S 3 gium

gium in pract. Confess. tract. 5. cap. 7. §. 15. num. 3. Ioan Henriquez in qq. Pract. sect. 36. quest. 26. num. 63. Sancium in select. disput. 15. num. 8. & Possentium in Recoll. qq. moral. verb. Hora Canonica cap. 1. n. 24. Et sic plures negant ex eadem ratione habentem priuilegium à Summo Pontifice, audiendi missam in Oratorio priuato domus sue, si sit infirmus, vel carceratus; negat inquam teneri ad præceptum audiendi Missam in diebus festiuis, & ita docet Homobonus in resp. cas. consc. vol. 1. resp. 41. Ledema. in summ. de Sacram. Eucharist. cap. 27. consil. 15. Escobar. in Theol. moral. tract. 1. exam. 11. num. 97. & me citato Pellizarus in man. Regul. tom. 1. tract. 8. c. 2. n. 159. Ergo & in casu nostro licet Pontifex habeat priuilegium, id est auctoritatem dispensandi non tenetur ea uti, vt supponitur in argumento contrario, stante obligatione præcepti Diuini, vt sacerdos aliquando celebret.

Sed quicquid sit de veritate harum opinionum, ego puto nihil contra nos officere, est enim dispar ratio inter ad ductos casus, & casum nostrum; nam in allatis exemplis, Bulla Cruciatæ supponitur iam sumpta, & ideo illi tenentur audire missam, quia viget obligatio præcepti, & impedimentum per susceptionem Bullæ, iam ablatum est. At in nostro casu dispensatio adhuc non extat, & quæritur, an Pontifex teneatur illam adhibere, quod nos negamus; sicuti omnes negant in allatis exemplis non teneri tempore interdicti quis sumere Bullam, si illam non habeat ad audiendum sacrum, nec infirmus, vel carceratus, si non habet priuilegium de Oratorio priuato, teneri illud petere à Pontifice etiam si certo sciret concessurum. Ita & in casu nostro, & ideo, vt dixi allata exempla sunt magis in fauorem nostræ sententiæ, quam contra.

Instabis, quod obligatus ad implendam aliquam legem, præsertim ordinatam ad implendum præceptum diuinum, vt est in casu nostro, tenetur adhibere media, quæ non sunt magnæ difficultatis. Respondedo distinguendo; si sunt solita, nec cadunt ex interpretatione sub obligatione legis: nego. Et ratio est, quia quando lex non potest seruari eo modo, quo communiter, & vniuersaliter solet seruari, desinit obligatio;

Confirmantur superius dicta alijs exemplis, & Primò: licet quis ex præcepto diuino, teneatur integrè confiteri, tamen pro adimplentione talis præcepti non tenetur ad-

hibere medium, etiam si facile posset, vt scribere peccata, etiam si certo sciat tempore confessionis non omnia in memoriam occurrenda, ita Possentius in recollect. quest. moral. verb. confess. Sacrament. num. 2. punct. 2. §. 1. num. 4. & alij. Item pro adimplentione præcepti annuæ confessionis, si penitens, v. g. esset mutus, & Confessarius surdus, non teneretur penitens adhibere medium, & remouere hoc impedimentum, confitendo videlicet per scripturam præsentem Sacerdote; etiam si commodè posset hoc facere. Ita docent 13. Doctores, quos etiam me citato adducit Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 3. quest. 61. Similiter excommunicatum, aut interdictum licet facile possit absolutionem à censura obtinere, excusari tamen à præcepto Missæ, si illam non obtineat, & ita me citato tenet Dicastillus, vbi infra, & etiam me citato Leandrus de Præceptis Ecclesie tract. 2. disp. 2. quest. 5. Lambert. in 3. part. quest. 80. disp. 6. art. 2. Azorius part. 1. lib. 7. cap. 41. disp. 3. Fagundez præcept. 3. Eccles. lib. 1. cap. 6. num. 7. & alij. Ratio verò horum hominum est illa, quam adducit Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. cap. 5. dub. 10. num. 134. quia nemo tenetur se constituere in numero eorum, qui præcepto comprehenduntur, si ab illo ex lege non comprehenditur; sed solum tenetur præceptum implere, quando est in statu, quod à legis sub ipso præcepto comprehensum est. Ergo ex his omnibus inferitur, & patet, Pontificem in casu nostro in rigore non teneri sub peccato mortali mediante dispensatione, se constituere in statu, quo possit adimplere præceptum celebrandi; nec ad dictam dispensationem faciendam obligari, sed posse tuta conscientia non celebrare ratione impedimenti, quo patitur iusta doctrinam omnium Magistrum D. Thomæ in 3. part. quest. 82. artic. 10. ad 3. vbi sic ait, *Debilis, vel agritudo superueniens Ordini Sacerdotali Ordinem non tollit, executionem autem Ordinis tollit quantum ad consecrationem Eucharistia.* Ita ille, cuius doctrinam includere etiam Summum Pontificem indiuidualiter tradit

Maiolus de Irreg. lib. 2.

cap. 4. n. 8.

DE QUADAM CURATIONE Hernistarum, an efficiat Spadones, vel Eunuchos, & impediatur Matrimonium.

Suppono, quod ista curatio perficitur sine testicularum denudatione ab aliqua tunica, & sine aliqua læsione vasorum deferuentium solum soluendo partem processus peritonij quæ deorsum tendit ad testiculum, & supra illum integrum testem deducendo ad inguinem, intra quod reclusum relinquitur parte inferiori tunicæ coarctata per ligaturam, post quod vulnus inflatum curatur, communi modo quo reliqua vulnera. Hanc curationem decuit Ioannes Laurentinus Chirurgus Pontificis in suo opere de Anatomia, cap. 176. Modo quæritur an homines sic curati, dicendi sint Eunuchi, itaut comprehendantur in Bulla Sixti V. & non possint inire matrimonium, Casus est nouus, & ex Hispania ad fel. mem. Innocentij X. delatus fuit, & tunc Sacra Congregatio existimans eius resolutionem pendere à iudicio, & relatione medicorum rescripsit, vt collegium Medicum celeberrimæ Academiæ Vallisoleranæ suum votum præberet, quod nouissimè fecit, & mihi impressum legendum præbuit Illustrissimus, & Doctissimus Dominus meus Zurita, Sacræ Romanæ Auditor.

Itaque dictum Collegium ad propositam quæstionem per octo, §. negativè respondet, & firmat supradictos emittere verum semen, nec obstare, quod testicula reponantur intra inguinem, nec obstare, etiam, quod valdè notandum est contra aduersarios, modum curationis, quæ omnia validissimis rationibus confirmant de promptis ex visceribus, Artis Medicinalis, & Auctorum huius facultatis. Et hoc votum Medicorum subscribere postea professores Sacræ Theologiæ, ac Professores Iuris Canonici, & Cæsarei Inlytræ Vniuersitatis, qui omnes sunt numero 22. afferentes ita curatos non esse inhabiles ad contrahendum matrimonium, nec comprehensos esse in Bulla Sixti V.

Et quidem ego huic sententiæ libenter adhæreo, quam ante docuit insignis Basilius Pontius de Matrimon. lib. 7. cap. 68. n. 3. cui ego addo alium Doctorem Hispanum non obseruatum à Dominis Professoribus Vallisoleranis, nempe Leandrum ex Re-

formatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui testatur se loquutum fuisse cum quodam homine sic curato ab Hernistis, qui duos habebat filios, sic itaque ait de Sacrament. tom. 2. tract. 9. disp. 21. quest. 16. An fuerit habilis ad matrimonium ille, à quo Chirgus vnum læsum testem auulsit, & alium læsum, non, sed intra corpus recondidit, ne qua intestinorum descensuri pareret via; Respondeo: habilem fuisse, neque excludendum à matrimonio, propter morum Sixti V. Quia ille Pontifex, eos tantum Eunuchos inhabiles ad matrimonium esse declarauit, qui vtroque teste carent; sed ille, de quo in casu quæritur, non caret vtroque teste, neque qui remansit attritus fuit, vt supponitur, sed inter illos computandus, quos Sixtus V. inhabiles ad matrimonium reddidit, & declarauit. Confirmatur, & declaratur hæc ratio, nam testis ille intra viscera reconditus, non ideo factus est inhabilis elaborationi feminis, aut effusioni: ergo perinde ille habilis est, ac si vnus testicularis pendens remansisset, & integer in suo statu naturali, vt bene probat Basilius lib. 7. de Matrim. cap. 68. num. 3. addens in fine. Quod si nullus ex his quibus ea curatio adhibetur, filios suscepit, parum interest, si verum semen emittitur, barba, pilisque non flaccidis, sed virentibus ornati sunt, neque enim generandi potentia requiritur ad matrimonij valorem, sed coeundi, & verè feminandi. Sic ille. Cuius additis in fauorem ego superaddo, me in quodam insigni huius Diocesis Toletanæ Oppido vidisse hominem, cui casus omnino idem ab infantia contigit (vt testis oculatus mihi narrauit) barba virentibus nimis pilis ornatum, & liberos valdè pulchros habentem, quos ego pluries vidi, pluriesque illis locutus fui. Cuius veritate casus supposita, indubia certè manet nostra, & Basilij sententia; Hucusque ex Pontio Leandrus, & nouissimè post hæc scripta visum inuenio hanc sententiam docere etiam noster Pater Vericelli de Apost. Mission. tract. 14. quest. 143. sect. 7. num. 70. quorum doctrina magis procedit in casu nostro, in quo non vnum tantum, sed duos testiculos intra inguinem reponunt Hernistæ.

Dicendum est igitur supradictos non esse arcendos à matrimonio contrahendo, nec esse inclusos in Bulla Sixti V. tanquam Spadones, & Eunuchos, quod præter superius dicta apertè probatur ex his, quæ de istis adducit eruditus Iuriconsultus

sultus. Petrus Tolofanus in *Syntaxia Juris lib. 7. cap. 2. num. 27.* vbi sic ait. Porro quæ de Eunuchis dicta sunt, intelligenda sunt de triplici eorum specie; in triplici namque sunt differentia, vt monuit Theophilus in *Juris Civilis Institutionibus*, §. *sed & Eunuchi de adopt. lib. 1. instit. 114. 1. 1. §. sed illud eod. tit. ap. Iustinian.* Quidam enim sunt Spadones, alij Thlibiæ, alij Castrati. Spadones propriè, qui steriles nascuntur, & frigidi, & impotentes natura, vel propter aliquod vitium ad coitum, vt ait, Aristoteles *lib. 2. de gener. anima. cap. 5.* & Deus ipse annotauit *Matth. 19. & Summi Pontifices, Alexand. in cap. 1. & 3. tot. tit. de frig. & malefic. lib. 4. Decretal. tit. 15.* vnde Collumella *lib. 1. de re rust.* vbi agit de arbor. per translationem, arboris furculos, fructum non ferentes Spadones nominat. Dicere tamen possemus Spadones melius ab erymo proprie eos, quibus cremasteres, vel colci euulsi sunt à verbo *καστο* uello, cui consentit *Vlpian. lib. 4. §. idem, D. Adrian. ad l. Cornel. de scar. lib. 48. P. tit. 8.* obtinuit tamen apud Theophilum, vt ij tantum quos natura, vel vitium reddit coitui inutiles, Spadones propriè dicantur: et si Spadonum generalis sit appellatio, continens tam eos, qui natura Spadones sunt quàm Thlibias & Thlibias, & si quod aliud genus Spadonum sit ex *Vlpiani responso, l. Spadonum, 128. de verbo sing. lib. 50. P.* Thlibiæ sunt Eunuchi quibus à nutrice, vel forsitan à matre extriti sunt testiculi, d. §. *sed & illud, de adopt.* Eunuchi inquam facti *κασιδάσιον*, id est per compressionem, quando relaxatis membris infantium aqua calida digitis testiculi comprimebantur, vsque dum abolerentur, & euanescerent, vt notat *Paulus Ægyneta lib. 6.* vbi agit de illis. Castrati sunt, quibus exacta sunt membra virilia, d. §. *sed & illud de adopt.* Sic enim distinguit *Vlpianus in l. si serua 40. §. si Spadonum de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3.* Spadonum natura, ab Spadone castrato, dum de matrimonio agitur, & dote, vt cum illo possit esse matrimonium, & dos: quia vitium, & frigiditas naturæ possit emendari: cum hoc nequaquam, qui omnino est impotens hoc modo quoque distinguit *in leg. sed & questum 6. de liber. & posthu. lib. 28. P. tit. 3.* dum de institutione posthumi ab Spadone facta agit, vt ille instituiere possit, hic nullo modo. Accedere potest aliud genus castratorum Eunuchorum, quibus amputabatur penis, & colci, quos *Leuithprandus lib. 6. de reb. per Europam gest. cap. 3. vo-*

care *Carsamatia Græcos ait.* Huc vsque Tolofanus, cui ego addo *Balsamanonem in Cænon. 24. Apost. Antonium Augustinum lib. 5. emendat. capit. 5. & Gibalinum de Irregularit. cap. 3. par. 4. consuet. 4. n. 12.* Cum itaque clarum sit, tria esse Eunuchorum genera. Primò Thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt, eo quod à parentibus illis expressæ, & inutiles redditæ sint. Secundò, Spadones, qui à natiuitate testiculos non habent: & Tertio Castrati; qui ferro exacti sunt. Non video quomodo supradictos homines de quibus loquimur in *Bulla Sixti V. comprehensos, esse cum tantum Pontifex ibi loquatur de Spadonibus, & Eunuchis inter quos hos homines minimè annumerandos esse patet ex his quæ obseruat Tolofanus, & alij vbi supra.*

Quod confirmatur auctoritate *Gasparis Hurtadi de matrim. disp. 22. difficul. 5. num. 17. Martini Perez de matrim. disp. 37. sect. 3. num. 5.* & aliorum asserentium Spadones, & Eunuchos ex motu *Sixti V. idèd esse inhabiles ad contrahendum, quia utroque teste carent, vel quia habent testes concussos, seu attritos, vnde verum semen non possunt emittere, sed in casu nostro isti homines, non carent testiculis, nec illos habent concussos vel attritos, vt testantur *Hernistæ, ergo verum semen emittunt, quod experientia demonstrat, nam aliqui ex illis filios procreauerunt, vt patet à pluribus exemplis allatis à Pontio, à Leandro, & à dicto Collegio Vallisoleto. Dicere autem fuisse filios spurios hoc est reiiciendum tanquam dictum iniuriosum, non solum filijs, sed etiam honestis parentibus.**

Sed dices hos homines, licet non sint propriè Spadones, & Eunuchi largo modo tales dici possunt tanquam inepti ad emittendum verum semen quia habent testes non extra, sed intra inguën. At hoc non obstat ait *Pontius, vbi supra, quia ex eo, quod intra corpus recondantur, non habent qualitates conseruationi contrarias, sed similes; cum testis qualitates sint caliditas, & humiditas: conseruatio autem fit à similibus. Id ipsum etiam conuincit, quod fœminei testes sint etiam intra corpus reclusi. Imò eadem cum viro genitalia habere fœminam positione tantum, magnitudine differentia iam pridem docuit *Galenus lib. 2. de femine, his verbis. Est enim proportio maxima inter genitalia masculi, & fœminæ, omnia siquidem genitalia membra tum masculus,**

tum

tum fœmina habere eadem videntur, positione tantum, & magnitudine differentia. Quin, & vasa testes nutritientia vtri que sexui ex eisdem venis, & arteriis procedunt, &c. Quod ergo intra corpus testes collocentur, nihil obest naturali eorum conseruationi, & temperamento, & ex consequenti, neque veri seminis elaborationi, sed neque situs ille obstat effusioni seminis geniti ab eo testiculo, quod quidem sanè constabit legenti *Galenum de femine, vbi non recta via sed per ambages, & flexuosos meatus semen, & elaborari, & descendere impudendum facile comperiet.*

Instabis iterum, quod saltem ex modo curationis hos homines non posse emittere verum semen, videlicet, ob solutionem cõtinuitatis in tunica externa testiculorum. Sed hoc absolute negant *Medici Vallisoletani in supradicto voto, §. 8. per totum.* Tum quia, vt supponitur ex *Hernistis* quibus est standum tanquam peritis in arte per curationem leuis sit tunicæ scissio & quæ facile à natura curatur sine eo, quod artus, & caro testiculi patiantur. Tum quia, dato, quod tota tunica nudaretur, non impeditur seminis prolifici generatio, prout neque in testibus mulierum carentibus illa. Tum quia vni lotionem facta vulnus abstergitur, & curatur à natura prout contingit in leuibus externis vulneribus. Tum quia seminis generatio perficitur à carne testium, prout est pars similis, media facultate, & temperie illorum, quæ non patitur ex vi curationis: ergo ex vi illius non impeditur prolifici seminis generatio. Sic *medici Pinciani in voto, §. 8. qui etiam in §. 6. probant in casu nostro non nudari testiculos à tunica Erytroyde. Itaque in casu dictæ curationis testes non amittunt; nisi situm, & locum, non autem qualitates, substantiam, quam prius habebant, ergo verum semen emittere possunt.*

At his minimè obstantibus, in Hispania non defunt aliqui *Medici, & Theologi asserentes contrarium, nempe supradictos non posse contrahere matrimonium, ex defectu emissionis veri seminis; Vnde sequitur nostram sententiam ad summum tantum probabilem. Verum vbi igitur de validitate Sacramenti, non sufficit, sequi opinionem iudicatam practicè probabilem, sed eligendam opinionem omnino securam, cum non subest extrema necessitas, cui aliter prouideri non possit; Et ratio est, quia hoc distat inter iudicium de*

iure nimirum, quando dubitatur, an aliquid sit licitum, nec ne: & iudicium de facto, id est, an res hoc modo facta valeat, nec ne, quod prius ordinem ad operantem dicat, atque ita omne malitiæ periculum, quod forsitan est in re ipsa tollit: posterius verò dicat ordinem ad rem ipsam, nec periculum irritationis rei tollat. Quare in priori casu excusatur sequens opinionem probabilem: non autem in posteriori. Quippe quantumuis opinio probabilis sit, non cessat periculum irritationis. Sic substineat *Petrus de Soto lib. de instit. Sacerd. lect. 2. de Eucharistia, Suarez 4 tom. in 3. par. disput. 26. sect. 6. num. 5. & 3. tom. in 3. par. disput. 21. sect. 4. ad finem. Quibus adde Bresserum lib. 5. c. 10. num. 105. & 111. Merollam tom. 1. disp. 3. cap. 4. dub. 3. n. 134. Lanfrancum Opusc. 1. cap. 4. num. 6. & qui penes me instat multorum, est sapientissimum, & amicissimum Patrem *Bardi de Conscient. discept. 4. cap. 31. n. 7.**

Respondetur Primò, quod loquendò de Sacramentis, quæ non sunt de necessitate salutis, vt Confirmatio, Matrimonium, Extrema vnctio, satis est, quod minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiori. Fundamentum est, quod hæc Sacramenta non sunt de necessitate salutis, atq; adeo non sequitur ex hoc, quod fiat irrita, sequendò probabilem opinionem, minus tutam, tam graue inconueniens, sicut in alijs, vt ratione illius teneatur minister necessariò sequi probabiliorem, & tutiorem sententiam. Et ita docent *Lorca capit. 2. Diui Thoma disput. 38. mem. 2. & Martinez, ibid. dub. 6. §. item notandum, & ego olim.* Sed quia nunc adhereo contrariæ sententiæ, cum *Ildephonso in prima secundæ. tom. 3. disp. 2. 8. dub. 12. const. 5. num. 808. & alijs, ideo.*

Respondet Secundo, quod etiam in materia Sacramentorum, vbi sunt variæ opiniones, de integritate, validitate, & effectu eorum, licet sequi opinionem probabiliorem, vel probabilem, & minus tutam, cum duplici tamen limitatione. Prima, vt sit in re, quæ non sit contra Ecclesiæ vsum consuetudinemque, vel præceptum de tali modo in administratione Sacramentorum seruando. Secunda, ne pars minus tuta, derogat obligationi charitatis, & misericordiæ respicientis remedium proximi; Et ratio est, quia cum hac duplici limitatione non potest alia culpæ ratio adesse sequendo opinionem probabilem, nisi aut ratione irreuerentiæ Sacramenti

atq;

aut ratione periculi irritationis. Neutra autem ratio in tali casu habet locum ad inducendam culpam. Non prior, quia nulla est irreuerentia Sacramenti illud administrare cum periculo, ut sit irritum, sequendo opinionem probabilem, quia quando quis sequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum esse conuenientem modum ministrandi: Et nulli se contrauenire præcepto, nec irritari Sacramentum, quare sicut credens probabiliter aliquid non esse contra præceptum Diuinum, ob id faciens illud non infert iniuriam Diuino præcepto, ita non irrogat iniuriam Sacramento, qui probabiliter credit illum esse conuenientem modum ministrandi. Neque etiam posterior ratio habet locum, quia quamuis sit periculum irritandi Sacramenti, aut illud suo gratiæ effectu frustrandi, id etiam contingere potest, quando quis in praxi sequitur opinionem probabiliorem, & ad rectè operandum: & ne censetur homo culpabiliter se periculo exponere, satis esse, si id efficiat cum prudenti assensu dictante probabiliter id esse licitum, ac Sacramentum non reddi irritum, quare cum dictæ duæ prædictæ limitationes in nostro casu adsint, quia ex vsu, & præcepto Ecclesiæ non reperitur prohibitus modus contrahendi iuxta hanc nostram sententiam, & etiam non derogatur obligationi charitatis: tum quia matrimonij Sacramentum non est institutum ad iustificationem peccatoris sed in subiecto in gratia existenti auget gratiam, quod augmentum, dato quod matrimonium sic celebratum esset à parte rei irritum, contrahentes possunt commodè alia via restaurare; tum quia nullum nocumentum illis contingit, ipsius inuitis; cum voluntarie, & spontaneè, & non coactè contrahant, ac proinde priuatio illa augmenti gratiæ (supposito, quod tale matrimonium foret nullum) se teneret ex parte ipsorum contrahentium, & recipientium Sacramentum, quo casu non derogari obligationi charitatis, si Minister Sacramenti sequatur opinionem probabilem minus tutam in eiusdem Sacramenti administratione dicendum est. Et hæc omnia in casu simili de valore matrimonij comprobatur Bossius de *Contractu Matrimonij* cap. 4. §. 11. num. 21. qui citat Vasquez, Salas, & alios, quibus adde doctum Tamburinum in *Decal. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 20.*

Sed licet hæc responsio sit communis inter Doctores, ego tamen respondeo Tertio nostram opinionem non esse so-

lum probabilem, sed certam, ut aperte patet ex exemplis allatis, quod homines sic ab Hernistis curati plures filios procreauerunt.

Vnde ex his omnibus patet posse in Hispania, vel vbiunque terrarum Parochos, Vicarios, ac Dominos Episcopos admittere supradictos homines de quibus in hac quæstione loquuti sumus ad contrahenda matrimonia, sine vilo scrupulo, aut hæsitatione, & post matrimonium contractum si aliquis ex illis nullitatem in foro externo tentaret, Iudices Ecclesiastici contra illos debent sententiam pronuntiare, quia in conflictu opinionum illa est amplectenda, quæ fauet valori matrimonij: Ita post Hostiensem Butr. Abb. *Abb. in cap. si vir de cognat. spiritali* Felinum in *cap. 1. de spons. m. 6. M. Ant. Cuccus lib. 5. tit. 11. num. 25. Berret. cons. 80. num. 21. & 22. Gaill. obseru. lib. 2. obseru. 94. num. 19. Menochius d. lib. 2. præsumpt. 71. num. 30. August. Barbosa tom. 1. collect. ad decretales lib. 2. tit. 20. cap. 47. n. 8. tit. 27. cap. 26. num. 2. & 3. in fine. Franciscus Molinus de comparat. 17. lib. 1. n. 15. in fine, Sanchez disp. 18. lib. 1. num. 6 & alij relati ab eodem Sanchez. Immo addunt hoc faciendum esse à Iudice etiam contra communem, & præferre opinionem singularis alicuius doctoris celeberrimi, quæ in probabili ratione fundata matrimonio faueat, illudque sustineat opinioni plurium Doctorum illud impugnantium, nisi textui aperto innitatur.*

Sed in nostro casu pro validitate, adest vortum torius celeberrimæ Pincianæ Vniuersitatis, ac Basilij Pontij, & Leandri. Ergo à Iudice Ecclesiastico pro valore matrimonij pronuntiandum esse omnino dicendum est.

Nota vero, quod difficultas à me superioribus resoluta, discutienda erit in Sacra Congregatione Concilij Tridentini, vnde si forsitan Eminentissimi Domini mei Cardinales aliter sentirent, ego omnia superioribus dicta abnego, & puto necessario eorum determinationi standum esse; nam purpuratorum Patrum Responsa, tanquam Oracula veneranda esse semper existimaui.

* * *

AN INDEX PROFERENS

Sententiam sanguinis, & omnes Ministri Iustitiæ in ea cooperantes, si mors ex aliquo casu postea sequuta non fuerit, incidant, hoc non obstante, in irregularitatem.

Casus potest frequenter accidere, & de illo ergo interrogatus fui per literas ex Germania, ac sententiam affirmatiuam tenet Philippus Fabrus de *cenfuris* in 4. distinet. 25. quæst. 1. dub. 3. n. 212. vbi sic ait. Dubium occurrit de curialibus, in causa Criminali. Nam Suarez distinguit de Curialibus dicens, quod omnes sunt irregulares, quamdiu in ministerio permanent: Quosdam verò illo dimisso non manere irregulares; scilicet illos quorum causa sententia sanguinis non fuerit deducta ad actum, quod probat ex cap. 1. distinet. 51 per illa verba, qui dum parent potestati, quæ sunt impetrata fecerint; & cap. 2. ead. dist. ex Glossa, quæ exponit ista præcepta esse sæua præcepta, & par caput Osius, distinet. 61. & supra eadem distinet. probauit quod iudex per prolationem sententiæ sanguinis non fit irregularis, nisi sequatur effectus ex Nauarro n. 211. Syluest. homicidio; num. 3. & aliis adductis ab eis. Atque idem dicit de Aduocato in causa sanguinis; si enim sequatur causa sanguinis ait remanere irregularem siue patrocinetur contra reum, siue pro reo; adhibitis quibusdam limitationibus, sin minus dimisso officio nequaquam.

Ego autem puto omnes curiales, & Aduocatos etiam defendentes reos iniuste accusatos, & omnes exercentes actus fori criminalis, siue exequatur effectus, mortis, vel mutilationis siue non, esse irregulares. Et ratio est quia isti alia ratione sunt irregulares ab illa, quæ est propter homicidium. Nam iura faciunt specialiter inhabiles ad ordines huiusmodi curiales: Neque faciunt hanc exceptionem siue sequatur effectus mortis, vel mutilationis, siue non: Ideo est alia species irregularitatis ab illa, quæ incurritur propter homicidium voluntarium. Illa enim certum est neminem incurrere propter homicidium mentale tantum, sed requiri effectum extremum, & de hoc loquuntur Nauarrus, Syluester, & aliis locis supra citatis. Hæc sententia mihi videtur explicite haberi in

c. sententiam, ne Clerici, vel monachi, quod habet sic. Sententiam sanguinis, nullus Clericus dicet, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exercent, aut vbi exercentur interfit, si quis autem huiusmodi occasione statuti Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispensatum per censuram Ecclesiasticam compescatur: Nec quisquam Clericus litteras dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas. Vnde in Curia Principum, hac sollicitudo non Clericis, sed Laicis committatur. Nullus quoque Clericus ruptariis, vel Ballestariis, aut huiusmodi viris sanguinum præparatur: nec vllam Chirurgia artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exercent, quæ ad vstionem, vel incisionem ducit. Glossa tamen in eo cap. asserit existentem præsentem his non fieri irregularem, sed tamen debet puniri, quia facit contra præceptum huius Canonis. Idem elicitur aperte ex cap. 1. & 2. dist. 51. Nam cap. pr. enumerat varia personarum genera, quæ in Prouincia Hispaniæ erant ad Clericatum promotæ contra canones, enumerat curiales his verbis, aliquanto ex curialibus, qui dum parerent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt, ecce non limitat ad eos, qui in causa sanguinis actu sequutam tantum hanc poenam incurrerunt, sed vniuersaliter ad eos, qui in curiis præceptis Principum paruerunt. Et licet in cap. 2. Glossa ad illud verbum, si quis, fidelis ministraverit, exponat in sæuis actibus non ob id sequitur, quod actus sæui sint solum exequutio mutilationis, vel mortis. Nam etiam scriptio processus in causa sanguinis, examinatio testis, licet reus non conuincatur, nec sequatur mors, vel mutilatio procul dubio, est actus sæuus & contrarius lenitati perfectæ hominis. Nec habetur arctatio illa vllibi, quod actus facti sint tantum mutilatio, & mors cap. 1. eadem distinet. enumerantur milites inter eos, qui erant inhabiles ad clericatum, quia exercuerunt necessario actus sæuos. Inquit enim. Aliquantos ex militia, qui cum potestatibus obedierunt sæua necessario præcepta sunt executi. Constat autem, quod milites alios actus, sæuos, & crudeles præter mutilationem; & mortem in bello exercent. Glossa autem exposuit actus sæuos ad significandum, quod ministrans curialibus in actibus familiaribus domus, vel aliis non pertinentibus ad curiam criminalem non subsunt huic poenæ: caput autem illud, Osius, oppositum non probat; vt est videre in Glossa. Et hæc omnia

omnia docet Fabrus vbi supra. Nota etiam hanc sententiam docere ex Neotherio, Pyrrhum Corradum in *Praxi dispensationum Apostolicarum lib. 5. cap. 2. num. 3.* vbi ita asserit Infinitas dispensationes, & rehabilitationes desuper in Romana curia peti, etiam pro illis qui aliquo quovis modo se pramissis ingesserunt, licet postmodum mors secuta non fuerit, neque sanguinis effusio, quia nihilominus remanent irregulares; cum per ipsos non est, & erit quo minus omnem operam praestiterint, ut mors, aut sanguinis effusio sequeretur, ut ait Mandos. in *praxi art. an absol. & reabil. vers. an autem advocatus*, dicens ibi, quod propter praemissa, scilicet, quod non fuerit mors, aut effusio sanguinis sequuta, poterit Ordinarius dispensare; quod tamen satis deviat à praxi eiusdem Curiae; cum ex consuetudine pro eiusmodi dispensatione recurratur ad Summum Pontificem. Ita Pyrrhus, & ante illum Maiolus de *irregul. lib. 2. cap. 2.* & D. Antonius par. 3. text. 28. cap. 2. Alphonsus Alvarez Plou. Speculator, & alij, quos citat Gibalinus vbi supra.

Sed ego negatiua sententiae adhaereo, & puto in tali casu Iudicem, & alios Ministros irregularitatem non incurrisse, si sententia non fuerit exequuta ex aliquo accidenti; & hanc esse communem opinionem Canonistarum testatur Ioannes V Vigers in 3. par. D. Thoma quest. 22. de *irregul. dub. 3. num. 6.* & idem sentiunt ferè omnes Theologi, vnde praeter Suarez supra à Fabro adductum, & immeritò repulsum tenent Layman, Filliuccius, Emanuel Sà, Syluester, Sotus, Bonacina, Molfesius quos citant, & sequuntur duo docti recentiores Episcopus Sperellus tom. 1. de *cais. 77. num. 11. 12. & 13.* & Ioannes Baptista Ciarlus *controuersens. tom. 2. cap. 203. num. 17.* quibus ego addo Petrum à Sancto Ioseph in *Summula part. 2. Opusc. 3. cap. 6. art. 2.* Blundum de *cais. disput. 8. art. 6.* Machadam tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 18. docum. 2. num. 2. Bufembaum in *Medulla Theol. moral. lib. 7. cap. 5. dub. 5.* Bordonum in *Theol. moral. lib. 7. quest. 18. num. 83. & 84.* Chaffahinc. de *Sacramentis disput. 18. dub. 10. num. 91. & 92.* Ludouicum Abellis in *Medulla Theologica tom. 2. par. 2. cap. 6. sect. 2. §. 1.* Carolum Mallerum in *auro Theologie moral. tom. 1. Malleatione 23. Bractea 25. doctissimum*, & amicissimum Escobar in *Theolog. moral. parua tract. 8. exam. 6. cap. 3. §. 5. num. 11. & 33.* Hurtadum *disput. 2. de irregul. difficul. 11. num. 38.* Caspenfum

in *curf. Theologia tom. 2. tract. 25. disput. 5. sect. 13. num. 85.* Lessium in 3. par. D. Thoma cap. 2. de *irregul. dub. 5. num. 15.* & Ioannem Praepositum in 2. par. D. Thoma cap. 5. de *irregul. dub. 13. num. 98.* Mercerum de *Sacram. in 3. par. D. Thoma, quest. dub. 8.* Tannerum *tom. 4. disput. 6. quest. 10. dub. 11. num. 206.* Basserum *ver. irregularitas V. num. 5.* Turrianum de *cais. lib. 9. disp. 9. dub. 10.* VVigiers. *vbi supra*, & Megala in 3. par. lib. 7. cap. 1. quest. 1. numero 35.

Sed audiamus aliquorum Doctorum verba Magister Cornejo in 3. par. D. Thoma tom. 2. tract. 5. de *irregul. disp. 11. dub. 1.* sic ait. *Infero sequentes esse irregulares. Primo, Index, qui iuste profert sententiam mortis, vel mutilationis; & idem est de Assessore, & de eo qui post latam sententiam suadet Iudici, ne concedat appellationem; cum omne isti sint in suo genere causa propinqua homicidij; requiritur tamen, quod talis sententia exequatur, quia irregularitas hoc non incurritur, nisi morte, aut mutilatione sequuta.* Villalobos in *Summa tom. 1. tract. 21. difficul. 52. n. 2.* *Que da sententia en causa de sangre, es irregular, siquiendo se el efecto, si esta baptizado. Asi lo tienen todos, y costa de vnos textos, asy en otros, b se presupone diez en la conclusion siquiendo se el efecto: por que aunque se de la sententia, y se pronuncie, no queda irregular, si no se executada como tiene los Doctores, y en especial Syluestro, Nauarro, y Suarez la razones por que aunque uno mande à un criado suyo, que mate à otro no queda irregular si no se executada, y lo mismo es à qui: aunque Mayolo d. tiene lo contrario, sin fundamento bastante, Marcus Serius de *cais. disput. 7. difficul. 2. q. 10. n. 3.* Iudex ferens sententiam in causa sanguinis effectu sequuto est irregularis, quia licet, quis exerceat hoc officium, proferat sententiam, & promulget illà si effectus mortis, vel mutilationis quantumque ratione impediatur, ne executioni mandetur, non contrahit Iudex hanc irregularitatem, quia nullo iure lata est talis irregularitas, vnde non satis est exercuisse officium Iudicis, si effectus non est sequutus. Vidisti amice lector sententiam nostram esse communem inter Theologos, & Canonistas, & hos vitimos videre poteris apud Ciarlinum loco citato aduersus quem immeritò bona eius venia, & pace nimis audacter insurgit nouissimè Pyrrhus Corradus in suis additionibus ad lib. 5. cap. 5. num. 57. fol. 31.*

Probatum nostra sententia validissimis rationibus. Primo, quia si per mandatum iniustum

iniustum non sequuto effectu non incurritur irregularitas, multo minus per sententiam iustam effectu non sequuto, quia sicut ille qui mandat iniuste non dicitur verè homicida, ita nec iste qui fert sententiam sanguinis effectu non sequuto. Secundo certum est, quod in nostro casu non sumus in dubio; nam homicidium non est secutum, sed sumus tantum in dubio iuris, scilicet, per solam prolationem sententiae, an quis incurrat irregularitatem. Paucis affirmantibus, & infinitis negantibus. Sed quando versamur in dubio iuris, ut est in casu nostro quis non debet se habere pro irregulari, vt notat Nauarrus cap. 27. m. 193. Sayr. de *cais. l. 6. c. 2. n. 16.* Azor tom. 1. l. 2. c. 19. q. 10. & 11. Rebell. 1. p. l. 1. q. 2. sect. 2. Suar. *supra sect. 5. n. 4. & 18.* Auila *part. 7. disp. 2. dub. 5. conclus. 5.* Regin. lib. 30. num. 3. Valen. tom. 4. *disput. 7. q. 19. punct. 2.* Filliuc. *tractat. 19. cap. 2. quest. 6.* Toletus lib. 1. cap. 57. Coninch. *disput. 18. num. 21.* Bonacin. de *cais. disput. 7. quest. 1. punct. 5. num. 2.* Layman. lib. 1. tract. 1. c. 5. num. 39. Villalob. tom. 1. tract. 1. *difficul. 22. num. 22.* Sanchez cum aliis, lib. 1. *Decal. cap. 10. num. 42.* Probatum primò, ex cap. *Is qui de sententia, excom. in 6.* vbi dicitur, ius apparens, aut simile non sufficere ad irregularitatem inducendam, eo quod non sit expressa in iure. Igitur à fortiori non sufficiet, vbi totum ius est dubium. Probatum secundò, quia textus inducentes irregularitatem in dubio commissi homicidij, loquuntur palàm in dubio facti; nec vllus textus illam inducit in dubio obseruanda. Nec est eadem ratio vtriusque dubij, nam licet irregularitas procedat ex facto, tanquam ex radice, vel occasione, per se tamen oritur ex iure decernente illam, vt ex causa efficiente. Quare si ius est dubium, nequit suum effectum producere. Probatum tertio, quia lex non obligat ante sufficientem eius promulgationem: ius autem dubium non censetur sufficienter promulgatum. Probatum tandem si quis dubitat de lege naturali, vel positua, diuina, vel humana, talis lex non obligat, iste casus, non teneris tali lege ad talem casum. Et si dubitas, an voueris non teneris voto, iuramento, vel promissione, vt ostendimus *dub. 11. praecedenti.* Ergo neque si dubius an detur ius imponens irregularitatem, vel an iste casus contineatur in Canone imponente irregularitatem, debes in aliquo foro censeri irregularis. Consequentia est bona, quia eadem est ratio, vtro

Anton. Diana Pars XII.

bique enim dubitatur de substantia legis, voti, Iuramenti, promissionis, vel iuris ligantis, ad solam censuram, & ideo hanc sententia praeter Doctores supra citatos tenent Fagundez in *Decal. tom. 1. lib. 2. c. 10. num. 10.* Castrus Palauus tom. 1. tract. 1. *disp. 3. punct. 6.* Bordonus in *Summa lib. 7. quest. 17. numer. 23.* Portel. *vers. irregularitas num. 31.* Sancius in *selectis disput. 42. numer. 14.* Filliuccius tom. 2. tract. 21. cap. 4. numer. 136. Fragosus de *Repub. tom. 1. lib. 4. disput. 10. numer. 212.* Escobar in *Theol. moral. tom. 1. lib. 2. sect. 2. Prou. 71. numer. 248.* quibus adde me citato Franciscum Lugo de *principiis moralibus part. 1. cap. 2. quest. 26. numer. 150.* & me citato magistrum Idelphonum Dominicanum in *suis dictis Commentariis ad p. 2. D. Thoma tom. 3. disp. 209. dub. 12. conclus. 2. num. 1310.* & me citato doctissimum, & amicissimum Bossium *variar. tom. 1. part. 2. titul. 1. §. 11. num. 1290.* Vnde ex superius dictis patet responsio ad ea, quae in contrarium adduxit Fabrus vt supra.

Restat modo, responderi ad dispensationes adductas à Pyrrho locis citatis; Dico igitur, illas dispensationes emanare à Sacra Pœnitentaria, vel Dataria, quia petantur ab Oratoribus ad maiorem securitatem, & quietem conscientiae, & ad tollendos scrupulos, & ideo stante opinione maiori, & aliorum asserentium in nostro casu Iudices, & alios Ministros irregularitatem incurere, in Pœnitentaria, & Dataria rectè conceduntur tales dispensationes, sed ex hoc non sequitur, vt vult Pyrrhus, nec rectè inferri potest, dictas dispensationes esse necessarias; ita vt contraria opinio non remaneat in suo gradu maioris, vel minoris probabilitatis, vt in simili casu docet Magister Serra. Dominicanus tom. primo capite secundo *Diui Thoma questione 90. articulo fol. mibi 380.* Magister Bernardus Lorhetia Dominicanus in *Resolutione moral. Belgicus tract. 21. articulo 2.* & ex Societate Iesu Fagundez de *Pracept. Eccl. tract. 2. libro 8. cap. 8. n. 138.* Granadus in *part. 2. controuers. 7. tract. 3. part. 1. disputat. 15. sect. 2.* & aliis, quidem, quis potest credere Sacram Pœnitentariam, vel Datariam concedendo tales dispositiones ad petitionem partium velle damnare sententiam contrariam communiter receptam ab omnibus Canonistis, & Theologis,

T si

fi Pyrrhus hoc credit, boni eius venia, & pace non credam. Dicere autem cum ipso, quod Iudex in nostro casu, quo ad se fecit, quod potuit ergo contraxit irregularitatem: Nego consequentiam, non alioquin sequeretur, quod Titius Sclopeto, vel ense percussus vulnere lethali Sempronium, si iste postea non moreretur incurreret irregularitatem, quia ex se fecit quantum potuit, vt occideret Sempronium, sed hoc dicere est absurdum, Ergo. Itaque statuenda est regula generalis cum Gibalino de irregular. cap. 4. quest. 3. consec. 7. & aliis contra Pitignanum, & Pyrrhum homicidium siue iniustum, siue ex defectu lenitatis non inducere irregularitatem nisi mors sequuta fuerit, & hæc satis dicta sunt contra opinionem Pyrrhi, quem tamen existimo vitum benemerentem, & commendatione dignum, & optarem quod Tilius ad communem vilitatem secundum Tomum suæ Praxis in lucem ederet.

AN DATO, ET NON
concesso, quod Iudex propter sententiam sanguinis mortem etiam non sequuta incurrat irregularitatem post se obtinere dispensationem ab Episcopo.

IN Epistola de qua in superiori Resolutione, vt dixi ex Germania ad me missa fuit extabat etiam hoc, & alia dubia, de quo infra, & responsio prioris pendet ex illa questione an Episcopus vigore Concilij Tridentini possit dispensare in irregularitatibus contractis ex defectu lenitatis, & ex homicidio iuxta, & affirmatiue respondet nouissimè amicissimus, & doctissimus Pater Ioseph Ianuarius de cas. refer. tom. 2. resolut. 70. num. 112. vt sic ait. Et quia in Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. habemus, quod Episcopus non potest dispensare in irregularitate occulta. proueniente ab homicidio voluntario, & c. quod idem est, ac homicidium illicitum, intentum, & volitum in se secundum Nauarr. cap. 72. num. 140. Couarr. Clem. si furiosus par. 2. in init. & §. 1. num. 2. & nonnullos alios D. D. quos refert in irregularitate proueniente ex homicidio licito, & factò autoritate legitima, & iusta causa; sic irregularitas proueniens ex defectu lenitatis est dispensabilis ab Episcopo,

po, tam in ordine ad iudices, quam in ordine ad alios ministros; tale enim non dicitur delictum, nec est contra sextum præceptum, vt patet. Ita Ianuarius. Vnde Pater Hieronymus Garfias in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 6. punct. 4. num. 61. sic asserit. *Estando en el derecho antiguo en la explicacion que haze el Concilio Tridentino, muy probable es, que pueden los señores Obispos à su subditos, y los Prelados de la Religion à los suyos por derecho comun despenjar en la irregularidad, que resulta del homicidio voluntario iusto, sea se qualquiera, assi occulto como notorio; y tienenlo exprefamente Caietano in Summa verb. irregularitas in fine: y le sigue Nauarro in Manual. c. 27. n. 240. vers. 3. vota, & verb. vota, aunque en el n. 194. & 118. auia dicho lo contrario. Ambos Rodriguex, Manuel, y Geronymo Toledo, Miranda, Couarruias, Campanilus, Roccus Palancus, Sa, Medina, y otros que referen, y siguen Candidus vbi supra hablando de los Prelados de la Religion, Barbossa in Pastor. par. 2. allegat. 39. n. 47. & de iur. Eccl. c. 11. citato num. 153. & in Collecta Concilij sess. 24. cap. 5. de reformat. num. 31. Marchino vbi supra num. 5. y la tiene por probable Diana 4. par. tract. 2. resolut. 69. & 70. Lesana cap. 18. cit. n. 43. Fr. Iuan. de la Cruz in directer. part. 2. de irregul. dub. 9. conclus. 1. Vinaldus in suo Candelabro aureo part. 2. tit. de irregul. §. de dispens. num. 326. y en el num. 327. dice que assi se resuelto en la sacra Penitentiaria: es tambien esta opinion muy conforme a lo que dice S. Thom. 1. 2. q. 88. art. 6. ad 3. donde prueba con S. Agostin, que el Iue, ni el Adnogado, no se dicen homicidas, en sus sentencias iustas, prueba se esta conclusiõ, lo vno del derecho antiguo, y lo otro del nueuo, que es el Concilio. Del viejo, ò antiguo se pruebas por que el derecho, antiguo concedia a los Obispos, que dispensassen en el homicidio iniusto, quanto a obtener beneficio simple, conser tan atroz; luego mas auia de conceder respectõ del homicidio iusto, Pues solo se les prohibo el voluntario iniusto, luego es visto concederles la dispensacion del homicidio voluntario iusto, quia exceptio firmat regulam in eodem genere: Verdad es que esta la costumbre en contrario de pedir dispensacion al Papa: però como dice bien Miranda. to. 2. 2. q. 8. art. 8. esto no quita la probabilidad desta opinion porque lo hazen ad maiorem animæ quietem. Hæc omnia Pater Garfias loco citato. Idem docet Antonellus de Regim. Eccl. lib. 2. c. 8. n. 16. & idem docet sapien-*

tissimus

tissimus, & nunquam satis laudatus meus Caramuel in Theol. Regul. par. 2. capit. 12. 196. & 197. vbi extendit hoc ad Regulares sic itaque asserit. Gregorius X 111. concessit Reformatori Generali Observantia Hispania, & Abbatibus particulare Priuilegium, vt dispensent in irregularitate, & suspensione qualicumque excepta illa; que procedit ex homicidio voluntario: quo etiam Priuilegio fruuntur Abbates illi omnes, qui bullam participationis habent.

Inferitur, ergo ex vi huius Priuilegij dispensationem posse concedi, quibuscumque Iudicibus, & Iustitiæ Ministris, cuiuscumque Chirurgi, vel Medici Imò cuiuscumque militi si in bello iusto militauerit, omnes istis consequentia illata sunt olim in similibus casibus à Caietano in Summa verb. irregularitas, Armilla ibidem. Couarruias in Clement. si furiosus de homicid. 2. part. §. 3. num. 7. Nauarrus cap. 27. num. 240. subscribit citatus Villaluba, & ordinis Diffinitores. Hucvlque Caramuel, sed ego alibi pluries de hac questione egi, & negatiuæ sententiæ tanquam probabiliori, adhæsi, & nunc etiam adhareo, vnde rescripti ad amicum interrogantem ex Germania dispensationem ad irregularitatem ex defectu lenitatis non ab Episcopo, sed à Summo Pontifice petendam esse. Vide Escobar in Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. prouerb. 51. nu. 616. & alios communiter.

Secundum dubium à me propositum in dicta Epistola erat an Episcopus possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario omnino occulto difficilis sane questio: & ad illam affirmatiuè responderet Hieronymus Garfias vbi supra in Politica Regulari tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 5. punct. 4. num. 19. vbi sic ait. Eo primero que Alfonso Castro lib. 2. de lege pænali cap. vltimo vers. 3. dicit que el homicidio omnino occulto, que no se puede probar con testigo alguno, que no tiene irregularidad anexa, y refiriendo esta opinion Miranda in Manual. t. 2. quest. 8. art. 10. la esfuerça tanto con apoyo del derecho, y de lugares del mismo Concilio, que viene à concluir con estas palabras: hac sententia non est omnino improbabilis, neque in conscientia videtur damnandus qui eam fuerit secutus, & si contraria sit probabilior.

Però sease lo que fuere desta probabilidad, por lo menos es comun opinion, que en el homicidio omnino occulto dicho, y a fortiori en la mutilacion de miembro, pueden dispensar in foro interiori los Señores Obispos, y Anton. Dianæ. Pars XII.

los prelados de la Religion, assi lo tienen Nauarro, Couarruias, Rodriguex, Fr. Iuan. de la Cruz, y otros, que referen, y siguen Villalobos vbi supra tract. 21. difficul. 9. numero decimo, Lesana tomo primo capit. 18. numero 44. Diana 4. part. tract. 2. resolut. 87. & par. 7. tract. 11. Bordonus in Confil. Regular. Resol. 11. num. 4. Machadotom. 2. lib. 5. par. 3. tract. 2. docum. 6. num. 2. Miranda proxime citatus; la razon es, por que el Concilio no ha inouado en este caso, cosa alguna, que solo abla en los lugares arriba citados del homicidio que se puede probar, y duxit se al fuero contencioso. Pero Peyrinus tom. 1. suorum Priuilegiorum Constitut. 2. Julij II. §. 29. n. 204. limita esta Doctrina, y dice que no se ha da entender del que matò, per insidias per industriam a safinos, aut ex proposito; por que assi lo especifica el mismo Concilio, en la sess. 14. cap. 7. Con estas palabras. Qui sua voluntate homicidium perpetravit etiam si crimen id, nec ordine Iudicario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit. Con todo esto veo que los Doctores citados, no reparan en esto, antes quieren aunque no se entiendan estas palabras del omnino occulto. Ita Garfias.

Sed audiamus in re tam graui etiam verba Fratris Bruni Cassiaigh. de Priuileg. Regul. tract. 4. capit. 4. propos. 1. Sic itaque asserit. Si confessarius regularis potest dispensare super irregularitate homicidij voluntarij omnino occulti: vt autem soluat notandum est duobus modis homicidium dici occultum vno modo, quod ita occultum est, vt à nemine possit in notitiam hominum adduci, nisi à solo occisore, secundo modo, quod potest per alium aut alios ad notitiam hominum venire: opposito quidam respondent per tale homicidium omnino occultum non induci irregularitatem, hac sententia est multum probabilis, quam vide apud Mirandam de Ministr. Gener. iurisdic. quest. 8. art. 10. & ideo occisorem non indigere dispensatione. Sed quia contraria est probabilior, & communior, idcirco respondetur iuxta eam posse confessarium antedictum dispensare super dicta irregularitate primo modo occulta, quoniam Episcopus potest super illa dispensare, vt tenent Couarr. Abbas, Castrens. & Angelus à citato Miranda allegato, & Bannes secundum secundam questionem 40. articulo 2. dub. 4. Vinaldus & alij, sed confessarius Regular. eadem quoad hoc facultate posset, ac Episcopus, ergo id similiter potest.

T 2 Nec

Nec obiiciam Tridentinum vetare, & prohibere Episcopo dispensare super irregularitate homicidij, voluntarij occulti, nã respondetur concilium loqui de homicidio non omnino occulto: sed tantum de illo, quoad iudicium, & notitiam hominum deduci potest, & probari, ut optime respondet in eadem materia citatus Miranda: nec refert, quod illud homicidium voluntarium sit iustum, vel iniustum, quia in vtroque est par ratio. Huc vsque Cassaignh. cui adde nouissime Ianuarius *d. cas. reseru. par. 2. ref. 70. n. 112.* qui citat Couarruuiam.

Sed ego quid verò in hac quæstione sententiam dicam breuiter, ex homicidio omnino occulto quod probari non possit nullam incurrit irregularitatem, etiam præter DD. citatos tanquam probabile admittit Possentius *Recollet. qq. moral. miscellan. pro Regul. subsect. 3. num. 16.* Rodriquez *tom. 1. quest. 24. art. 7.* & idem videtur sentire doctissimus Andreas Mendo in *Bullam Cruciat. disp. 37. cap. 6. num. 70.* vbi contrariam sententiam vocat tantum communiorem, & veriozem. Item clare sentit Pellizarus in *Manu. Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 3. sect. 4. n. 14c.* ait probabile esse non incurri irregularitatem per homicidium omnino occultum, quod scilicet nulla ratione probari possit in iudicio, neq; in notitiam hominis deuenire, nisi ex confessione ipsius occisoris: & probaturum ex *cap. ex tenore de temp. Ord.* vbi ait Alexand. III. Veruntamen quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit, non debet aliqua ratione prohibere (est autem ibi sermo de delicto digno degradatione) tum quia irregularitas incurritur solum in casibus expressis; in nullo autem iure expressum est, quod per delictum omnino occultum incuratur irregularitas: nam iura quæ dicunt irregularitatem incurri, quando culpa latet, vel quando delictum est occultum, non loquuntur de delicto, quod sit omnino occultum imo Concil. Trident. *sess. 14. de reform. cap. 6.* quod posset adduci in contrarium, loquitur de homicidio occulto, quod scilicet non sit probatum in iudicio, sed possit probari aliquo modo publicum, non autem de homicidio, quod sit omnino occultum de quo loquitur Rodriquez, tum quia excommunicatus; aut suspensus ex delicto omnino occulto tenetur abstinere ab usu ordinis, ne se prodatur, ut dicunt omnes, teste Nauarr. *cap. 27. num. 239.* sicque constat Ecclesiam nolle pœnam externam infli-

gere ob delictum omnino occultum licet enim excommunicatio incuratur statim ob delictum omnino occultum exterius commissum quoad priuationem suffragiorum, quæ est occulta, ac secreta, at non incurritur, quoad communicationem exteriorem, & participationem Sacramentorum, cum in tali casu excommunicatus possit se ingerere, ne prodatur, ac infamet. Hæc omnia Pellizarus.

Verum ego existimo prorsus contrariam sententiam tenendam esse quam firmiter olim docui; & nunc etiam doceo, assero itaque ex rationibus, & Authoribus à me alibi adductis homicidium penitus occultum inducere irregularitatem; concedo tamen probabiliter saltem speculatiuè loquendo cum citatis Doctores quibus adde Nicolaum Brauum in *tr. Monast. cap. 15. num. 4.* & Ludouic. Bail. *de triplici examine id addit. de cens. c. 23.* Episcopum, & Superiores Regulares posse dispensare super dicta irregularitate, dummodo sit prorsus occulta, & nõ possit probari in foro exteriori: fateor tamen nihilominus negatiuam sententiam esse probabiliozem, & in praxi omnino sequendam. Vide Fragosum *de Republic. tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 9. num. 8.*

Sed obiter ego quæro an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate proueniente ex homicidio voluntario? sententiam affirmatiuam probabile esse in Suarez, & in aliis putat Garzias in *Pol. Regul. num. 2. tract. 10. diff. 6. punct. 1. n. 2.* quibus non abhorret nouissimè noster Pater Verricelli *tract. de Mis. ton. tit. 25. quest. 280. num. 7.* & ad *cap. cum illorum de sentent. excommunic.* respondent: quod ibi Pontifex loquitur de ignorantia crassa, & supina. Sed hæc quidem opinio coniuncta cum altera de homicidio penitus occulto, de qua paulo diximus, si esset tanquam probabilis admittenda ministri Datarie, & Pœnitentiariæ pro dispensationibus in dictis irregularitatibus parum laborarent, nam plura homicidia committuntur penitus occultè, & quæ probari non possunt, & plura quando committuntur, licet illa perpatrantes sciant esse peccatum, nesciunt tamen inuincibiliter continere pœnam irregularitatis, & liberi essent à petendis dispensationibus, quod ego dixi in nostro casu, negandum omnino esse puto.

Tertium dubium, an homicidium factum ex rixa repentina inducat irregularitatem dispensabilem ab Episcopo: asserunt

runt aliqui esse homicidium casuale, si quis rixa, quæ repente suboritur, alium occideret, adhuc intendens occisionem, dum tamen antecederet ad rixam animum occidendi non habuisset; sed ex Patre Suarez asserit Pater Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 37. cap. 6. num. 67.* hanc esse nimiam ampliationem, & intentionem. Homicidium casuale est, quod non fit ex proposito: hoc est, ex voluntate occidendi: in casu autem præsentis ille homo directè habet occidendi voluntatem, quæ stat cum contentione repente suborta, & hanc sententiam docet etiam nouissimè Theodorus Amydenius *de Stylo Datarie, lib. 1. cap. 13. num. 16.* sic asserens, Hinc alia declaratio exponens verba non ex proposito, &c. Quod illa verba ad homicidium illud, quod rixa committitur nullo modo extendi possunt, quod enim non fit casu, vel vim repellendo à contrario sensu fit ex proposito igitur, qui in rixa occidit, cum armis rem gerat, quibus ut plurimum fit occisio, ac proinde non casu, id est, non præter intentionem occidat erat homicida voluntarius, & si non præmeditatè homicidium commiserit. Adeo ut Doctores occidentem in rixa passim homicidam voluntarium appellent, & Ioan. Andreas & Host in *cap. de infantibus extra: de his qui fil. occid.* censent Patres calore iracundiæ filios occidentes voluntarios esse homicidas: quo titulus ipse demonstrat, dum dicitur, tales sponte occidere, id ipsum stylus Signaturæ Pœnitentiariæ comprobatur, quæ cum iis velut cum homicidijs voluntarijs agit, non nisi de licentia Sanctissimi dispensando. Verum tamen est digniores esse venia, quam illos qui præmediatè occidunt. Hucusque Amydenius.

Probari potest hæc opinio à simili nam Gregorius XIV. statuit ne committentes homicidia intra Ecclesiam gauderent eius immunitate. Quærent D. D. an si aliquis committeret homicidium in Ecclesia ex aliqua rixa inopinata gauderet immunitate, & negatiuè responderet. Ita amicissimus, & doctissimus cuius meus Pater Tancredi *de Relig. tract. 1. lib. 4. disp. 8. quest. 5. num. 18.* Ianuarius *de casibus reseru. tom. 1. resolut. 64. num. 17.* Bonacina *disput. 2. quest. 3. punct. 16. §. 7. num. 1.* Farinaccius in *append. capit. 6. num. 229.* & ex nostris P. del Bene *de Immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 19. sect. 4. num. 2.* nam Gregorius XIV. in sua Bulla sequitur absolutè, & non distinguunt inter homicidium ortum ex rixa, vel ex condicto sui, & in nostro casu Concilium

loquitur absolutè de homicidio voluntario, & non distinguit si proueniat ex rixa inopinata, vel non Ergo.

Verum his non obstantibus non desunt Doctores asserentes Episcopum posse dispensare, non solum in irregularitate orta ex homicidio casuali, ut dictum est, sed etiam ex homicidio voluto, non ex consilio, aut matura deliberatione facti: sed ex repentina ira, vel rixa. Ratio sumitur ex illis Concilij verbis supra allegatis: cum qui per insidias, aut per industriam occiderit. Proximum de alteri euelli debeat. Item illis: si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c. Ergo ut Episcopus dispensare in hac irregularitate nequeat, Concilium requirit, ut homicidium sit factum animo deliberato: Ergo si per subitam rixam contingat, Episcopus dispensare poterit si delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum vel si fuerit deductum, iam cessarit strepitus iudicialis: & ita hanc sententiam tenet Auila, Rodriquez, Peyrinus, Coninch, Machadus, & Marchinus, à me alibi adducti, quibus nunc addo Hieronymum Garziam in *Politic. Regul. tom. 2. tr. 10. difficult. 6. dub. 5. punct. 3. num. 16.* vbi asserit *Pueden asi mismo los dichos dispensar en el homicidio occulto voluntario cometido, no de proposito, ni con pensada deliberacion, sine ex motu repentino ira, vel rixa. La rason se toma del mismo Concilio, caveando el, c. 6. de la sess. 24. con el c. 7. de la sess. 14. donde se exceptua el homicidio voluntarium. no como quera, sino el cometido pro insidias, aut ex proposito, luego en esto muestra el Concilio, que solo pretende exceptuar el homicidio, que se haze con animo deliberado, y consultado, y no el que se commette de repente mouido de una colera repentina.* Ita ille cui adde nouissimè me citato Antonellum *de Regim. Eccl. lib. 2. cap. 8. n. 13.* & me citato Squillante *de Priuil. Episc. part. 3. cap. 8. n. 8.* Ad rationem vero superius adductam respondeo plures Doctores docere contrariam sententiam. Ita me citato docet Angelus Donatus *de Asyilia Resolut. 122.* & alij.

His itaque suppositis ex supradictis opinionibus, ego puto priorem negatiuam esse, probabiliozem secundam verò affirmatiuam sua non carere probabilitate.

Quartum dubium an Episcopus possit dispensare in irregularitatibus deductis ad forum contentiosum post finitum iudicium, reum punitum, & penitentiaria peracta; Aliqui affirmatiuè respondent, & ita

præter Henriquez, Auilam, Reginaldum, & alios à me alibi adductos tenet nouissimè Ludouicus Bnil. Doctor Parisiensis, qui edidit eruditum opus de Tripliq; examine in append. de cens. §. 24. vbi sic ait. *Dubitat ur etiam de irregularitate orta ex iis, quæ deducta sunt ad forum contentiosum. Intelligendum vero est Episcopum non posse dispensare, quamdiu viget accusatio & litis prosequutio; Nam si terminatum sit iudicium & reus satisfecit penam delicti luens, aut sustinens poterit per Episcopum dispensari; Nam intentum Concilij fuit seruare iudicium auctoritatem, quæ tota, & integra seruata est, vbi reus penam sustinet.* Ita ille cui etiam nunc adde doctum Patrem Iosephum, Ianuarium de Cas. referu par. 2. ref. 70. nu. 103. & me citato Garfiam in Politic. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 5. punct. 2. n. 17. & me citato Martinum de Sancto Ioseph in mon. Confess. lib. 1. tract. 20. de Pœnit. num. 9. & me citato iterum Garfiam Theolog. mor. tract. 1. disp. 1. dub. 3. punct. 5. num. 17. & me citato Andream Mendo in Bull. Cruc. disp. 23. cap. 6. num. 71. Idem docet Antonius Escobar in Theol. moral. tractat. 4. exam. 6. cap. 5. §. 6. num. 154. Fragosus de Repub. Christ. tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 4. numer. 55. Antonius Francisc. in Pastor. tract. 1. quest. 2. num. 25. Chassaingh de Priuileg. Regul. tr. 2. cap. 1. prop. 7. Vnde ex his apparet quam immeritò hanc sententiam quidam Religiosus his diebus vocauarit improbabilem. Et hæc omnia in responsionem, supradictorum dubiorum, quæ ex Germania propofita mihi fuerunt nouissimè rescripsi.

DE DISPENSATIONE
Cuiusdam Irregularitatis homicidij
voluntarij.

CVm anno 1630. pestis grassaretur in Ciuitate Mediolanensi, Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. edidit Bullam, feu Literas datas sub die 10. Iunij eiusdem anni, in quibus dabat facultatem Sacerdotibus seruientibus peste infectis eligendi Confessorem qui ipsos à quibusuis peccatis, nec non à censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam irregularitate quomodolibet contracta possint absoluerè, & dispensare. Vigore itaque huius facultatis Sacerdos N. fuit à suo Confessario dispensatus in quadam irregularitate contracta ex homicidio voluntario? Habet nunc difficultatem. Primò an fuerit ritè dispensatus. Secundò, an

dicta dispensatio profit ei pro foro externo.

Hic casus transmissus mihi fuit ab Eminentissimo Domino meo Cardinali N. & ad primum dubium negatiuè prima facie videtur respondendi, quia in facultate dispensandi super irregularitate nunquam in illa censetur comprehensa irregularitas contracta ex homicidio voluntario, vt tradunt Lezana in Summa tom. 1. cap. 18. n. 42. Gibalinus de Irregul. cap. 6. quest. 5. num. 12. Homobonus in exam. Eccles. part. 1. tract. 8. cap. 7. quest. 18. Pellizarus tom. 2. tract. 7. cap. 7. quest. 18. Pellizarus tom. 2. tract. 7. cap. 1. num. 30. & Garfias in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficult. 6. dub. 5. punct. 4. num. 31. vbi sic ait. *Lo tercero, aduierio ambos Rodriguez Manuel tom. 1. qq. Regular. q. 41. art. 4. Geronimo resolut. 19. num. 4 que aunque en algunos Priuilegios venga clausula general, de poder dispensar en qualquier irregularidad, no por esso es justo dar poder para dispensar en la bigamia, y mutilacion de miembro: por que estas siembre se entienden exceptuadas, si no se especifican.* Ita ille. Probat ur hæc opinio ex leg. obligatione, & ibi Glossa ff. de Pignoriibus, & ex capit. in generali de Regul. iuris in 6. In quibus locis apparet, quod in generali concessione non intelliguntur concessa ea, quæ in specie Princeps non esset verisimiliter concessurus, & ideo in concessione absoluendi à casibus in Bulla Cœnæ, non venit facultas absoluendi à casu Hæresis, vt tenent D. D. quos etiam me citato adducit Pasqualigus de Iubileo quest. 2. 27. numero 3. Ergo, & in nostro casu in facultate dispensandi ab irregularitatibus non intelligitur comprehensa dispensatio irregularitatis, Homicidij voluntarij, quia semper censetur, vt ex praxi patet Pontifex illum referuare, nisi specialiter in concessione id exprimeretur, vt obseruant Doctores citati, & hæc omnia maximè procedere in casu nostro dicendum est in quo irregularitas erat publica, & deducta in forum contentiosum.

At ego his non obstantibus affirmatiuè sententiæ adhæreo, propter particulam quomodolibet appositam in dicto Breui, quæ quidem particula comprehendit quemcumque modum, qui comprehendere potest, & nullum casum excludit, vt patet ex c. indemnitatibus §. si quæ vero. Archidiaconus Ioannes Andreas de elect. in 6. & ex Clem. 2. & ibi Glossa verb. *Quomodolibet, de sent. excomm. quod etiam tradunt communiter Doctores quosque ad fatietatem adducit Ceneda*

Ceneda singul. 95. & Barbofa dictione 330. quibus ego addo Thomam Vallasum tom. 1. allegat. 29. num. 125. Quintanadueñas de præceptis Ecclesie tom. 3. sing. 3. n. 2. & 3. Fragosus de Repub. tom. 2. lib. 2. disp. 6. §. 5. num. 53. Bordonum in Sacro Tribunali cap. 23. num. 26. Frances in Pastoral Regularium par. 1. clausula 15. num. 10. cum sequen. Et ideo dictio quomodolibet comprehendit, ea, quæ aliàs non comprehenderent, & facit venire ea, quæ aliàs non venient, vt obseruat Merolla in disput. Theolog. tom. 3. disp. 6. cap. 4. dub. 5. n. 28. Alexander conf. 55. num. 3. vol. 2. Ruinus conf. 68. num. 10. vol. 4. Gratus conf. 163. num. 19. & 20. vol. 2. & alij; vnde ipsa quoque confert, vt docet Pasqualigus cent. 4. quest. 256. n. 13. & alij, vt concessio equipolleat concessioni specificæ, Et ante illum dixit Giuniparus in defens. Iuris Pontif. disp. 4. cap. 2. num. 13. hanc particulam habere vim specialis, ac indiuiduæ expressionis. Ergo cum Vrbanus VIII. in Breui de quo loquimur concesserit facultatem dispensandi in irregularitatibus quomodolibet contractis, dicendum est vigore dictæ particulæ omnem irregularitatem comprehendisse, & nullam exclusisse, & ideo rite Sacerdotem N. fuisse ab irregularitate homicidij voluntarij dispensatum.

Et ne nostra sententia careat in terminis autoritate Doctorum assero illam docere in casu simili Portel. in addict. ad dubia Regul. verb. dispensare num. 5. Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regul. resolut. 52. n. 25. P. Lezana verb. Irregularitas n. 72. & Martinus de Sancto Ioseph in Addict. post regulam Sancti Francisci ver. Guardianos num. 4. edit. secunde fol. 53. 8. vbi sic ait. *Por otra mas ampla concession de Paulo Tercero, que se refiere en el Bullario de Fr. Manuel. fol. 217. Bulla 12. hecha a los Monjes Benitos, Puedon los Prelados dispensar a sus subditos en el primer lunes de la primera semana de Quaresma, vna vez cada ano de todas las irregularidades contrahida, por qualquiera ocasion, o causa, à donde no se limita el homicidio voluntario, notorio, ni la bigamia, y assi dize Portel, in addict. ad dub. regul. verb. dispensare, n. 5. & Hieronymus Rodriguez in compendio qq. resolut. 52. n. 25. que es prouable, que se puede usar, desta concession, en la dispensacion de todas las irregularidades, aun, publicas, notorias, y en materia tan grave, y exquisita se dene fundar de proposito la prouabilidad: yo lo barè assi, excediendolos limites de compendio, y digo lo primero, que la opinion de estos authores, pare-*

ce, que se opone claramente al derecho, quando dize diuersas vezes, que en la general concession de cosas no vancõcedidas la questi particularmente se pedieran, no se concedieran, regula in generali, &c. & l. obligatione 6. & ibi Glossa, ff. de pignoriibus, l. Seio amico 10. §. 1. de anno. legat. Tassi en qualquier concessio general de los casos del Pontefice siempre va exceptuada la heresia, si no se declara expressamente, y en qualquier a Priuilegio de dispensacion de irregularidades, pro general, que sea siempre van exceptuadas las de bigamia, y homicidio voluntario, si no se especifican. Por esta razon, que es fortissima, tengo por mas prouable, y seguro, que poreal priuilegio dicho no se puede dispensar la bigamia, pro iuzgonien prouable, con los Autores referidos lo contrario. La razon es por que el priuilegio de Paulo Tercero, es mas general, pues vltra de quedize se puede absolver de toda irregularidad añade, quavis occasione, & causa contracta. Con que se responde al fundamento de la opinion contraria, que la Regla in generali, y las leyes citadas se entienden quando las palabras de la concession son solamente generales; però no quando se añaden otras tan vniuersales, como en el priuilegio presente: Quavis occasione, & causa contracta, qua conforme à la Glossa referida cõpreheden maiora expressis. De mas, que el derecho dize, que el Priuilegio del principe se ha de interpretar latissimamete. c. quamuis plenissima, de præbendis in 6. de mas de que ablãdo tan gèeralmente. vbi ius nõ distinguit, neque nos distinguere debemus. Conforme a lo qual se hà de entenden, comè suena l. 1. prospexit ff. de legat. præstand. Tasa semaiante tiene por prouables. Suar. to. 5. in 3. p. sect. 5. n. 12. in fine. & hæc omnia docet Martinus à Sancto Ioseph, vbi supra, quæ quidem militant indiuidualiter pro casu nostro, in quo Pontifex vtitur particula quomodolibet, ac si diceretur quocunq; modo, vel quavis occasione, & causa irregularitas contracta. talis enim particula, vt supra probatum est omnia comprehendit, & nullum casum excludit. ergo, &c.

Vnde patet responsio ad Argumentum contra nostram sententiam superius adductam; dico igitur, patrem Lezana, & alios Doctores loqui in casu quò verba concessionis essent solum generalia, & non continentia alia verba magis illam generalitatem explicantia, & hanc esse mentem Patris Lezana patet per ea, quæ ipse docuit ver. irregularitas, n. 72. Sed in nostro casu non conceditur facultas cum verbis tantum generalibus videlicet dispensandi in

irregularitatibus, sed *quomodo liber*, ac si diceret ut supra notauimus quocumque modo, causa, occasione contractis, ergo, &c. Et ideo nostram sententiam præter Martinum de Sancto Ioseph loco citato docet etiam Quintanadueñas de *Præcept. Eccles. tom. 2. tract. 6. singul. 3. num. 7.* ubi de quodam Priuilegio Pauli III. Patribus Benedictinis concessio, ut possint eorum Abbates in quibusuis irregularitatibus, quauis occasione, vel causa contractis dispensare, putat in hac clausula generali esse inclusam ergo, & idem dicendum dispensationem homicidij voluntarij, & bigamiæ erit, ut casu nostro vigore particulæ *quomodolibet*, in verbis concessionis Urbani VIII. fuisse inclusam etiam irregularitatem homicidij voluntarij.

Ad argumentum vero adductum de absolute ab hæresi, non censetur concessa in generali facultate absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ. Respondeo plures Doctores contrarium asserere, quos videre poteris apud Pasqualigum de *Iubilæo quest. 227. num. 1.* quibus adde in recentioribus Leandrum de *cenfuris tom. 4. mat. 2. disp. 13.* & hanc sententiam probabilem putant ipsimet Aduersarij, ut Suarez de *cen. disp. 7. quest. 3. n. 12.* Teste Gobat. de *Iubilæo cap. 33. num. 143.* ut ex Quintanadueñas de *Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 25. n. 1.* Sed huic sententiæ adhærere non possum, ideo.

Respondeo Secundò, facultatem generalem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, non esse extendendam ad casum hæresim, quia in hoc aperte mentem suam declararunt Pontifices, ut Pius V. ann. 1572. Gregorius XIII. ann. 1576. & Innocentius in decreto particulari sub die 23. Maij anno 1652. à me perextensum adducto in tract. de *scriptionibus*, & colloctionibus, quæ prohibentur tempore Conclauis *Resolut. 28.* Et nouissimè Sanctiss. D. N. Alexander VII. ut patet ex *infra scripto Decreto*, quod authenticum vidi penes dignissimum Dominum meum, D. Franciscum de Cabrera merito Regis Catholici in suprema Inquisitione à Confilijs; Decretum verò est tenoris sequentis.

Feria V. die 23. Martij 1656.

In congregatione Generali S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum co-

ram Sanctissimo D. N. D. Alexandro Diuina providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Lecto Memoriali D. Francisci de Cabrera tenoris sequentis videlicet: Beatissimo Pater Don. Francesco de Cabrera del Consiglio della General Inquisitione di Spagna espone alla Santità V. come non ostanti diuerse dichiarazioni da alcuni Predecessori della Santità V. & in particolare vna della fel. mem. d'Innocentio X. fatta ad istanza dell' Oratore alli 23. di Maggio del 1652. nelle quali hanno dichiarato, che nessun, Confessore possa assoluere dal crimen di heresia in virtù delle facultà, che si concedono nelli Giubilei di assoluere da casu reseruati, etiam in Bulla Cœnæ, se non che gli sia data questa facultà espressamente. Con occasione del Giubileo concesso dalla Santità V. nel felice ingresso del suo Pontificato, alcuni Confessori, e Prælati, in particolare il Vescouo Vallisoletano hanno preteso di poter assoluere in virtù del detto Giubileo dal sopradetto crimen di heresia con preteso, chela loro non gli costa delle sopra dette dichiarazioni, e che quando gli constasse, come è materia che depende dall' intentione del Sommo Pontifice, che concede il Giubileo, dalle dichiarazioni delli Predecessori non si paulo sapere l'intentione della Santità Vostra, E perche dal sopradetto risultano molti, e graui inconuenienti, supplica la Santità vostra si compiacca di mettere rimedio conueniente, dichiarando per Breue, ò in altra forma, che in nessun Giubileo si comprende detta facultà, se non che espressamente sia concessa, che l'Oratore lo riceuerà per gratia singolarissima dalla Santità Vostra. Quam Deus, &c. Quo Memoriali audito Sanctissimus D. N. D. Alexander VII. prædictus inhærendo declarationibus alijs à Predecessoribus suis factis, ad remouendam omnem dubitandi occasionem, & ne circa id in posterum villo tempore hæsitari contingat, cum crimen hæresim ceteris grauissimum speciali nota dignum sit, decreuit facultatem absoluendi ab hæresi in Iubilæis, vel alijs similibus concessionibus non censeri comprehensam, nisi

expressis verbis concedatur facultas absoluendi ab hæresi.

Ioannes Lupus S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Notar. Registr. fol. 52. Sed per hanc declarationem apertam mentis Pontificum non habemus circa irregularitatem contractam ex homicidio voluntarij, ut non includantur in clausula generali dispensandi in irregularitatibus, quomodolibet contractis, ut est in casu nostro. Ergo non valet argumentum adductum in casu hæresim ad irregularitatem homicidij.

Restat modo videre, quid dicendum ad dubium secundum, videlicet, an dicta dispensatio valeat pro foro externo, & prima facie videtur etiam negatiuè respondendum; Probatur, nam aliter sequeretur magna perturbatio iudiciorum, & Tribunalium & etiam maxima scandala, si reus in publico non se gereret tãquam irregularis, & ideo communiter asserunt Doctores absolute non censetur concessam vigore facultatis Bullæ Cruciatæ nõ prodesse pro foro exteriori; Ita tenent Doctores quos citat, & sequitur Baldi in *Bull. Cruc. par. 2. disp. 6. c. 5. sect. 1. n. 8* quibus ego addo Fragosum de *Repub. tom. 2. lib. 2. disp. 7. n. 11.* Hurtadum de *excom. disp. 15. diff. 4.* Auilam de *cenfuris par. 2. c. 1. disp. 3. dub. 12.* Scotum in *4. disp. 22. qu. 2. art. 3.* Machadum *tom. 1. lib. 1. par. 3. tr. 8. docum. 5. n. 3.* & alios penes me in *par. 1. tract. 11. Resol. 26.* & nouissimè hanc sententiam docet Garfias in *Repub. Regul. tom. 2. tract. 10. diff. 7. dub. 3. n. 5. cum seq. vnden. 7.* sic ait: *Vemos en el estilo de los Pontifices, que jamas pretenden dar facultad para el fuero exterior en sus Priuilegios, y Iubileos. Vese esto manifestamente en todos los Iubileos plenissimos; deste Clemente VIII. y antes, en los quales en todos ellos saluan los Pontifices el fuero exterior, y repiten muchas vezes, las palabras tantum in foro conscienciæ; yo los he leydo con cuydado casi todos y en ninguno hallo que no esten estas palabras siendo pues verdad que donde mas los Romanos Pontifices abundan con los Fieles, y estiendo en su poder en fauor de los reos, en los Iubileos plenissimos, y en estos saluan el fuero exterior; luego à fortiori hemos de dezir, que pretende esto mismo en la Bula de la Cruzada.* Ita ille, & hanc sententiam fuisse declaratã ab Urb. VIII. tradit Bardi *ubi sup. n. 10.* & Callego de Vera in *Bull. Cruc. c. 9. clausula 9. dub. 154.* & Lezana *verb. Bulla Cruciatæ n. 27.*

Verum ego puto in casu nostro dispensationem ab irregularitate validam fuisse

etiam pro foro externo. Probatur, nam intentio, & finis Põtificis in concessione præsentis dispensandi, &c. ut patet ex verbis appõsitis in principio Bullæ fuit allicere Sacerdotes, ut se vltro ingererent ad feruendum peste infectis, sed si talis facultas obtinendi dispensationem ab irregularitatibus intelligeretur tantum pro foro interno, Pontifex non quidẽ facillè finem suum intentum in tali facultate concessa obtineret, nam Sacerdotes difficulter exponerent vitam suam si solum dispensatio valeret pro foro conscientia, & quod postea non obstantibus torlabo-ribus perceptis cū periculo vitæ possent molestari in foro externo, & quod deberent celebrare in occulto propter scādalum & in publico, se habere tanquam irregulares, ergo dicendum est intentionem Pontificis fuisse largiendi dictam facultatem pro vtroq; foro. Quod confirmatur, quia Urbanus VIII. in dicta Bulla non limitat forum, sed absolute, & simpliciter concedit facultatem dispensandi sine limitatione fori. Ergo pro vtroque foro, nempe interno, & externo iudiciali est dicendum valere. Adde, quod cum dicta facultas sit fauor debet ampliari ex leg. beneficium de const. Principum, & in casu dubij Priuilegium interpretandum est, pleno iure, & non debiliore, ex leg. quoties 2. ff. de rebus dubijs, & obseruat Suarez de *cenf. disp. 7. sect. 5. num. 21.* Bonacina eodem tract. tom. 1. *disp. 5. 3. punct. 10. num. 2.* Candidus *disp. 22. art. 24. num. 2.* & alij. Itaque cum verba Urbani VIII. in nostro Breui generalia sint in sua amplissima significatione capi debent, neque enim gratia, & beneficium Principis restringendum est, quod etiã in dubio benignius interpretandum foret. Et quando Pontifices volunt hanc facultatem operari tantum in foro interno, id expriment, ut in Iubilæo Pij V. anno 1568. & Gregorij XIII. anno 1574. habetur, itaque quando nullam limitationem apponunt, in vtroque foro valere volunt ut ex iisdem Iubilæis Pij V. & Gregorij XIII.

Ad argumentum verò in contrarium desumptum ex exemplo Bullæ Cruciatæ cuius vigore absolutio valet tantum pro foro interiori? Respondeo primo non desesse Doctores magni nominis contrariu asserentes, nempe absolute non censetur concessam per Priuilegium Bullæ Cruciatæ satisfacta parte, nõ solum validam esse pro foro conscientia, sed etiam valere pro foro exteriori. Quia Bulla absolute loquitur,

tur, & non distinguit: neque limitat, & ita docent Medina; & Ioannes de la Cruz ex inclito Ordine Dominicanorum cum Nauarro, Rodriquez, Suarez, Ludouico à Cruce, & Filiuccio, quos citat Gibalinus de Censuris, disp. 9. quest. 7. num. 26. quibus ego addo Trullench. in Bullam Cruciat. lib. 1. §. 7. dubit. 9. Vgolinum de cens. abul. 1. cap. 10. §. 4. numero 5. Garfiam de Beneficiis part. 2. cap. 5. num. 55. Quintanadueñam de Præcept. Eccles. tom. 2. tract. singul. 4. num. 5. Marcum Serium in Bull. Cruc. disp. 1. difficult. 10. §. 8. quest. 25. num. 5. in fine, doctissimum Patrem Andream Mendo in Bullam Cruciatæ disput. 25. cap. 14. & omni commendatione dignum Fratrem Leandrum à Sanctissima Trinitate de cens. tom. 4. tractat. 2. disp. 17. quest. 97. & hanc sententiam esse probabilem concesserunt ipsimet Aduersarij, & ideo Hieronymus Garfia in Polit. Regul. tom. 2. tractat. 10. difficult. 7. dub. 3. num. 4. sic ait. *Nò se puede negar, si no que esta opinion es prouable, assi por los Autores que la tienen, como por sus razones, & ad verb. Vrbanus VIII.* quibus nimis adherent Gallego, & Bardi, vbi supra, respondet Leander loco citato, & de illis mentionem fecit Garfias, & tamen, vt visum est, sententiam in fauorem Bullæ Cruciatæ, vocat probabilem, & post dictam Bullam Vrbanus VIII. scripsit etiam Quintanadueñas, vbi supra.

Respondeo Secundo quicquid sit de supradictis sententiis sibi inuicem oppositis, dico tamen, omnes eorum Authores concordare, posse Iudicem in foro externo talem absolutionem vigore Cruciatæ obtentam admittere, & illam recipere pro foro exteriori. Ita Bardi vbi supra numero 14. qui citat Henriquez, Coninch, Anilam, & Layman, quibus ego addo Hieronymum Garfias vbi supra num. 6. Nauarrum lib. 5. de sentent. excommunic. cons. 47. num. 4. Alterum de cens. lib. 4. disp. 4. cap. 4. Guazinum in tract. moral. lib. 1. defen. 6. cap. 11. num. 31. Lezanam verb. Bullæ Cruciatæ num. 27. Gibalinum de censur. disquisit. 9. quest. 5. num. 23. Quintanadueñas vbi supra Serium num. 4. Mendo num. 158. Leandrum quest. 99. imo in tali casu Iudicem non solum posse, sed teneri recipere in foro exteriori absolutionem obtentam in foro interiori tradit nouissimè, quod valde notandum est, Vrbanus ab Ascensione in Theol. moral. tract. 2. par. 2. dist. 1. cap. 1. Regul. 11 vbi sic ait. *Absolutionem datam vigore dictæ Bullæ,*

vel aliarum similium extendi ad vtrumque forum externum, & internū, in quia non limitatur ad vnum potius, quam ad aliud, nec Priuilegia Religiosorum sunt occulta, vt occulte operentur in foro tantum interno, quia datur potestas absoluendi simpliciter, quod non fieret si restringeretur ad vnicum forum cum præsertim absolutio data tantū in foro interno foret parū utilis, redderetq; penitentem valde perplexum, nec tantum coram Ecclesia, cum in ea palam nequiret agere: vnde fit, vt nec Iudex Ecclesiasticus possit amplius cognoscere de tali censura, si satisfactum sit Parti, nec penitens iterū absolui publice, sed teneatur ille huius absolutionem acceptare, modo de ipsa constet per testimonium sufficiens, cum sic nulla inferatur iniuria Ecclesie, qua tam potuit per Summos Pontifices committere potestatem à censuris absoluendi in vtroque foro per delegatos, quam per Ordinarios Iudices: & re ipsa fecit in Priuilegiis de quibus agimus. Huc vsque Vrbanus cui adde Patrem Escobar in Theolog. moral. 10. 1. lib. 7. sect. 2. Prou. 41. num. 587. Sed stando in opinione aliorum asserentium Iudicem posse, sed non teneri in foro externo dictam absolutionem recipere; sequitur hanc doctrinam applicandam esse in casu nostro. Dico igitur Episcopos posse, vel potuisse dispensationem, quam Sacerdos N. obtinuit in foro interiori recipere pro foro externo, & declarare illum fuisse dispensatum ab irregularitate, nec pro illa amplius molestandum esse stante attestazione subscripta à confessorio, Notario, & Testibus, quam originaliter vidi, & concordia inita cum parte aduersa.

Respondeo Tertio, & melius nostram sententiam absolute sustinendam esse, nempe dispensationem irregularitatis, de qua loquimur non solum validam esse pro foro interiori, sed etiam pro exteriori ex rationibus superius adductis. Nec obstat argumentum contrarium de absolutione obtenta vigore Priuilegij Bullæ Cruciatæ, nam vt obseruant Doctores, vbi supra, ritè dicta absolutio in rigore non valet pro foro externo, nam vnusquisque facilliter tali Priuilegio vti potest, comprehendit enim ferè omnes, & est quasi perpetuum, & cum paucis iulijs acquiritur. Et ideo vigore talis Priuilegij facillè, & quoridie perturbaretur forum iudiciale, & Authoritas Iudicum, ac proinde optimè absolutio obtenta per Bullam debet coarctari tantum ad forum internum, vt intacta remaneat authoritas Episcoporum, & scandalum aliorum tollatur. Sed in nostro casu hæc inconuenientia sequi non

non potest, nam pauci sunt, qui propter dispensationem irregularitatis se exponunt ad feruendum peste infectis & dictum Priuilegium fuit temporaneum durante tantum peste in Ciuitate Mediolanensi, & emptum pretio sanguinis, maiorem enim charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, vnde non est mirum si eius dispensatio fuerit largita etiam pro foro externo, nam rarò ex illa perturbaretur, & ludicum authoritatis læderetur, quod vt diximus non accidit in Bulla Cruciatæ. Est igitur magna differentia inter absolutionem à censuris obtentam vigore Bullæ Cruciatæ, & dispensationem irregularitatis obtentam vigore Bullæ Vrbanus VIII. pro feruientibus peste infectis; hi enim paucissimi sunt, atque ideo leuiter ne dicam profus ex tali dispensatione eneruata remanet in foro externo authoritas Iudicum, quod non accideret in absolutione obtenta vigore Bullæ Cruciatæ, vt apertè patet ergo, &c. Itaque ex omnibus superius dictis concludo posse probabiliter sustineri validitatem dispensationis huius irregularitatis; & ideo Domini Episcopi in foro externo possent si velint non molestare dictum Sacerdotem, sed relinquere, vt celebret sicuti ab ipso vsque adhuc factum est, & ita hanc sententiam approbarunt, & manu propria firmarunt, Pater Martinus Esparza S. Theologiae in Collegio Romano publicus Professor, Pater Torquatus de Cupis ex eadem Societate Episcoporum Examinator, Magister Ferreri Dominicanus Regens Studiorum Mineruæ, & Pater Raphaël Auersa Generalis Clericorum Minorum, omnes viri sapientissimi.

Verum his non obstantibus ego consului præfaro Sacerdoti vt pro finali resolutione huius dubij præter sacram Congregationem Concilij, ex quasi forsitan exiret aliqua declaratio contraria iis quæ supra firmavi, ex nunc pro tunc, tanquam non scripta esse volo, & declarationi sacræ Congregationis adhæreo; semper enim ego Purpuratorum Patrum responsa humiliter veneratus sum.

*Agitur etiam de dispensatione Cuiusdam
Irregularitatis in causa.
Toletana.*

Suppono illud esse homicidium voluntarium, quod in se, & formaliter

est volitum, & directè, & ex proposito intentum, vel in causa ita propinqua, vt sit moraliter impossibile illam velle mortem, ita docet Ioannes Præpositus in 3. par. D. Thome quest. 5. de Irregular. dub. 8. num. 55. Corneio in 3. part. tom. 2. tract. 5. de Irregular. quest. 6. dub. 1. Lessius in 3. part. cap. 3. de Irregular. 2. Emanuel Sà verb. Homicidium num. 4. Caspeus in Cur. Theolog. tom. 2. tract. 25. disput. 5. sect. 8. num. 53. Castro Palaus tom. 6. disput. 6. punct. 15. §. 1. num. 1. & alij penes ipsos.

Hoc iacto fundamento, supposita veritate facti, assero homicidium de quo est difficultates non esse homicidium voluntarium, sed casuale. Probatur nunquam habuit animum occidendi, quod aperte patet, nam in prima rixa, aliud non fecit, nisi pugnis inimicum cedere, in secunda verò rixa, iterum ab ipso pugnis altercarum est, sed cum Ioannes vellet sicam ab ipso auferre, Petrus tunc dixit, quod se retineret, licet postea ipsum in stomacho vulnerauit. Vnde apparet homicidium nunquam fuisse à Petro directè, & per se volitum, sed postea ex occasione, quod Ioannes voluit sicam abripere ab ipso, illum vulnerauit, fuit itaque ex noua causa, & rixa repentinè orta tale homicidium perpetratum, ergo non voluntarium, sed casuale dicendum erit; Et ideo à testibus in Iudicio interrogatis tale homicidium casuale examinatum fuit.

Nec obstat dicere Petrum commisisse homicidium dando operam rei illicitæ, vt patet ex verbis, & pugnis præcedentibus. Respondeo talem causam non fuisse proximam, & per se tendentem ad mortem, & vt talem cognitam, & præuisam, sed fuisse quidem illicitam, & ideo incurrunt quidem irregularitatem homicidij casualis, non autem voluntarij. Adde quod ex Vasquez docet Turrianus de Censur. lib. 9. disput. 63. dub. 1. Homicidium voluntarium in causa.

Nec obstat secundo asserere, quod committere quis potest ex subita ira, & rixa inopinata homicidium voluntarium, liberè, & directè mortem alterius intendendo; ergo homicidium Petri voluntarium, & non casuale dicendum erit, nam eius voluntas directè occidendi, potuit stare cum rixa inopinatè orta cum Ioanne propter sicam. Et ita docet Andreas Mendo in Bullam Cruciatæ disp. 37. cap. 6. n. 67. & quia apud instar multorum est Magister Ioannes de S. Thoma in secunda secunda D. Thome q. 64. disp. 19. art. 1. & alij.

Respondeo

Respondeo hanc sententiam esse quidem satis probabilem, sed contrariam, pace sapientissimi viri Ioannis de Sancto Thoma ubi supra non improbabilem, ut ipse putat, sed probabilem, & tutam esse existimo. Et ut talem illam admisi in meis Resolutionibus Moralibus *part. 2. tract. 15. resolut. 14.* cum Perez, Henriquez, Rodriguez, Salzedo, Auila, & Coninch. viris doctissimis; quibus nunc addo Gasparem Hurtadum *de Irregul. disp. 2. diff. 2. o. n. 66.* & me citato Antonellum *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 13.* & me citato Marchinum *de Sacram. Ordinis tract. 1. disput. 9. diff. 3. num. 10.* & me citato Machedum *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 16. docum. 7. num. 1.* ubi sic asserit. *Graues Authores descendentes, que el homicidio voluntario de que el Obispo no pueda dispensar en su irregularidad, no basta, que sea como quiera voluntario, si no que se aya intentado de caso pensado, y animo deliberado de cometerle, por que se a caso se trouasse la riesgo por auerle dicho a alguno alguna palabras asfrentosas, o por qualquiera otra razon, que fuese casualmente, y no de caso pensado, aunque el tuiesse intencion, y voluntad de matar, y se seguisse le efecto, no seria homicidio voluntario, si no casual, fundase en las mismas palabras del Concilio, que en una parte dizen; Per industrias, & per insidias, id est, non ex proposito, sed*

casu. Huc vsque Machadus, & præter Doctores citatos hanc sententiam docet nouissimè Ioan. de Soria *in Epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 2. disp. 5. S. circa homicidium.* Vide etiam Gibalinum *de Irregul. c. 5. q. 1. notat. 1. n. 4. in fin.* Dicendum est itaque ex omnibus superius Petrum non incurrisse irregularitatem homicidij voluntarij, sed casualis, quia mortem Ioannis nunquam fuisset ab ipso directè, & per se intentam, patet ex dictis, & licet postea illum vulnerauit ex quo vulnerè mors sequuta est, tamen illa rixa repentinè orta fuit, & dato quod liberè, & voluntariè tunc illum vulnerasset, tamen illud homicidium non fuit perpetratum ex consilio, aut matura deliberatione, sed ex subiecta ira volitio. Ergo casuale, & dispensabile dicendum erit, stantibus illis verbis Concilij *sess. 14. cap. 7. de Reform.* cum eorum, qui per insidias, aut per industriam occiderit proximum de altari euelli debeat. Item ex illis; si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c. Videtur itaque si placuerit Sanctiss. Domino Nostro posse aperire Thefauros benignitatis suæ, & super hanc oratoris irregularitatem misericorditer ex superius allatis dispensare, maximè cum homicidium fuerit multis ab hinc annis perpetratum, & pax cum pars aduersa inita sit. Ita sentio saluo aliorum meliori iudicio.

F I N I S.

INDEX



INDEX RERVM NOTABILIVM.

Sedes materiarum per singulas Paginas indicantur.

A

Absolutio.



ABSOLVTIO à censuris aduersùs mittentes literas, nuntios, &c. ad Cardinales in conclauis existentes latis, est referuata S. Pontifici. p. 167. & seqq.

Absolutio à prædictis censuris an à S. Penitentiario dari possit. ibid.

Absolutio ab iisdem censuris an ab Episcopo dari possit si delictum sit occultum, virtute Concilij Trid. p. 168. & seqq.

Absoluendi facultas Episcopo competens ex Concilio Trid. an etiam extra Dicecesim exerceri possit. p. 170. & seqq.

Absolutio à quibusvis censuris an possit dari ab Episcopo vbi Excommunicatus non potest adire Pontificem. p. 173

Absoluendi facultas generaliter concessa an crimen hæresis comprehendat. p. 174. vers. Nec obstat.

Et quid si crimen hæresis sit occultum. ibid.

Absoluti non debet prædictis censuris innodatus impeditus adire Pontificem, ab Episcopo; multominus à quocunque Sacerdote; sed recurrendum est ad sacram Penitentiariam. p. 175. & seqq.

Absoluti etiam non potest à Regularibus virtute priuilegiorum. p. 178. & 179.

Absoluti tamen poterit talis excommunicatus virtute Bullæ Cruciatæ. p. 183.

Absoluendi facultas in articulo mortis an extendatur ad periculum. p. 188.

Absolutus in articulo vel periculo mortis an teneatur se representare Superioris. p. 189. Et quid si fuèrit absolutus virtute Bullæ Cruciatæ, p. 190. vers. In vno tamen casu.

Absoluere potest Episcopus à iuramento ante consecrationem p. 119. vers. Et tandem nota quod Episcopus.

Ætas

Ætas ad sacros Ordines suscipiendos ab Ecclesia determinatur. p. 52 & seqq.

Ætas ad Presbyteratum & Episcopatum requisita. ibid.

In ætate dispensari potest à summo Pontifice; ita ut infans possit Presbyter, vel etiam Episcopus ordinari, & promoueri ad Cardinalatum. p. 50. & seqq.

Ætas requisita ad Episcopatum de iure, etiam in Coadiutoribus Episcoporum, & in Episcopis Titularibus requiritur. p. 54

Ætas legitima necessariò requiritur in Episcopo per viam electionis promotò. ibid.

Diana Pars XII.

Et quid per viam postulationis. ibid.
Ante ætatem legitimam promotus an incurrat censuram. p. 53. & 125

Angelus.

Angelus ex se non habet potestatem ministrandi Sacramenta. p. 127.

Angelus ex potentia Dei absoluta potest ministrare Sacramenta. ibid. & p. 129. vers. Vnde.

Angelus non potest propriè loqui. ibid.

Angeli de mandato Dei Sacramenta ministrantes ad formam reddere potest. ibid.

Angeli an aliquando ministrauerint Sacramenta. p. 128. vers. Sed his omnibus.

Angelus, iuxta Nicephorum, consecrauit in Episcoporum Sanctum Amphilophiū. p. 129

Anima.

Anima à corpore humano separata an possit Sacramenta ministrare. p. 127. & 128

Anima Sacerdotis corpus æreum assumens an possit esse minister Sacramenti. ibid.

Anima Sacerdotis resurgens in proprio corpore licet glorioso potest esse minister verus Sacramenti, etsi non ordinarius. ibid. vers. Sed licet.

Animæ Beatæ an aliquando ministrauerint Sacramenta. ibid. vers. Sed his omnibus.

Animam S. Thomæ Apostoli ministrasse Eucharistiam, historiis proditum est. ibid.

Animam S. Petri Apostoli Ecclesiam consecrasse in Anglia, vti que narrat Baronius. ibid.

Anima quæ semel recepit characterem alicuius Sacramenti, semper illum retinet. ibid.

Anima hermaphroditi, in quo præualebat sexus virilis, ordinati in sacerdotem, & postea degenerantis in foeminam, an retineat potestatem exequendi ordines. pag. 130. & 131

Anima Sacerdotis defuncti si iubente Deo resurgeret in corpore foemineo, an esset capax functionis Sacerdotalis. ibid.

Annulus Pastoralis.

Annulus Pastoralis est pignus amoris & fidei conjugalis inter Episcopum & Ecclesiam sibi commissam. p. 140

Annulus Pastoralis quo ritu traditur Episcopo dum consecratur. ibid.

Annuli Pastoralis symbolica descriptio, ibid.

Apostoli.

Apostoli fuerunt omnes Episcopi. p. 90

Apostoli quandonam fuerunt consecrati. ibid

Apostolorum limina visitare an & quomodo obligetur Episcopus. p. 114

Vide *Votum.* V *Archie*

Index rerum Notabilium.

Archiepiscopus.
 Archiepiscopus quomodo differat ab Episcopatu. p.4
 Archiepiscopus designat principatum quemdam. ibid.
 Archiepiscopus est præstantior Episcopatu ratione dignitatis & regiminis, non Ordinis. ibid.
Archiepiscopus.
 Archiepiscopus sic dicitur quasi Princeps Episcoporum. p.4
 Archiepiscopus habet Episcopos suffraganeos. ibid.
 Archiepiscopus est maior Episcopo dignitate & iurisdictione, non verò ordine. ibid.
 Archiepiscopus quomodo consecraretur olim. p.33
 Archiepiscopus hodie consecratur à Papa, vel ab alio de eius mandato speciali. ibid.
 Archiepiscopi consensus requirebatur olim in consecratione Episcopi, hodie secus. ibid.
 Archiepiscopus suffraganeum consecrare nequit ante receptum pallium. p.75
 Archiepiscopus non potest nisi recepto pallio exequi ea quæ sunt ordinis sui. p.76
 Archiepiscopus potest exercere ea quæ sunt iurisdictionis ante receptum pallium. ibid.
 Archiepiscopus intra quod tempus pallium petere debeat. p.75
 Archiepiscopi absentia trimestris à Dicecesi, à quo tempore computanda. pag. 76. vers. Nota.

B

Baculus Pastoralis.

Baculus Pastoralis est insigne autoritatis Episcopi. p.139
 Baculi Pastoris mystica expositio. ibid. & seqq. maximè. p.141. & 142

Balsamum.

Balsamum odorem bonæ famæ significat. p.97
 Balsamum cum oleo mixtum est materia Sacramenti Confirmationis. ibid. & p.99
 Balsamum an sit necessarium tantum necessitate præcepti, vel etiam Sacramenti, Triplex refertur sententia. p.96. & seqq.
 Balsamum an requiratur in vñctione Episcopali. p.99. vers. Sed instabis, & pag. 101.
 Balsamum quocumque an sufficiat ad vñctionem charismalem. p.99
 Balsamum Indicum an sit aptum ad consecrandum. ibid.
 Balsamum verum an sit cognitum difficile. p.100
 Non licet balsamo adulterino vti in vñctione chrismali. p.101. vers. Ex his.
 Balsamo deficiente an liceat solo oleo benedicto Sacramentum Confirmationis ministrare. p.101
 Balsamo deficiente an solo oleo licitè & validè possit Episcopus consecrari. p.102. vers. Ex his coll.
 Balsamo cum oleo mixto vnguntur Pontifices, cum tamen solo oleo catechumenorum vngantur Reges. p.102
 Balsamo seu Chrismate veteris anni an liceat vti in Confirmatione, & consecratione Episcopali. ibid.

Baptismus.

Baptismi forma simul cum ablutione proferenda. p.34. vers. Sed ego.

Et hæc simultaneitas quomodo intelligatur. ibid.
 In Baptismo quæ intentio requiratur. p.35
 In Baptismo non sufficit intentio adhibendi ritum externum. ibid.
 Pro Baptismo debet benedici Chrisma etiam si Terra sit interdicto supposita. p.102
 Baptismi materia & forma necessaria quæ sit. p.99. vers. Sed instabis.
 Baptismus sub conditione dari potest. p.106. initio.

Beneficium.

Beneficiorum pluralitas prohibetur. pag. 80. & 81
 Beneficia curam animarum habentia, & Dignitates Ecclesiasticæ, multo magis Episcopatus plures non debent vni & eidem conferri. ibid.
 Quid ex dispensatione. ibid.
 Beneficio curato; & Episcopatu vni non debent duo præfici. p.82
 Beneficia conferre potest Episcopus electus & confirmatus, licet non consecratus. p.119. vers. Obserua.
 De Beneficij fructibus an liceat testari. p.81. vers. Nota etiam.
 Beneficia retinet Episcopus donec consecratur. p.62
 Beneficia quomodo intelligantur vacare ipso iure ex causa delicti. p.63

Bulla Cruciatæ.

Bullæ Cruciatæ finis & effectus. p.183. vers. Imò.
 Bulla Cruciatæ an possint Hispani extra Hispanias frui. ibid.
 Bullam Cruciatæ an possint sumere non Hispani cum effectu. p.184
 Bullæ Cruciatæ virtute an possit quis absolui à censuris latis in bulla Pij V. & Gregorij XV. circa colloctiones & scripturas veritas tempore conclausis. p.183
 Bullæ Cruciatæ virtute absolutus an teneatur se repræsentare superiori. p.190. vers. In vno tamen casu.
 Bullam Cruciatæ habens an teneatur audire Missam tempore Interdicti. p.201. vers. Dices.
 Bulla Sixti V. prohibens matrimonium Eunuchis, an comprehendat Hernitas curatos absque amputatione testium, p.203. & seqq.

C

Cardinalis.

Cardinales an expediat consecrare in Episcopos, p.74.
 Cardinales debent iuare Pontificem consilio & prudentia, ibid.
 Cardinales quid possint in familia propria, p.122.
 Cardinalium facultas & priuilegium in eligendis Concessariis declaratur. ibid. & p.121
 Cardinales in conclauis existentes quibus cautelis debeant procedere ad electionem Pontificis, ne censuras incurrant. 149. & seqq.
 Cardinales colloquentes cum existentibus extra conclauem an incurrant censuras. ibid.
 An saltem peccent mortaliter, p.152
 Cardinales scribentes, vel recipientes literas circa materiam electionis Pontificiæ incidunt

Index rerum Notabilium.

dunt in censuras. p.150. & seqq.
 Quid si colloctiones, vel scriptiones in bonum finem essent. p.153. & 154
 Et an paruitas materiæ excuset. p.155
 Cardinalis audiens loquentem ad Rotam conclauis, & ei non respondens, an excusetur à censuris, & peccato. p.156
 Cardinales prohibentur recipere scripturas, & nuntios, & colloqui secretè de electione Pontificis cum personis extra conclauem existentibus. p.156
 Et quid si literæ, vel nuntij non mittantur secretè. p.157
 Quid etiam de rebus ad electionem non pertinentibus. ibid.
 Cardinalis, ad quem literæ scriptæ sunt, si illas amiserit nec legèrit, an incurrat censuras. p.158
 Cardinalis qui mandat alicui extra conclauem vt scribat de materia electionis an incidat in excommunicationem bullæ. p.161
 Cardinales inuicem colloqui possunt & mittere famulos intra conclauem existentes, atque scribere inter se de materia electionis. p.159
 Cardinales quibus epulis vesci debeant in conclauis. p.165
 Cardinalis infirmus exiens è conclauis an de electione licitè ad alios scribere possit. p.159
Vide Infirmus.
 Non potest scribere de electione ad alios Cardinales ministros Principum secularium voluntariè absentes. ibid. vers. Obserua.
 Cardinalis absens præ infirmitate, an post adeptam valetudinem teneatur redire ad conclauem. p.160
 Et an possit ad id compelli, ibid. vers. Sed difficultas.
 Cardinalium Oratoria an dicantur Ecclesiæ, ita vt in illis possint ordines conferri, Sacra celebrari, Episcopi consecrari. p.91
 Cardinales an & quomodo ad electionem Pontificis in Feria 6. Parasceues procedere debeant. p.166
 Cardinales Episcopi in virtute Concilij Tridentini possunt absolui à censuris Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. circa materiam electionis Pontificiæ talis. pag. 168. & seqq. & p.170. & seqq. & p.173. & seqq. & maximè p.175. & seqq.
 Cardinales Regulares an similiter virtute priuilegiorum possint absolui à prædictis censuris. p.178. & 179. cum seqq.

Character.

Character imprimitur in consecratione Episcopi. p.18. & 19
 Character Episcopalis præsupponit necessariò presbyteralem. p.19. & 20
 Characterem imprimi in consecratione Episcopi distinctum à sacerdotali qui negent. p.18
 Character quondam imprimatur in consecratione Episcopali. p.20. & 21
 Character imprimitur in substantia animæ. p.22. & 23
 Character Episcopalis remanet post mortem. ibid.
 Characteris Episcopalis effectus. ibid.
 Characterem an retineat hermaphroditus ordinatus degenerans in foeminam. p.129

Chrisma.

Chrisma est symbolum gratiæ. p.94
 Chrisma salutatur ab Ecclesia, magna cum veneratione quando conficitur. p.95
 Chrisma ab Episcopo benedici debet. p.94. & seqq.
 Chrismi benedicendi facultas an possit delegari à summo Pontifice simplici Sacerdoti. p.96. vers. Sed hic.
 Chrismatis confectio an requirat necessariò mixtionem balsami cum oleo. p.96
 Chrismatis vñctio an sit necessaria in consecratione Episcopi. p.97
 Chrismate deficiente an sufficeret oleum tantum in vñctione Episcopali, quam in Sacramento Confirmationis. p.98. & 99. & 101
 Chrisma in possit in casu necessitatis confici ex balsamo adulterino. p.99
 Chrisma veteris anni comburi debet, nouo confecto: Et quid si veteri aliquis vtretur. p.102
 Chrismi confici debet pro Baptismo etiam si terra interdicto sit supposita. ibid.
 Chrisma est verè benedictum, quamuis Episcopus aliquid fortè per distractionem de ritibus accidentalibus omiserit. ibid.

Circumstantia.

Circumstantia consecrationis Episcopalis an sit necessariò in confessione Sacramentali explicanda. p.115
 Circumstantia Episcopi etiam consecrati secluso scandalo non est necessario confitenda. ibid.
 Circumstantia Episcopi confirmati non habet specialem malitiam secluso scandalo. ibid. vers. Ex his.

Conclauis.

Conclauis clausa; nulli debet patere ingressus. p.163
 Conclauis ingrediens clara & furtiuè an incurrat censuram. p.164. vers. Sed quia.
 Conclauis clam ingressus quibus penis afficitur. ibid.
 Conclauis ingressus si secretè de electione cum Cardinali colloquatur, incidit in excommunicationem. ibid.
 Conclauis furtim ingressus an priuatur officio & beneficio ipso iure. ibid. vers. Sed quid.
 Conclauis furtim ingressus, licet variis penis subiiciatur, an tamen peccet mortaliter, dubitatur. ibid. vers. An vero.
 Conclauis ingredi an liceat infanti. p.163
 Conclauis custodiam habentes diligenter inspicere debent ne infans introuissus aliquas literas prohibitas deferat. ibid.
 Conclauis custodes qua diligentia Epulas perscrutari debeant ne sub earum velamine literæ prohibitiæ mittantur. p.162
 Conclauis custodes quam censuram incurrant ex negligentia. ibid.
 Conclauis custodes adstringuntur iuramento ad exactam diligentiam in suo munere seruandam; & quomodo illa diligentia exacta, & pœnæ impositæ, & iuramentum interpretari debeant. ibid.

Index rerum Notabilium.

E Conclavi egressus præ infirmitate an debeat sanitati restitutus in illud redire. p.159

Confirmationis Sacramentum.

Confirmationis Sacramentum debet suscipi ante ordines. p.45
Confirmationis Sacramentum suscipere debet Episcopus ante consecrationem. ibid.
Et quid si secus faciat. ibid.
Episcopus non Confirmatus an validè ministrer Sacramentum Confirmationis. p.46. vers. Sed hic.
Baptizatus non Confirmatus, si alium suscipiat in Confirmatione an contrahat cognitionem spiritualem. p.45
Confirmationis administratio an possit simplici Sacerdoti committi. p.31
Confirmationis minister ordinarius est Episcopus. ibid.
Confirmationis administratio solius Pontificis autoritate simplici Sacerdoti delegari potest. ibid.
Et vtrum delegatus à Pontifice subdelegare possit. p.32. vers. An verd.
Confirmationis Sacramentum quo in loco debeat ministrari. p.91
In Confirmationis administratione vinctio christialis fieri debet cum pollice Episcopi. pag.93
Et quid si cum indice. ibid.
Quid etiam si cum aliquo instrumento. pag.93
Confirmationis Sacramenti materia est Chrismata siue oleum mixtum cum balsamo. p.96. & 97.
Confirmatio an sit iteranda in eo qui solo oleo vinctus est. ibid.
Quid si vinctio fiat cum oleo & balsamo adulterino. p.99
Confirmatio an ministrari possit cum solo oleo benedicto propter carentiam balsami. p.101
Confirmationis an ea sit necessitas, vt in aliquo casu liceat se exponere periculo nulliter ministrandi. ibid.
Confirmationem ministrare cum chrismate veteris anni quale peccatum. p.102
Confirmationem ministrare cum opinione probabilian liceat. p.205. vers. Resp. 1. & 2.
Confirmationem an liceat ministrare in Oratorio priuato Episcopi. p.91

Consecratio.

Consecrationis Episcopalis ceremonie enarrantur. p.12
Consecrationis Episcopalis ritus in Ecclesia Græca: & an differant à Latina. p.88. & 89
Consecrationis Episcopalis mystica descriptio. p.32. & multis seqq.
Consecrationis Episcopalis Minister. pag.23. Vide *Minister*.
Consecrationis Episcopalis materia & forma. p.12. & seqq.
Consecrationis Episcopalis effectus. p.22
Consecratio intra quod tempus fieri debeat post electionem & confirmationem. p.60
Consecrationis neglectæ pœna quæ sit, & an requiratur ad eam sententia declaratoria. ibid. & p.62
Consecratione spirituale matrimonium inter

Episcopum & Ecclesiam contrahitur. p.55. & seqq.

Consecratio an requiratur in Episcopo vt possit concedere indulgentias. p.83
Consecratio Episcopalis an imprimat characterem distinctum à Sacerdotali. p.18
Consecratio Episcopalis an præcisè & de iure diuino à tribus Episcopis sit facienda. p.25. & seqq.
Et an super hoc numero Papa ex iusta causa dispensare possit. p.28. & seqq.
Et an de facto dispensauerit. p.30
Et quid si dispense absque causa. p.31
Consecratio Episcopalis an à pluribus quam tribus Episcopis fieri possit. p.32
Consecratio Episcopi an fieri debeat ex consensu Archiepiscopi, vel Patriarchæ. p.33
Ad consecrationem validè ministrandam quæ intentio in consecratoribus requiratur. pag.35
Consecratio requirit statum gratiæ tam in ministrante, quam in suscipiente. pag.40. & seqq. & p.57
Consecratio administrata cum opinione probabilian sit reiteranda cum conditione. pag.46
Consecratio infantis an sit valida. p.50
Consecratio Episcopalis quam requirat aetatem. p.52. & seqq.
Consecratio an sit reiteranda, si aliquid in ea fuerit ommissum, vel omisso dumtaxat suppleta. p.54. & 55
Consecratio Episcopi inducit matrimonium spirituale inter ipsum & Ecclesiam. pag.55. & seqq.
Consecratio Episcopalis necessariò præsupponit ordinem Sacerdotalem. p.58
Consecrationis Episcopalis qui sint incapaces. p.59
Consecrationem præcedit iuramentum fidelitatis & professio fidei. p.64
Consecratio an possit aliquando administrari post bullas expeditas quidem, sed nondum receptas. p.65. & 67
Consecratio ab Episcopo excommunicato an sit valida. p.70
Consecratio quo die fieri debeat. p.71
Et cur non ministretur die Sabbathi, sicut cæteri Ordines. p.72
Consecratio quo in loco, & qua hora celebranda. ibid.
Consecratio in qua vinctiois & traditionis libri Euangeliorum ordo præuertitur, an sit valida. p.77
Consecratio in qua aliquis ritus omittitur, valida est, & quale sit peccatum omittere. ibid.
Consecratio quam potestatem Episcopo conferat. p.83
Consecratio Episcopalis an sit maior ordinatione Sacerdotali. p.86
Consecratio Episcopi Titularis an sit valida absque assignatione Ciuitatis. p.88
Consecratio Apostolorum in Episcopos quo tempore à Christo Domino facta sit. p.90
Consecratio Episcopalis an fieri possit in Oratorio priuato Cardinalis, vel Episcopi. p.91
Consecratio an tribuat facultatem Episcopo creandi Doctores. p.112
Consecratio an obliget Episcopum ex aliquo voto ad status firmitatem. p.113

Consecratio

Index rerum Notabilium.

Consecratio an inducat circumstantiam necessariò in Confessione explicandam. p.115
Consecratio an fieri possit tempore Interdicti. p.116. & 117
Consecratio quæ priuilegia conferat. pag.117. & seqq. Vide *Priuilegium*.
Consecratio Episcopalis an liberet Regularem voto paupertatis. p.122. & 123
Consecratio suscepta per saltum, vel ante legitimum ætatem an inducat irregularitatem & suspensionem. p.125. & 126. & p.52
Consecrationi rectè præmittitur processus de vita & moribus consecrandi. p.126
Consecratio facta per Angelum an sit valida. p.127. Vide *Angelus*.

D

Dispensatio.

Dispensatio irregularitatis ex homicidio casuali occulto ab Episcopo concedi potest: non etiam publico. p.119. & seqq.
Dispensatio irregularitatis ex homicidio voluntario est reserua S. Pontifici. ibid.
Dispensatio irregularitatis ex homicidio voluntario an possit ab Episcopo concedi. ibid.
Dispensandi facultas super irregularitate ex homicidio quolibet contracta delegari potest à S. Pontifice. p.218
Dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa, regulariter non comprehendit irregularitatem ex homicidio. ibid.
Et quando censetur comprehensa. ibid. vers. At ego.
Dispensatio super irregularitate ex homicidio contracta, quando valeat etiam pro foro externo. p.220. & 221
Dispensatio super ternario numero Episcoporum in consecratione adhibendo, an possit à Papa concedi. p.28
Dispensatio prædicta an aliquando de facto concessa sit. p.30
Dispensatio illa sine iusta causa data an sit valida. p.31
Dispensatio eadem an possit concedi à Collegio Cardinalium Sede Apostolica vacante. ibid.
Dispensatio super pluralitate beneficiorum absque legitima causa an sit licita ex parte concedentis, & tuta ex parte dispensati, in foro interno. p.81. vers. Neque.
Dispensatio excusat Episcopum consecrationem ultra trimestre protrahentem. p.61
Dispensari potest vt vni Ecclesiæ præficiantur duo Prælati, prout in Ecclesia Veneta. p.82. vers. Dico.
Dispensatio à iuramento concedi potest ab Episcopo etiam ante consecrationem. p.119. vers. Et tandem.
Dispensatio an possit ab Episcopo dari in irregularitate ex homicidio occulto contracta. p.216
Dispensatio an possit obtineri ab Episcopo in irregularitate ex homicidio in rixa repentina commisso. p.217
Dispensare potest Episcopus in irregularitate ex delicto contracta post finitum iudicium in foro externo. p.217. vers. Quartum.
Dispensatione nondum obtrata an aliquando liceat celebrare, aut Eucharistiam sumere,

scandali vitandi causa. p.184. & 185
Dispensari potest in ceremoniis accidentalibus Missæ. p.199
Dispensari non potest circa substantialia sacrificij Missæ. ibid.
Dispensari an possit circa fractionem Hostiæ. ibid.
Dispensari potest in eleuatione Calicis, vt patet in Carthusianis. ibid.
Dispensare potest secum Summus Pontifex graui infirmitate laborans, vt cum assistentibus Sacerdotibus celebrare possit. p.198. & seqq.
Dispensandi causa iusta & legitima est dignitas Personæ. p.200. vers. Sed quia.
Dispensatus fuit Carolus V. ratione dignitatis, vt sacram Synaxim sumeret post cibum. ibid.
Dispensatur Rex Galliæ vt aliquoties communitur sub vtraque specie, ratione quoque dignitatis Regalis. ibid.
Dispensauit secum Leo Papa III. vt pluries quotidie celebraret. ibid.
Dispensauit secum Pius III. vt celebraret sedendo. ibid.
Dispensare absque causa an liceat supremo Principi. ibid.
Dispensare an teneatur vbi iusta causa subest. ibid.
Dispensare secum an teneatur Pontifex infirmus vt possit celebrare. p.201. vers. Verum.
Dispensationem habens vt possit missam audire in Oratorio priuato, vel in Carceribus, an teneatur illa vti. ibid. & p.202
Dispensationem negligens Sacerdos censuris innodatus an interea excusetur à præcepto Missæ. ibid. vers. Confirmantur:

E

Ecclesia.

Ecclesia vna non debet duobus Prælati cum æquali potestate committi. p.82
Ecclesia Venerorum habet simul Patriarcham & Episcopum ex dispensatione Pontificis. ibid. vers. Dico.
Ecclesiæ duæ, pluresve, non debent vni Prælati conferri regulariter. p.80
Quid si dispensatio interuenierit. ibid.
Bona Ecclesiæ, bona pauperum sunt. pag.81. vers. Nota.
Ecclesiæ an dicantur oratoria Cardinalium vel Episcoporum. p.91. & 92
Ecclesia Græca an & quomodo differat à Latina in consecratione Episcopi. p.88
Ecclesia Græca quo ritu consecret Episcopos. p.89
Ecclesia Græca vtitur Chrismate ex oleo & balsamo confecto in Sacramento Confirmationis, & consecratione Episcopi, p.97. vers. Probat hęc opinio.
Ecclesiæ immunitate non gaudet qui intra, illam homicidium committit. p.217. vers. Probari:

Episcopus.

Episcopus electus & confirmatus intra trimestre consecrari debet, deducto canonico impedimento, & seclusa dispensatione. p.60. & 61
Episcopus negligens consecrationem quomodo

Index rerum Notabilium.

- do puniatur. *ibid.*
 Episcopus consecrationem negligens an incurrat poenam iuris ante sententiam declaratoriam. p.62
 Episcopus potestatem ordinis acquirit per consecrationem. p.43
 Episcopus contrahit spirituale matrimonium cum sua Ecclesia. p.55
 Episcopus Titularius an etiam spirituale matrimonium contrahat. p.56
 Episcopi quomodo consecrentur in Ecclesia Græca. p.89
 Episcopus quas indulgentias concedere possit. p.118
 Episcopus an teneatur voto vel iuramento Apostolorum limina visitare. p.114
 Episcopus irregularis vel excommunicatus electus & confirmatus an possit sumere consecrationem absque peccato mortali ante obtentam dispensationem, si per eum non steterit. p.42
 Episcopus vnus non debet præfici duabus Ecclesiis. p.80
 Episcopis pluribus non debet vna & eadem Ecclesia cum pari potestate committi. p.82
 Episcopus quam potestatem accipiat in consecratione. p.83
 Vide *Consecratio*, & *Privilegium*.
 Episcopus an validè conferat Sacramentum Confirmationis cum solo oleo absque Chrismate. p.96. & p.101
 Episcopus an possit consecrari solo oleo benedicto. p.99. *vers.* Sed iustabis.
 Episcopus an peccet mortaliter si vtatur Chrismate veteris anni. p.102
 Vide *Vnctio*.
 Episcopus recens consecratus concelebrans cum Consecratore quo pacto se gerere debeat. p.104. & p.107
 Episcopus consecratus non minorem debet reuerentiam Consecratori, quam filius Patri. p.110
 Episcopus die Natalis Domini consecratus in prima Missa an possit alias duas celebrare. p.111
 Episcopus an possit creare Doctore. p.112
 Episcopus Consecrationis an teneatur aliquo voto ad firmitatem sui status. p.113
 Episcopus consecratus ab hæretico, vel excommunicato, an fiat irregularis & priuetur vsu ordinum. p.116
 Episcopus ante consecrationem an habeat facultatem erigendi Oratorium priuatum in suo palatio, seu habendi Altare portatile. p.117
 Episcopus ante consecrationem an fruatur priuilegio eligendi Confessarium. p.121
 Episcopus offendens ante consecrationem an incurrat excommunicationem latam in Bulla Cænæ contra offendentes Cardinalem. p.124
 Episcopus ante legitimam ætatem absque dispensatione consecratus an incurrat suspensionem vel irregularitatem. p.125
 Episcopus per saltum promotus an sit suspensus. p.126
 Episcopus consecrari non debet nisi præmissis processu de vita & moribus ipsius. *ibid.*
 Episcopus consecrandus cur ducitur, in veste candida & habitu Sacerdotali. p.132
 Episcopus consecrandus præsentatur, postulat, ac de pluribus interrogatur. p.132
 Episcopus consecrandus variis indumentis decoratur, quorum datur mystica expositio. p.134. & seqq.
 Episcopo consecrando imponitur liber Euangeliorum super caput, & humeros. p.135
 Episcopi consecrandi vnguntur manus & caput. p.136
 Episcopo consecrando traditur liber Euangeliorum. p.137
 Episcopo consecrando manus imponuntur. p.138. & p.134. & p.43
 Episcopo consecrando traditur Baculus & Anulus pastoralis. p.139
 Episcopi manus chirothecis induuntur. pagina 142
 Episcopo mitra imponitur. p.143
 Episcopus consecratus cur offerat Consecratori panem & vinum. p.144
 Episcopo consecrato datur osculum pacis. *ibid.*
 Episcopi consecrantes, & consecrandi, an debeant esse ieiuni. p.39
 Episcopi consecratores & consecrandi debent esse in statu gratiæ. p.40. & seqq.
 Episcopus consecrandus debet præstare iuramentum fidelitatis erga Rom. Pontificem. pag.64
 Episcopus ante consecrationem debet emittere professionem fidei. *ibid.*
 Et an hæc præstare possit per procuratorem. *ibid.*
 Episcopus vnctioes faciens cum indice, an peccet mortaliter. p.70
 Episcopus censura innodatus an valide possit consecrationem Episcopalem ministrare. *ibid.*
 Episcopus irregularis, vel excommunicatus, an & quando ante obtentam dispensationem aut absolutionem possit sumere consecrationem absque mortali. p.42
 Episcopus vnctioes faciens cum aliquo instrumento, & non manu immediatè an peccet. p.93
 Episcopus an peccet mortaliter si ante susceptum Confirmationis Sacramentum consecratur. p.45
 Et quid si ita consecratus Sacramentum Confirmationis aliis conferret. p.46. *vers.* Sed hic.
 Episcopi consecrantes non confirmatum an similiter peccent. p.45. & 46
 Episcopus consecrandus existens in peccato mortali an peccet mortaliter non solum ratione ordinis suscepti, sed etiam matrimonij spiritualis contracti cum sua Ecclesia. p.57
 Episcopi consecratio an valeat ante susceptum Sacerdotium. p.58
 Vid. *Consecratio*, & *verb. Adu*, & *verb. Infans*.
 Episcopus an possit exercere quæ sunt iurisdictionis ante consecrationem. p.83
 An etiam ante adeptam possessionem. *ibid.* *vers.* Verùm.
 Episcopus ante consecrationem beneficia conferre potest. p.119. *vers.* Obserua.
 Episcopus ante consecrationem potest absoluerè à iuramento. *ibid.* *vers.* Et tandem.
 Episcopus facultatem concedendi indulgentias delegare potest simplici Clerico. *ibid.* *vers.* Nota 2.
 Vide *Indulgentia*.

Epula.

Index rerum Notabilium.

- Epula.*
 Epulæ Cardinalium in conclau existientium à Prælati custodibus, maxima & exquisita diligentia visitari debent, & cur. p.162
 Et quæ dicatur illa exquisita diligentia. *ibid.*
 Quid si grane damnum ex rigida illa persecutione timeretur. p.163. *vers.* Nota.
 Epulæ quales & quantæ ministrentur Cardinalibus in conclau existientibus. p.165
- F**
Famulus.
 Famuli Cardinalium in conclau existentes licitè mitti possunt à Dominis iniucem. p.159
 Famuli Cardinalium in conclau existentes an licitè colloqui possint cum extraneis de electione Pontificis. p.158
 Et quid si collocutio fieret ea intentione vt Dominis suis referrent quæ dicta sunt. *ibid.* *vers.* Sed quid.
 Famuli deferentes literas prohibitas, an comprehendantur in censuris. *ibid.*
- G**
Gratia.
 Gratia partialis an conferatur ad partiales materias & formas Sacramenti Extreme-Vnctionis. p.21
 Gratiam partialem an consequeretur Episcopus ante completam consecrationem moriens, posito quod ordinatio Episcopalis haberet plures materias & formas partiales. *ibid.*
 Gratia status requiritur in Episcopo dum consecratur. p.57
- Græcorum Ecclesia.*
 Græci in quo differant à Latinis circa consecrationem Episcopalem. p.88
 Ecclesia Græca quo ritu celebret consecrationem Episcopalem. p.89
 Græci vtuntur Chrismate confecto ex oleo & balsamo in vnctione Confirmationis, & consecrationis Episcopalis. p.97. *vers.* Probatum hæc opinio.
- H**
Hæresis, Hæretici.
 Hæresis est crimen Ecclesiasticum. pagina 195
 Hæresis cognitio ad quos Iudices spectet. *ibid.*
 Hæresis occulta à quo absolui possit. pag.174.
 Vide *Absolutio*.
 Hæresis censetur excepta in generali concessione facultatis absoluendi à casibus reseruat. p.174. *vers.* Néc obstat & pag.220. *vers.* Respondeo 2.
 Hæretici, vltra alias poenas, bonorum publicatione plectuntur. pag.195. *vers.* Suppono 3.
 Et an possit Princeps sæcularis hanc poenam remittere, & super ea cum subditis pascifici.
- p.194. & seqq.
 Hæreticus occultus respiciens quomodo tacito nomine possit absolutionem in sacra poenitentia impetrare. p.42
- Hermaphroditus.*
 Hermaphroditus sunt qui vtrumque sexum habent. p.129
 Hermaphroditus an possint ad ordines promoveri. *ibid.*
 Hermaphroditus ordinatus validè si in sexum fœmineum degeneret, an retineat potestatem ordinis suscepti. pag.130. *vers.* Verùm.
 Hermaphroditus vtrumque sexum æquè participans est incapax Ordinis, & professionis vitæ Religiosæ. p.131
 Hermaphroditus coniugatus si declinet in fœminam, aut erumpat in marem, an dissoluatur matrimonium. *ibid.* *vers.* Sed quid.
 Hermaphroditus erumpens in marem, an possit ordinari, p.132. *vers.* At quid.
 Hermaphroditus vtrumque sexum æquè participans, non potest contrahere matrimonium quin prius iuramento se ad vsu munijs sexus determinet. d.131
- Homicidium.*
 Homicidium aliud publicum, & aliud occultum. p.123
 Homicidium aliud voluntarium, & aliud casuale. *ibid.*
 Homicidium inducit irregularitatem. *ibid.* & p.21
 Homicidij irregularitas à quo dispensari possit. p.214. & seqq.
 Homicidium est grauissimum crimen; unde facultas dispensandi generaliter concessa non continet irregularitatem ex homicidio contractam. p.218
 Homicidij irregularitatem an excuset ignorantia. p.120. *vers.* Sed hic etiam, & p.216. *vers.* Sed obiter.
 Homicidium committens intra Ecclesiam non gaudet eius immunitate. p.217
 Homicidium in rixa, & calore iracundiæ commissum, quale dicatur. *ibid.*
- I**
Indulgentia.
 Indulgentias concedere possunt Episcopi. pag.118
 Indulgentias concedendi facultas Episcopo confirmato ante consecrationem competit. *ibid.*
 Indulgentias vnus anni concedere potest Episcopus in dedicatione Ecclesiæ. *ibid.*
 Et quid si in dedicatione plures adessent Episcopi. *ibid.*
 Indulgentias, extra dedicationem, 40. dierum concedit Episcopus. *ibid.* & p.119. *vers.* Et tandem.
 Indulgentias Episcopus concedere potest subditis etiam extra diocesim. pag.119. *vers.* Nota 4.
 Et quid in loco exempto. *ibid.* *vers.* Nota 5.
 Et an facultatem hanc delegare possit simplici Sacerdoti. *ibid.* *vers.* Nota 2.
 Indulgentias pro Defunctis Episcopus concedere non potest. p.119. *vers.* Nota 3.
 Indulgentias

Index rerum Notabilium.

Indulgentias concedendi facultas quo iure Episcopis comperat. *ibid.* vers. Et tandem. *Infans.*

Infans quis dicatur. p.163
 Infans an possit licite introduci in conclauem Cardinalium tempore electionis S. Pontificis. *ibid.*
 Infans an possit licite introduci in claustra Monialium. *ibid.*
 Infans an possit ordinari in Presbyterum, vel etiam in Episcopum ex dispensatione. p.50
 Infans an aliquando sic fuerit ordinatus. p.52. vers. Nota hic.

Infirmitas.
 Infirmitas est causa legitima exeundi è conclauis. p.159
 Cardinalis præ infirmitate è conclauis exiens non censetur abesse. *ibid.*
 Infirmate cessante an teneatur redire in conclauem. p.160
 Et an cogi possit ad redeundum. *ibid.* vers. Sed difficultas.
 Infirmitas excusat Episcopum ne personaliter uisitet limina Apostolorum. p.115
 Infirmitas esse causa legitima differendi consecrationem. p.61

Interdictum.
 Interdicti tempore, Sacramentorum administratio & receptio prohibentur. p.118
 Interdictum aliud locale, & aliud personale. *ibid.*
 Interdictum aliud quoque generale, & aliud particulare. *ibid.*
 Interdictorum sic distinctorum effectus. *ibid.*
 Interdicti tempore an Episcopus consecrari possit. p.17
 Interdicti tempore, certis temporibus, diuina celebrari permittitur. *ibid.*
 Interdicti tempore quædam Sacramenta administrare & recipere licet. *ibid.*
 Interdicti tempore Chrisma conspici potest pro Baptismo ministrando. p.102
 Interdicti tempore qui habent priuilegium celebrandi, vel audiendi Missam, an teneantur illo vti. p.201. vers. Dices, & seqq.

Ioanna Papissa.
 Ioannæ Papissæ fabula exploditur. p.59
 De Ioanna Papissa qui falsa, aut vera scripserint. *ibid.*
 Ioannæ Papissæ error seu fabula vnde ducitur. *ibid.*
 Hæreticorum ineptis ratiunculis respondetur. p.60

Irregularis.
 Irregularis electus & confirmatus in Episcopum an licite possit recipere consecrationem ante obtentam dispensationem, si delictum sit occultum. p.42
 Irregularis vel excommunicatus, ratione scandalis, vel infamiae vitandæ, interdum Sacra peragere possunt, & sub quibus cautelis. *ibid.* & seqq.
 Irregularis occultus an fructus beneficii restituere teneatur, vbi per alium onera beneficii præstat. p.43
 Consecratus ab hæretico vel excommunicato an sit irregularis & priuetur exercitio

ordinis. p.116
 Consecratus ante legitimam ætatem an sit irregularis. p.125. & p.52
 Irregulares an sint omnes Curiales exercentes actus fori criminalis. p.211. & seqq.
 Irregulares an sint Iudices & alij Ministri iustitiæ, vbi sententia sanguinis lata, non fuit executioni demandata. p.212

Irregularitas.
 Irregularitas ex homicidio contracta an possit dispensari ab Episcopo. p.120. vers. Nota tamen, & p.214. & seqq.
 Irregularitas ex homicidio, & hæresi, grauis est: nec sufficit facultas generalis ad dispensandum. p.220. vers. Resp. 2. & p.218
 Irregularitas an & quomodo contrahatur à Iudicibus, alijsve Curialibus ex processu & sententia sanguinis. p.211. & seqq.
 Irregularitas an contrahatur ex consecratione ab hæretico, vel excommunicato administrata. p.116
 Irregularitas, vel suspensio an incurritur ex consecratione ante legitimam ætatem sine dispensatione. p.125. & 52
 Irregularitas non incurritur regulariter ex defectu lenitatis nisi mors inde fuerit sequuta. p.212. & seqq.
 Irregularitas vbi incurritur ex homicidio, tutius est vt ad Pontificem recuratur pro obtinenda dispensatione. p.215. & seqq.
 Et quid si homicidium sit occultum etiam omnino. p.216
 Vel in rixa tepentina commissum. p.217
 Irregularitas ex delicto contracta, finito iudicio in foro externo, ab Episcopo dispensari potest. *ibid.* vers. Quartum dubium.
 Irregularitas ex infirmitate seu tremore manus, ita vt Sacerdos non possit eleuare Calicem nec frangere Hostiam, an sit dispensabilis. p.198. & seqq.
 Quid si Summus Pontifex, aut alius Prælatus hac infirmitate detineretur. *ibid.*
 Irregularitas ex homicidio etiam voluntario contracta an excusetur propter ignorantiam inuincibilem. p.120. vers. Sed hic etiam, & p.116. vers. Sed obiter.

Iuramentum.
 Iuramentum de obseruandis statutis, & legibus secularibus vel Ecclesiasticis, quomodo obliget. p.163
 Iuramento obligantur Prælati custodes Conclauis obseruare diligenter, ne eo clauso literæ mittantur in epulis, vel personæ quælibet ingredientur. p.162
 A Iuramento Episcopus absolueret potest etiam ante consecrationem. pag. 119. vers. Et tandem.

Iuramentum fidelitatis.
 Iuramentum fidelitatis erga Rom. Pontificem præstat ab Episcopo consecrando. p.64
 Iuramenti fidelitatis forma & ritus in Curia præstandi. *ibid.*
 Iuramentum fidelitatis quomodo præstetur extra Curiam. *ibid.*
 Iuramentum fidelitatis an per procuratorem præstari possit. *ibid.*
 Iuramentum fidelitatis regulariter Consecra-

tor

Index rerum Notabilium.

tor recipit designatus in bulla commissionis. p.65
 Et quid si Prælati denominatus in bulla decessisset, an alij ex præsumptâ mente Pontificis possent iuramentum recipere. *ibid.*
 Quid etiam si Prælati designatus abesset. *ibid.*
 Iuramentum fidelitatis ex decisione Rotæ debet hodie corporaliter ab Episcopo præstari.

L.
Liber.
 Liber Euangeliorum imponitur scapulis, & capiti Episcopi consecrandi. p.135
 Liber Euangeliorum traditur Episcopo dum consecratur. p.137. & 138
 Vtriusque mysterij expositio. *ibid.*

Litteræ.
 Litteræ de electione tractantes mitti non possunt sub pœna excommunicationis referuatæ ad Cardinales in conclauis existentes. p.149. & multis seqq.
 Litteras mittere de electione prohibentur quodque ipsi Cardinales. *ibid.*
 Quid si litteræ mittantur ad bonum finem, p.153. & seqq.
 An detur circa huiusmodi litteras paritas materiæ. p.155
 An litteræ debeant secretò mitti ad incurrendas censuras. p.157
 Litteras ipsas deferentes an similiter censuras incurrant. p.158
 Quid si litteræ à Cardinali receptæ casu aliquo amittantur, nec habeant effectum. *ibid.*
 Litteras mittere potest Cardinalis egressus præ infirmitate; ad alios in conclauis existentes. p.159.
 An etiam ad alios Cardinales sponte absentes, vel Principum secularium ministros. *ibid.* vers. Obserua.
 Quid si Cardinalis mandet alicui extra conclauem vt literas scribat de materia electionis. p.161
 Quid si litteræ à Cardinalibus scriptæ, vel receptæ, non tractent de electione. p.157

Locus.
 Quo in loco Ordines conferantur. p.72 col.2
 Locus an sit de essentia consecrationis Episcopalis. *ibid.*
 Locus ad consecrationem Episcopalis in Vrbe eligitur pro libito Consecratoris. *ibid.*
 Locus seu Ecclesia designata in Breui Apostolico ad consecrationem peragendam, an possit variari. *ibid.*
 Locus priuatus seu Oratorium Episcopi an sit aptum ad Ordines conferendos. pag. 91. & p.93. vers. Dices.
 Et an liceat ibidem Sacramentum Confirmationis ministrare. *ibid.*
 An etiam Consecrare Episcopos. p.92. vers. Vidisti.

Diana Pars XII.

M

Matrimonium.

Matrimonium Eunuchi contrahere prohibentur. p.203
 Matrimonium an possint contrahere heremici curati cum incisione, sed absque læsione testicularum. *ibid.*
 Matrimonium & alia quædam Sacramenta non sunt de necessitate salutis, p.205. vers. Resp. 1.
 Matrimonij causa fauorabilis est, & pro eius valore in dubio pronuntiandum. p. seq. vers. Vnde.
 Matrimonium an possit contrahere hermaphroditus: & sub qua cautela. p.131
 Matrimonium an dissoluatur si hermaphroditus erumpat in mare, aut degeneret in fœminam. *ibid.* vers. Sed quid.
 Matrimonium spirituale contrahitur inter Episcopum & Ecclesiam sibi commissam. p.55. & seqq.
 Matrimonium spirituale Episcopi cum sua Ecclesia, inchoatur electione, fit ratum confirmatione, & consummatur consecratione. p.56
 Matrimonium spirituale & carnale in quibus differant. *ibid.*
 Matrimonium spirituale etiam contrahitur ab Episcopo Titulari cum sua Ecclesia ab infidelibus occupata, *ibid.* vers. Nec obstat.
 Matrimonij spiritualis ratione peccat Episcopus si consecrationem suscipiat cum peccato mortali. p.57
 Matrimonium spirituale Episcopi modo suo dicitur etiam Sacramentum. *ibid.*

Minister, Ministrare.

Minister consecrationis Episcopalis est solus Episcopus. p.23
 Minister consecrationis Episcopalis an possit esse Sacerdos simplex ex dispensatione. pag. 24
 Et quid si Pontifex absque alia solemnitate diceret alicui: *Esto Episcopus talis loci.* pag. 25
 Ministrari non potest ordo Episcopalis absque solemnitate consecratione. *ibid.*
 Minister consecrationis sunt tres Episcopi, ex necessitate præcepti; sed non Sacramenti. *ibid.* & seqq. & p.147
 Et posito quod ternarius ille numerus esset de iure diuino an Pontifex super illo dispensare posset. p.28. & seqq.
 An etiam aliquando dispensauerit. p.30
 Et dispensatio in illo casu absque iusta causa concessa an esset valida. p.31
 Et Sede Apostolica vacante an similiter posset dispensare Collegium Cardinalium. *ibid.*
 Et an sufficiat Bullam dispensationis fuisse concessam, licet nondum recepta sit. p.65. & seqq.
 Ministrari potest consecratio à plurius quam tribus Episcopis. p.32
 Ministri assistentes debent imponere manus super consecrando: aliàs consecrationem improbare videntur. p.33

X Minister

Index rerum Notabilium.

Minister consecrationis Episcopi exempti, est Papa. p.33
 Ministri consecrationis Archiepiscopi olim erant Episcopi omnes suffraganei. ibid.
 Hodie est Papa, seu ille cui Papa id muneris commiserit. ibid.
 Minister primarius consecrationis Episcopalis extra Curiam celebranda, debet hodie esse instructus mandato per literas Apostolicas expedito. p.34
 Ministri consecrantes quomodo manus simul imponere debeant super caput ordinandi, & proferre verba, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. ibid.
 Ministrorum consecrationis Episcopalis intentio quæ requiratur. p.35
 Ministri probitas an requiratur vt validè conferatur Sacramentum. p.36. vers. Nec contra
 Ministri assistentes omnes ritus non peragunt simul cum Consecratore primario. pag.37. & seqq.
 Ministri consecrationis Episcopalis debent esse ieiuni. p.39
 Ministri consecrationis Episcopalis debent esse in statu gratiæ. p.40
 Et quid si ante impositionem manuum & prolationem formæ conterantur. p.41
 Minister consecrationis, si plures simul consecraret, an multiplicaret peccata. p.42
 Si vnus ex tribus Ministris non imponeret manus, vel non proferret verba, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. non valeret consecratio. p.43. & seqq.
 Ministri consecratores an peccarent mortaliter consecrando Episcopum non insignitum Sacramento Confirmationis. p.45. & 46
 Ministri si consecrarent cum opinione probabili, an consecratio esset iteranda. pag.46. & 47. & seqq.
 Minister aliquid in consecratione omittentes quomodo supplere debeant. p.54
 Ministri consecrationis possunt hodie ex mandato Apostolico recipere iuramentum fidelitatis à consecrando præstandum, & professionem fidei Catholicæ. p.64
 Minister consecrationis designatus in mandato Apostolico si absit, vel decesserit, an alius mandatum recipere & exequi possit. p.65. vers. Qui etiam.
 Minister consecrationis an ante Bullas receptas, licet iam Romæ expeditas, consecrare possit. p.66. & 67
 Minister consecrationis Episcopalis adhibens vñctionem cum indice, vel cum aliquo instrumento, an peccet mortaliter. pag.70. & p.93
 Minister censura innodatus an possit Episcopum consecrare. ibid.
 Minister Archiepiscopus non potest, ante receptum pallium consecrare. p.75
 Sed an possit eo casu id muneris delegare. ib.
 Minister consecrationis ritus inuertens an faciat ordinationem validam. p.77
 Minister consecrationis aliquem ritum omittens accidentalem an peccet. ibid. & p.78
 Minister consecrationis in Vrbe quo in loco consecrare possit. p.91
 Et quid extra Curiam. p.92. vers. Vidisti.
 Minister qui in consecratione vtitur solo oleo benedicto, an validè consecrat. pag.97. & seqq. & pag.101

Minister qui in consecratione vtitur chrismate ex balsamo adulterino confecto, an validè aut licitè consecret. p.99. & seqq.
 Minister qui in consecratione vtitur chrismate veteris anni, an peccet mortaliter. p.102
 Ministro consecrationis quanta à consecratore reuerentia debeatur. p.110
 A Ministro hæretico, vel excommunicato consecratus an fiat irregularis. p.116
 Ministri consecrationis debent fulminare processum de vita & moribus consecrandi. pag.126.
 Ministret consecrationis an possit esse Angelus, vel Anima beata. p.127
 Minister consecrationis an possit esse hermaphroditus qui post ordinationem suam degeneravit in fœmina. p.129

Missæ.

 Missam celebrant Sacerdotes cum Episcopo qui recenter illos ordinavit. p.104
 Quatuor modis id fieri posse explicatur. ibid.
 Missam concelebrat Episcopus recens consecratus cum Consecratore. pag.105. vers. Quid ergo.
 Missam principaliter celebrans si preueniatur à concelebrantibus, quid fiet. p.106. vers. Ex his.
 Missam concelebrans Episcopus cum Consecratore, de Calice participat. p.107
 Cur non participant Sacerdotes similiter concelebrantes. p.109
 In hac Missa an detur inconueniens si Sacerdos vel etiam Episcopus vnã speciem consecraret, & non aliam. p.107
 In Missa an sit de iure diuino vtramque speciem consecrare, & sumere. p.108
 Missa Parasceues celebratur cum sumptione sub vna tantum specie. ibid.
 Missa quæ celebratur in Parasceue, an sit Missa propriè dicta. p.166
 Missa communis an celebrari possit in Parasceue. ibid.
 Missæ essentia in quibus consistat. ibid.
 Missam audiendi præceptum an obliget si Festum Annunciationis incidat in Parasceuen. p.167. vers. Sed his.
 Conditiones ad Missæ sacrificium requisitæ enarrantur. ibid.
 Missæ sacrificium dicitur Quotidianum. p.166
 Missam, in qua Sacerdotes cum Episcopo concelebrant, qua intentione offerre debeant. p.109
 Missæ fructum quem Medium appellant, an dicti Sacerdotes applicare possint cuiuslibet. p.110. vers. Sed audiamus.
 Missæ fructum ex opere operato referunt dicti Sacerdotes concelebrantes. ibid.
 Missas duas celebrare potest Episcopus qui in die natali Domini fuit consecratus in prima. p.111
 Missas duas celebrare potest Sacerdos ordinarius ex dispensatione in Natali Domini. ibid. vers. Ex his.
 Missam quoque vnã celebrare poterit qui in prima Natalis Domini ex dispensatione fuit Sacerdos ordinarius; & in secunda, Episcopus consecratus. p.111
 Missa in festiuitate Paschali; permittitur tempore Interdicti; & an ipso Sabbatho sancto celebrari possit. p.117. vers. Sed difficultas Missam

Index rerum Notabilium.

Missam celebrare & audire potest Episcopus, vel Cardinalis, in suis Oratoriis. pag.117. vers. His tamen.
 Missæ sacrificium celebrare an possint Angeli, vel Anima separata in corpore aëreo. p.128. vers. sed his, & vers. Id ipsum.
 Missam an possit celebrare validè hermaphroditus qui post validam ordinationem degeneravit in sexum fœmineum, pag.130. vers. Verùm his non obest.
 In Missæ sacrificio ritus olim fuit osculi pacis. pag.146
 Et cur ille ritus sublatus sit. ibid. vers. Eabasiolorum.
 Missam audire debent Cardinales in conclau priuquam procedant ad scrutinium. p.166
 Missam an celebrare possint excommunicati occultante obtentam dispensationem, scandalis vitandi causa, aut ne crimen manifestent. p.184. & 185
 Missæ substantialia immutari non possunt. p.199
 Missæ ritus accidentales possunt immutari. ibid.
 Fractio Hostiæ an sit de substantialibus Missæ, ita vt per alium Sacerdotem assistentem fieri nequeat ex dispensatione. ibid. vers. Nec obstat.
 In Missa Carthusiani non eleuant sacrum Calicem. p.199
 Missa Papalis, & aliæ solemniter celebratæ habent quosdam ritus seu cærimonias, quæ in aliis non fiunt. p.200
 Missæ plures eadem die, ab eodem Sacerdote ex dispensatione celebrari possunt. ibid.
 Missas plures celebrabat quotidie Leo Papa III. ibid.
 Missam vt celebret Pontifex infirmus an teneatur secum dispensare. p.201. vers. Verùm.
 Missam audire an teneatur qui tempore Interdicti habet ex priuilegio Oratorium priuatum, vel Bullam Cruciatæ. ibid. vers. Dices.
 Missam ter aut quater saltem celebrare singulis annis an teneantur Sacerdotes ex præcepto. ibid.
 Missam audire diebus festiuis an teneantur infirmi, vel carcerati, habentes priuilegium audiendi in oratorio priuato. p.202
 A Missæ præcepto an excusetur Sacerdos excommunicatus vel interdictus qui facillè dispensationem obtinere possit, si vellet. ibid. vers. Confirmantur.

Mitra.

 Mitra est ornamentum Episcopale. p.143
 Mitra & Baculus pastoralis sunt arma Episcopali. ibid.
 Mitra est galea bicornis vtrumque Testamentum referens. ibid.
 Mitra Episcopo consecrando imponitur. ibid.
 Mitram Episcoporum contra ineptias & iniuriosas hæreticorum dictæ quis eruditè defenderit. ibid.
 Mitræ symbolica descriptio. ibid.

N

Nuncium.

Nuncium mittere non licet ad Cardinales in conclau existentes. p.149. & multis seqq.
 Diana Pars XII.

Nuncium quoque mittere de electione Pontificis non debent Cardinales. ibid.
 Quid si nuntius mittatur ad bonum finem. p.153
 Nuntium audiens nec respondens Cardinalis, an incurrat censuras. p.156
 Nuntij missio ad incurrendas censuras, an debeat esse secreta. ibid. & p.157
 Nuntij licitè mitti possunt extra materiam electionis Pontificis. p.157. & seq.
 Nuntij mitti possunt inuicem à Cardinalibus in conclau existentibus. p.158
 Nuntij mitti possunt à Cardinali ob infirmitatem egresso ad alios in conclau existentes. p.159
 Nuntij à Cardinali egresso præ infirmitate mitti non debent ad Cardinales ministros Principum sæcularium. ibid.

O

Oratorium.

Oratoria Cardinalium & Episcoporum an possint dici Ecclesiæ. p.91
 In Oratoriis prædictis an possint Sacramenta ministrari. ibid. & p.92
 In Oratoriis Episcoporum possunt ordinis etiam maiores conferri. p.93. vers. Dices.
 In Oratoriis prædictis an liceat consecrationem Episcopalem ministrare. p.92. vers. Vidisti.
 Oratorium erigendi facultatem an habeat Episcopus antequam consecratur. p.117

Ordo, Ordinari.

 Ordo quid sit propriè dictus, p.2. vers. Probatur 3.
 Ordines Ecclesiastici quot sint. p.1
 Ordo sacer ordinatur ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. ibid.
 Inter Ordines recensetur Episcopatus. p.2. & 3
 Ordo Episcopalis an distinguatur à Sacerdotali. ibid.
 Ordo Episcopalis imprimit characterem distinctum à Sacerdoti. pag.3. vers. Et ad tertiam, & pag.7. & 8.
 Ordo Episcopalis an constituat octauum ordinem. p.11
 Ordo Episcopalis ordinatur ad Missæ sacrificium. p.3
 Ordo Episcopalis est maior ordine sacerdotali. p.86
 Ordo Episcopalis prærequirit sacerdotalem. p.58
 Ordines per saltum suscipere, nefas est. ibid.
 Ordinum Ecclesiasticorum fœminæ sunt incapaces. 59
 Ordines quibus anni temporibus conferantur. p.71
 Ordo Episcopalis cur die Dominica confertur. ibid. & p.72
 Ordo Episcopalis quo in loco & qua hora conferatur. ibid. col.2
 Ordines an possint suscipere hermaphroditi. p.129
 Ordinari non debent hermaphroditi vtrumque sexum æquè participantes. p.131
 Ordinari an possint hermaphroditus erumpens in mare. p.132. vers. At quid.
 Ordinem exequi an possit hermaphroditus degenerans in fœminam. p.130. vers. Verùm.

X 2 Ordo

Index rerum Notabilium.

- Ordo qua in ætate suspiciatur. p.50. & seqq. vid. *Ætas.*
- Osculum.*
- Osculum est symbolum amoris, pag. 144. & seqq.
- Osculum pacis præbetur Episcopo consecrato, ibid.
- Osculi huius mystica expositio. ibid. & seqq.
- Osculari & amare eodem verbo Græci exprimunt. p. 145
- Osculum fuit etiam Antiquis indicium prærogatiuæ conferendæ. ibid.
- Osculo Reges creati. ibid.
- Osculo inaugurantur Doctores. ibid.
- Osculo consecrati Sacerdotes. ibid.
- Osculum pacis è familia Christi oriundum. ibid.
- Osculo Christus Spiritum sanctum in Discipulos inuisit. ibid.
- Osculum pacis in sacrificio Missæ. p. 146
- Osculorum piorum vsus in Ecclesia propter abusum sublatus est. p. 146. vers. Eabafiorum.
- P**
- Pallium.*
- P**allium Archiepiscopus petere & recipere debet, nec antea potest exequi ea quæ sunt ordinis Archiepiscopalis. p. 75
- Pallio nondum recepto an possit Archiepiscopus delegare executionem sui ordinis alteri. ibid.
- Pallio nondum recepto an possit Archiepiscopus facere consecrari suum Suffraganeum. ibid.
- Pallio nondum recepto, non potest Archiepiscopus iubere Crucem ante se deferri. p. 76. vers. Notandum.
- Pallium insigne dignitatis Archiepiscopalis, vel Patriarchalis. ibid.
- A die recepti Pallij computari debet absentia Præsulis à Concilio Tridentino permittita. p. 76. vers. Nota quod.
- Parascene.*
- In Parascene an celebretur Missa propriè dicta. pag. 166
- In Parascene non licet consecrare. p. 167
- In Parascenem si incidat festum Annunciationis, an præceptum dicendi & audiendi Missam vigeat. ibid.
- In Parascene quomodo debeant Cardinales in conclauis existentes procedere ad scrutinium, vt Bullæ Gregorij X V. satisfaciant. ibid.
- Pontifex.*
- Pontificis electio qua ratione celebranda. p. 149. & multis seqq.
- Pontifex quo in sensu vocetur Vicarius Christi, & Petri. p. 191
- Pontifex non est inferior Petro circa regimen Ecclesiæ Catholicæ. ibid. & seqq.
- Pontifex dicitur Vicarius Christi ratione potestatis; & Vicarius Petri ratione successionis. ibid.
- Pontifex potest decernere pœnam contra hæreticos. p. 194. & seqq.
- Pontifex concessit Principibus secularibus confiscationem bonorum contra hæreticos infligam. p. 195. vers. Suppono 3.
- Pontifex essentialia Sacramentorum immutare non potest. p. 199. & seqq.
- Pontifex potest aliquid immutare circa ritus & cæremonias accidentales. ibid.
- Pontifex non debet regulariter dispensare sine causa legitima. ibid. Vid. *Dispensatio.*
- Pontifex an possit dispensare secum super quosdam Missæ ritus, vt illam celebrare possit. ibid.
- Et an iustam habeat causam ratione dignitatis & officij. ibid.
- Et an teneatur præcisè. ibid.
- Pontifex quando censeatur facultatem dispensandi concedere etiam pro foro externo. pag. 218
- Pontifex an possit committere simplici Sacerdoti consecrationem Episcopalem. p. 24
- Pontifex an solo nominatione possit facere Episcopum. p. 25
- Pontifex an possit dispensare super numero Episcoporum requisito ad consecrationem Episcopalem. p. 28
- Et an aliquando dispensauerit. p. 30
- Pontifex dispensans in dicto casu, absque causa iusta, an valeat dispensatio. p. 31
- Et an hæc facultas dispensandi transeat ad Collegium Cardinalium Sede Apostolica vacante. ibid. col. 2
- Pontifex an possit delegare facultatem dispensandi in casu prædicto. p. 32. vers. An verò.
- Pontifex an possit infantem ordinare in Presbyterum, vel etiam in Episcopum. pag. 50. & seqq.
- Pontifici præstatur iuramentum fidelitatis ab Episcopo consecrando. p. 64
- A Pontifice Pallium Archiepiscopi & Patriarchæ accipere debent. p. 75
- Pontifex an possit vnum Episcopum præficere duabus Ecclesiis. p. 80
- Pontifex an possit duos Episcopos præficere vni Ecclesiæ cum potestate æquali. p. 82
- Pontifex an possit auferre potestatem quam recipit Episcopus in consecratione. p. 84
- Pontificis vnctio quomodo differat à Regia. p. 102. & seqq.
- Potestas.*
- Potestas duplex in Episcopo, Ordinis, & iurisdictionis. p. 83
- Potestas iurisdictionis competit Episcopo confirmato. ibid.
- Potestas ordinis non competit nisi consecrato. ibid.
- Potestas in consecratione accepta an possit auferri à Papa. p. 84
- Potestas, quam habet Episcopus, an à Pontifice vel à Deo immediate habeatur. p. 85. vers. Verùm.
- Potestas ordinis Episcopalis maior est Sacerdotali. p. 86
- Potestas Episcopi Titularis quæ sit. p. 88
- Potestas creandi Doctores an competat Episcopo. p. 112
- Potestatem dispensandi qualem habeat Episcopus. vid. sup. *Dispensatio.*
- Priuilegium.*
- Priuilegium erigendi oratorium priuatum seu habendi Altare portatile habent Episcopi. pag. 117
- Priuilegio Altaris portatilis an potiat Episcopus ante consecrationem. ibid.
- Priuilegium conferendi indulgentias competit Archiepiscopis & Episcopis. p. 118
- Priuilegium

Index rerum Notabilium.

- Priuilegium conferendi indulgentias an habeat Episcopus nondum consecratus. ibid.
- Priuilegium conferendi indulgentias an possit Episcopus simplici Sacerdoti delegare. p. 119. vers. Nota 2. vid. *Indulgentia.*
- Priuilegium absolucendi à iuramento an competat Episcopo ante consecrationem. p. 119. vers. Et tandem nota quod.
- Priuilegium absolucendi & dispensandi virtute Concilij Trid. an competat Episcopo confirmato, sed nondum consecrato. p. 119. & seqq.
- Priuilegium absolucendi & dispensandi à Concilio Tridentino Episcopis tributum, an vigeat in locis vbi Tridentinum non est receptum. p. 120. vers. Rursus.
- Priuilegio absolucendi & dispensandi ex Trid. an possit vti Episcopus Titularis. ibid.
- Priuilegium eligendi Confessarium habet Episcopus confirmatus, licet nondum consecratus. p. 121
- An etiam Electus tantum. ibid.
- An qui renunciauit Episcopatu. ibid.
- An Episcopus Tutelaris. ibid.
- Priuilegium eligendi confessarium quomodo intelligendum sit. ib. vers. Sed in his casib.
- Priuilegium Bullæ Cœnæ an competat Episcopo ante consecrationem. p. 124. col. 2. & seqq.
- Priuilegio Bullæ Cœnæ qui gaudeant. ibid.
- Priuilegium creandi Doctores an habeant Episcopi. p. 112
- Priuilegia Regularium in absolucendo à reservationis quomodo vigeant. p. 178. & seqq.
- Priuilegia Regularium quomodo fuerint confirmata. p. 279. 180. & 181
- Priuilegia Societatis I E S V. p. 181. & 182
- Processus.*
- Processus de via & moribus Episcopi consecrandi præmittendus est. p. 126. col. 2
- Processus ille qua diligentia fulminandus. pag. 127
- Processus huiusmodi forma defenditur. ibid.
- R**
- Regularis.*
- R**egularis consecratus in Episcopum an liberetur à votis Religionis. pag. 122. & 123
- Regularis factus Episcopus an possit disponere de fructibus sui beneficij. ibid.
- Regularis factus Episcopus an sit capax acquirendi bona. ibid.
- Regularis ordinatus Episcopus habitum Religionis dimittere potest. p. 124
- Regularis ordinatus Episcopus an retineat priuilegia Religionis à qua assumptus est. pag. 179
- Regulares Cardinales an possint absolucere in conclauis à censuris ex fractione bullæ Pij IV. & Gregorij XV. incurfis. p. 178. & seqq.
- Regularium priuilegia quomodo fuerint confirmata ab Urbano VIII. p. 179. & 180
- Decretum sacre Congregationis circa priuilegia Regularium. p. 181
- Reuerentia.*
- Reuerentia filialis ab Episcopo consecrato, Consecratori exhibenda. p. 110
- Reuerentiæ prædictæ pia monumenta. ibid.
- Reuerentiæ prædictæ effectus. ibid.
- Rex.*
- Rex vngitur in humero & brachio. p. 102. col. 2
- Regis vnctio fit cum oleo catechumenorum. ibid. & p. seqq.
- Regis vnctio non est Ordo neque Sacramentum. ibid.
- Regiæ vnctionis mystica declaratio. ibid.
- Reges quinam vngantur. p. 104. vers. De significatione.
- Rex Galliæ aliquoties communicat sub vtraque specie. p. 200. vers. Sed quia.
- Reges osculo creati. p. 154
- Ritus Consecrationis.*
- Ritus consecrationis Episcopalis enarrantur. p. 12. & multis seqq.
- Ritus consecrationis Episcopalis in Ecclesia Græca. p. 89
- Rituum Episcopalem mystica expositio, pag. 132. & 146
- Cur Episcopus ducitur veste candida indutus. p. 132
- Præsentatur, postulatur, interrogatur. ibid.
- Cur tunicis interioribus quibusdam ornatur. p. 134
- Cur calceantur pedes. ibid.
- Cur imponitur capiti & scapulis Liber Euangeliorum. p. 135
- Cur vnguntur manus, & caput. p. 136
- Cur ipsi traditur liber Euangeliorum. p. 137
- Cur Consecratores imponunt manus super caput consecrandi. p. 138
- Cur traditur Baculus pastoralis, & Annulus. p. 139
- Cur Chirothecis manus vestiuntur. p. 142
- Cur Mitra caput ornatur. p. 143
- Cur consecratus offert panem & vinum Consecratori. p. 144
- Cur præbentur oscula. ibid. & seqq.
- S**
- Sacerdos.*
- S**acerdos ordinatus ex dispensatione Pontificis in prima Missa Natalis Domini, an possit alias duas celebrare. p. 111
- Sacerdos ex dispensatione ordinatus presbyteratu in prima Missa Natalis Domini; & in secunda, Episcopatu; potest tertiam quoque celebrare. ibid.
- Sacerdos extra diem Natalis Domini ordinatus non potest eadem die aliam Missam celebrare. p. 73
- Sacerdos an possit esse minister Sacramenti Confirmationis. p. 24
- Sacerdos an possit dispensari ad ministrandam consecrationem Episcopalem. ibid.
- Sacerdoti an possit delegari priuilegium conferendi indulgentias. p. 119. vers. Nota 2.
- Sacerdos occultis censuris innodatus an possit celebrare, scandali vitandi causa, vel ne crimen suum prodat. p. 42. & 43. & p. 184. cum seqq.
- Vide, *Scandalum.*
- Sacerdos est inferior Episcopo. p. 86
- Vide, *Ordo.*
- Sacerdotes qua ratione concelebrant cum Episcopo ordinante.
- X 3 *Sacra*

Index rerum Notabilium.

Sacramentum.
 Sacramentum proprie dictum definitur. p.6
 Sacramentum verè & proprie dictum, est ordi-
 natio Episcopalis. p.5. & seqq.
 Episcopatus an constituat nouum ordinem &
 Sacramentum. p.6.7. & 8
 Opinio asserens Episcopatum non esse Sacra-
 mentum, an sit censurâ inurenda. p.9
 Sacramentorum numerus ab Ecclesia receptus
 non mutatur ex eo quod Episcopatus sit Sa-
 cramentum. p.11
 Sacramentum Ordinis plures species continet.
 p.12. vers. Concludo.
 Sacramenti Ordinis Episcopalis materia & for-
 ma. p.12. & multis seqq.
 Sacramenti Ordinis Episcopalis minister. p.23.
 & seqq.
 Vide *Minister.*
 Sacramentum ordinis Episcopalis an imprimat
 Characterem distinctum à sacerdotali. p.18.
 & seqq.
 Vide *Character.*
 In omni Sacramento requiritur coniunctio
 materiæ cum forma. p.34. col.2.
 Et an sufficiat coniunctio moralis. ibid.
 In Sacramentis ministrandis quæ intentio re-
 quiratur. p.35
 Ad Sacramentorum validitatem non requiri-
 tur probitas ministri. p.36. vers. Nec contra.
Scandalum.
 Scandali vitandi causa multa licent quæ aliàs
 prohibentur. p.42
 Scandali vitandi præceptum fortius est præce-
 pro Ecclesiæ imponentis censuras vel irre-
 gularitates. ibid. col.2.
 Scandali vitandi causa hæreticus respiciens
 potest tacito nomine mittere ad sacram Pœ-
 nitentiarum ut sui absolutionem alicui
 committat. ibid.
 Et interim quid facere debeat vrgente præ-
 cepto annuæ confessionis. ibid.
 Scandali vitandi causa, vbi crimen est occultum,
 quomodo reus se gerere debeat, si non
 possit differre communionem, vel celebra-
 tionem. ibid. & p.43. vers. Vnde.
 Scandali vitandi causa Episcopus electus &
 confirmatus, si à censuris absolui nondum
 possit, consecrationem ea de causa differre
 non tenetur. p.42
 Ob Scandalum vitandum Conclauista excom-
 municatus ob fractionem bullæ potest ante
 obtentam absolutionem elicitam contritione
 celebrare. p.184
 Scandalo vrgente an liceat alicui communi-
 care extra mortis articulum ante obtentam
 dispensationem à censuris, vel absolutio-
 nem à referuatis. p.185
 Scandali vitandi causa vbi licet excommuni-
 care, aut celebrare, an etiam liceat confiteri.
 ibid. vers. Sed difficultas.
 Scandali vitanda causa vbi innodatus censuris
 celebrare debet an communicare, an de-
 beat prius confiteri tam referuata quam
 non referuata. p.187
Scientia.
 Scientia requiritur in Episcopo. p.78
 Scientia omnium quæ in Scriptura, & legibus
 seu Canonibus Ecclesiasticis continentur
 ad officij Episcopalis executionem desidera-
 tur. ibid.
 Scientiam hanc sufficit esse moralem. ibid.

Scientia moralis seu fundamentalis quæ dica-
 tur. ibid.
 Scientiam vtriusque Testamenti habere debet
 Episcopus, & quomodo hoc intelligatur.
 p.79
 Scientia sufficienti destitutum Examinatores
 promouentes peccant. ibid.
 Scientiam vtriusque Testamenti Mitra signi-
 ficat. p.143
Suspensio.
 Suspensio an incurrat ab Episcopo ante æta-
 tem legitimam promoti. p.53. vers. Diffi-
 cultas & p.125
 Suspensio an incurrat ab Episcopo per sal-
 tum promoti. p.126
 Præceptum sub pœna suspensionis an inducat
 peccatum mortale. p.163. vers. Secundo.

T

Tempus.

TEmpus ab Ecclesia determinatum ad sus-
 cipiendos Ordines. p.72
 Quo tempore consecratio Episcopalis fieri de-
 beat. p.71
 Intra quod tempus debeat consecrari Episco-
 pus post confirmationem. p.60
 Quid si fuerit impeditus. p.61
 Intra quod tempus Pallium petere debeat Ar-
 chiepiscopus, vel Patriarcha. p.75

Testamentum.

Testamentum de fructibus beneficij ab Epi-
 scopo conditum an de iure subsistat. p.81.
 vers. Nota.
 Quid ex dispensatione Pontificis. ibid.

Titularis Episcopus.

Titulares Episcopi qui dicantur. p.88
 Titulares Episcopi habent iurisdictionem sal-
 tem habitu. ibid.
 Titulares Episcopi contrahunt matrimonium
 spirituale cum sua Ecclesia Titulari. p.56.
 vers. Nec obstat.
 Titulares Episcopi an possint consecrari ab-
 que assignatione ciuitatis. p.88
 Titulares Episcopi non debent consecrari ante
 ætatem legitimam. p.54
 Titulares Episcopi an gaudeant priuilegio eli-
 gendi Confessarium. 121
 Titulares Episcopi an possint absoluere & di-
 spensare virtute Concilij Trid. p. 120. vers.
 Rursus.

V

Vestimenta Episcopalia.

Vestimenta Episcopalia dum consecratur
 Episcopus qualia sunt. p.132
 Vestimentorum Episcopaliū mystica decla-
 tio. ibid. & multis seqq.
 Vide *Rium.*
 Vestimenta nouem habet Episcopus supra Sa-
 cerdotem. p.146. & seqq.
 Vestimentis seu tunicis interioribus induitur.
 p.134
 Vestimentis omnium ordinum decoratur. ibid.
Vicarius.
 Vicarij nomen duplicem habet sensum. p.191
 & seqq.
 Vicarius interdum dependentiam, interdum so-
 lam

Index rerum Notabilium.

iam successionem in officio cum æquali po-
 testate significat.
 Vicarius Christi est Summus Pontifex. ibid.
 Vicarius Petri quo in sensu dicatur S. Pontifex
 p.192
 Vicarius Petri vocatur Pontifex dum conse-
 cratur Episcopus, & an hæc verba sint
 emendanda in Pontificali Rom. p.194
Vnctio.
 Vnctio Episcopalis quomodo facienda. p.70
 Vnctio Episcopalis an cum indice fieri possit.
 ibid.
 Vnctio Episcopalis an cum aliquo instrumen-
 to facta valeat. p.93
 Vnctio chrisimalis an similiter manu immédia-
 ta Episcopi ministrari debeat. ibid. & p.70
 Vnctio Episcopalis an possit fieri cum solo
 oleo benedicto. p.96. & seqq. & p.101

Vnctio Episcopalis vel Chrisimalis an possit
 fieri cum adulterino balsamo. p.99
 Vnctio Episcopalis vel Chrisimalis an possit
 fieri cum chrisimate veteris anni. p.102
 Vnctio Episcopalis est ordo & Sacramentum.
 p.103
 Vnctio Episcopalis in quo differat à Regia.
 p.102. & seqq.
 Vnctionis Episcopalis mysteria propalantur.
 p.156. & seqq.
Votum.
 Votum aliquod an Episcopus emittat in con-
 secratione ratione perfectionis status. p.113
 Votum seu obligatio visitandi limina Aposto-
 lorum quomodo impleri possit. p.114
 Voto paupertatis & aliis an liberetur Religio-
 sus consecratus in Episcopum. pag. 122. &
 seqq.

F I N I S